Fratres scientes quia hora est iam nos de sompno surgere. Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Nox precessit dies autem appropinquabit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudiciciis, non in contencione et emulacione, sed induimini dominum Ihesum Christum.

N. Inv. 1387.

[illegible] 3 [illegible] — [illegible]
[illegible] 3 [illegible] [illegible]
[illegible]

Seruet
Hir be

On

me

f
f
par

193

Sermones Jacobi de Voragine.

Incipit prologus super sermones dominicales fratris Jacobi de Voragine ordinis predicatorum

Humane labilis vite decursus salubri eruditione nos ammonet ut rebus non manentibus pretermissis ea operari studeamus quorum fructus permaneret in celis dicente domino: Operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam eternam. Importuna igitur fratrum instancia non improba temeritatis audacia me induxit ut de evangeliis dominicalibus que leguntur per anni circulum aliquam facerem compilacionem sermonum. Et quamvis vires meas indicet liber distinctiones invenia-me satis tenuis et ingenii tardioris spero tamen quod imperfectum meum supplebit divina bonitas et quod adiuvabit superna caritas et excusabit quam gero fraterna voluntas. De quolibet autem evangelio dominicali tres sermones composui ad honorem individue trinitatis et gloriose virginis marie matris dei et beati dominici patris nostri. Sane in prima dominica adventus non est idem evangelium apud omnes sed diversimode dicitur ad missam. Ideo in primo sermone ipsius dominice prophetiam autem assumpsi per quam inducimur ut christo advenienti cordis preparemus hospitium et ei occurramus pro beneficiis gratiarum. Et quia ordine predicatorum sum dei miseratione professus ideo ad beati dominici postulanda suffragia devote assurgo ut ipse apud dei maiestatem orare dignetur quatenus presens opusculum et ad dei laudem dirigat et ad legentium utilitatem commutet et in adiutorium proficere concedat. Amen.

primus sermo

Dominica prima in adventu sermo primus

Preparare in occursum dei tui israel. Amos iiii. Cum rex vel aliquis princeps maior dignus est venturus ad aliquam civitatem tunc ante nuncii premittuntur ipsius regis nunciantes adventum ut ad ipsum recipiendum suscipiendum se preparent et disponant. Rex iste magnus est dominus ihesus christus qui isto tempore est venturus in carne secundum ecclesie reputationem. Et ideo debemus nos preparare et venienti sibi occurrere iuxta verbum premissum quod dicitur preparare. Et ideo hoc tempore mittit ecclesia in missa tres sollempnes nuncios et legatos mittit qui istius regis adventum nobis annunciet et ad ipsius regis susceptionem sollicite nos invitet. Scilicet Paulum apostolum Zachariam prophetam et Matheum evangelistam. Paulus namque apostolus in epistola sua legatorum faciens quales esse debent illi qui istum regem debent suscipere adimentias et orationes quas tamen eos facere oportet. Primo scilicet quod non debeant dormire sed vigilare. Secundo quod debeant sordidas vestes abicere. Tertio quod debeant christi vexillum assumere.

Primo ergo non debet dormire sed vigilare tunc dicitur Ro. xiii. Hora est iam nos de sompno surgere. Nox precessit dies autem appropinquavit. Olim quidem fere omnes primum

in pectus dormiebat non mirum
quia in nocte erat. In nocte
quidem tria sunt que dormire
faciunt et soporem inducunt scilicet
obscuritas frigiditas et humidi-
tas. Nox quidem naturaliter est ob-
scura frigida et humida. Obscu-
ritas autem soporem inducit. Unde
homines dormire volentes loca
obscura querunt. Frigiditas etiam
inducit soporem. Unde in hyeme
et in frigida complexione sopi-
mus profundius laudabilis est.
Tertio non sufficit humiditas
etiam soporem causat. Nam secundum
philosophum vapor humidus a cibis
resolutus dum ad cerebrum ascendit
soporem inducit. Hinc est quod pueri
magis dormiunt quam senes quia plus
humidat in humiditate. Non sunt
ergo mirum si antiquus sic dormiebat
quia erat in obscuritate ignorancie
in frigiditate dilectionis divine et in
humiditate carnalis concupiscentie. In his
quidem in his tribus locis dormit
scilicet in loco obscuro frigido et humido.
Et ideo tectos sentiunt dormire faciebat.
Job. iiij. Sub umbra dormit. Ecce
obscuritas ignorancie. In secreto
calami. Ecce vacuitas dilectionis
divine. In locis humentibus. Ecce
humiditas carnalis concupiscentie. Ro. xiii.
Nox iam precessit dies autem appro-
pinquavit. Et ideo iam non est dormiendum
sed vigilandum. Advenit enim iam va-
lux que obscuritatem ignorancie ex-
pulit et splendorem sapientie addu-
xit. Ysa. ix. Populus qui ambu-
labat in tenebris vidit lucem
magnam. Item advenit calor igneus

et frigiditatem fugat et totum mundum
in dei amorem accendit. Luc. xii.
Ignem veni mittere in terra et quid
volo nisi ut ardeat. Item advenit
sol verus qui omnem nebulam car-
nalis concupiscentie consumit et
ab humore ipsius carnalis concupiscentie
animam arefecit. Ecc. xxiiij. Aperti
sunt thesauri et evolaverunt nebule sicut aves.
Ideo apostolus annunciat nobis quod debe-
amus vestes sordidas abicere et pul-
chras induere. Ostendens quod debemus abicere
tria genera vestium sordidarum scilicet veste
nigra veste immunda et veste lace-
rata. Primo debemus abicere vestem
nigram. Cum dicit Abiciamus opera tene-
brarum et ista veste nigra facit avaricia.
Avaricia ei [illegible] Et corpo-
rem [illegible] Et spiritu-
alem quia cum pecunia sit lutum inde
anima nigra. Et ideo quia sunt sic denigrati
et fedati a domino non cognoscuntur. Trenorum
iiii. Denigrata est super carbones facies
eorum et non sunt cogniti in plateis.
Secundo debemus abicere vestem immundam
Cum subdit Non in comessationibus et
ebrietatibus non in cubilibus et impudi-
ciciis. Et veste immunda facit luxuria
que est peccatum [illegible] Judic. [illegible] Odientes
eam que carnalis est maculatam
tunicam. Tertio debemus abicere vestem la-
ceratam cum subdit Non in contentione
et emulatione. Ista veste lacerata
facit superbia. Unde dicitur Prov. xiii. Inter
superbos semper iurgia sunt. Abiectis
igitur vestibus sordidis viciorum monet
apostolus ut induamus vestes virtutum
et bonorum operum. [illegible] quas vestes
vocat [illegible] scilicet induimenta armaturam

z luce d(icitu)r Induam(ur) arma luc(is)
Dicit(ur) at indumenta q(ue) peccata
operiu(n)t ps. pe. iiij^o Caritas operit
multitudi(n)e(m) pecc(at)or(um) Dicit(ur) ab arma
quia ab insidijs demonu(m) a(n)i(m)a(s) cu
stodiu(n)t Vn(de) d(icitu)r de ecclesia Cant.
xxvj. Omp(ni)s scutu(m) z lancea(m) z ga
leam adu(er)sus i(n)imicu(m) tuu(m) pugnab(it)
Dicit(ur) z lux q(uia) lucidu(m) ornatu(m) fac(iun)t
Vn(de) de a(n)i(m)a v(ir)tutibus decorata d(icitu)r
ps. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu de aurato E(t) Cras ap(osto)l(u)s
a(n)nu(n)ciat vob(is) q(uod) v(est)r(u)m vexillu(m) debe
am(us) assumere d(icitu)r Induim(ur) d(omi)n(u)m
ih(es)m x(ristu)m Istud vexillu(m) e(st) x(rist)c(u)s in
cruce affixus cui(us) memoria debe(mus)
in n(ost)ris cordib(us) retinere Hasta istius
vexilli e(st) lignu(m) cr(ucis) Tela e(st) caro
x(rist)i cr(uc)i affixa q(ue) t(em)p(or)e colore fuit de
picta s(ci)l(icet) albo / nigro / z rubeo /
Illa caro x(rist)i fuit albissima p(ro)pter inno
cenciam p(ur)itatem Et fuit rubea p(ro)pter sa(n)
guinis effusione(m) Et fuit nigra
p(ro)pter v(er)berum livore(m) z mortis illatione(m)
Vn(de) si ip(s)a caro posset loq(ui) dicere
posset illud Cant. p(rimo) Nigra su(m) p(ro)pter
livore(m) s(ed) formosa p(ro)pter innocencie
decore(m) sicut pelles salomo(n)is p(ro)pter
sa(n)guinis effusione(m) Ille (enim) pelles e
rat pelles arietu(m) rubricate
Ista (enim) Cras misit ap(osto)lum q(ui) a(n)nu(n)
ciare debet q(u)alis debet e(ss)e ille q(ui)
istu(m) rege(m) debet suscipe(re) mittit p(ro)ph(et)am
unu(m) s(ci)l(icet) Zachariam p(ro)ph(et)am q(ui)
a(n)nu(n)ciat vob(is) p(ro)pter quod istu(m) rege(m)
debe(mus) suscipe(re) d(icitu)r dicens filie syo(n)
Ecce rex tuus venit t(ibi) mansuetus
Con(tra) q(uo)d s(ci)e(n)d(u)m e(st) q(uod) libe(n)t(er) suscipi(us)
q(ua)tuor g(e)n(er)a p(er)sonar(um) s(ci)l(icet) duos p(ri)ncipes

benificos z amicos Vo(lo) q(ue) libe(n)t(er)
debem(us) x(ristu)m suscipe(re) q(uia) ip(s)e est
d(omi)n(u)s n(oste)r z rex n(oste)r Ad p(ri)mu(m) n(ost)ro cu
d(icitu)r Ecce rex tuus de h(oc) ip(s)e sibi
p(er)hibet testio(niu)m d(icen)s Ioh. xiij^o
Vos vocatis me magi(ste)r z d(omi)ne et
be(ne) dicitis Su(m) etenim Et eiusde(m)
xviij. Tu dicis q(uia) rex su(m) ego
Nec sunt ista v(er)ba sup(er)bie vel
iactancie vel elacionis s(ed) salutif(er)e
instruccionis d(omi)n(u)s (enim) sup(er)bire no(n) p(otes)t
Sup(er)bire (enim) e(st) sup(er) alios ire
Ipso igi(tur) sup(er)bire p(otes)t q(ui) sup(er)
se alios h(ab)et Eccl(esiastic)i x. Sup(er)bo
excelsior alius e(st) et(iam) Similit(er)
z angelus sup(er)bivit q(uia) sup(er) se
d(omi)n(u)m h(ab)uit De(us) at sup(er)bire no(n)
p(otes)t quia sup(er) o(mn)es e(st) Ipso e(st) p(ri)
m(us) z s(ecundu)s n(oste)r q(uia) n(ost)ro cu(m) d(icitu)r Tuus
i. de tua stirpe p(ro)genit(us) Gen.
xxxvij. Caro (enim) z f(rate)r n(oste)r e(st)
Bernhard(us) Pulcra p(ro)genies me de
spicere n(on) potest os de ossib(us) meis
z caro de carne mea Humana
i(ta) n(atur)a in magna p(ro)pter iu(n)cte z vene(ra)n(d)a
e(st) h(ab)enda Tum q(uia) ad ymagi(ne)m dei e(st)
facta Tum q(uia) angelice n(atur)e e(st) coiu(n)cta
Tum q(uia) a filio dei assumpta est
Leo pp. Agnosce o homo dignitatem
tua(m) z divine co(n)sortes n(atur)e factus noli
in degeneri(m) vita(m) redire Memento
cuius capitis membru(m) es Tercio
e(st) benificus n(oste)r Vn(de) d(icitu)r Venit tibi
i. ad utilitate(m) tua(m) Ipso (enim) a(n)i(m)a(m) sc
rat ca s(ci)l(icet) facie dei habita cum
celi z tenebrar(um) in carcere limbi S(ed)
d(icitu)r Job xxxiij. Si fuit p(ro) eo
angel(u)s i. x(ristu)s qui d(icitu)r magni co(n)
silij angel(u)s deprecabi(tur) d(omi)n(u)m et
placabilis fiet ei z videbit
faciem eius in iubilo Ecce quia

acquisiuit homo factus dei li
berauit animam suam ut non p
geret in inuicem Secundo quia eripuit
eum a carcere inferni Tertio vinces lu
cem videt Terciio quia lucidum sibi lo
cum celi acquisiuit / Quarto est auci
tur quod non tum deus mansuetissime
cum inter nos fecit atque inter amicos
mansuete et humiliter gessit Mathei
xi Discite a me quia mitis sum
et humilis corde Qui enim olim
erat leo ferocissimus modo
agnus mansuetus / legitur quod rino
cerus nulla violencia capi pot
est in sinum virginis reclinans totam
mansuescit Sic et deus leo for
tissimus in sinum virginis reclinans
factus est agnus mansuetus / Pro q
uo apostolus annunciat quales debe
nt illi quibus est iste rex suscipiendus
Et prius quam prophecia subiungit dicens et post
quomodo sit suscipiendus Et continet
etiam tam sancti iuxta Gregorium
mathei qui annunciat quomodo sit
suscipiendus et hoc quod probat Est
enim suscipiendus quadrupliciter Cum
operibus caritatis Cum mundicia cor
dis Cum triumphali victoria Cum lau
de diuina / Primo est suscipiendus
Christus cum operibus caritatis quod notatur
per hoc quod vestimenta sua prosternebant
in via vestimenta enim dicuntur spiritua
lia bona opera Apocalypsis xvi
Beatus qui custodit vestimenta sua
ne nudus ambulet Ista vestimenta
in via prosternimus quando bona nostra
pauperibus et viatoribus peregrinis
communicamus Ecclesiastes xi Mitte panem
tuum super transeuntes aquas et post
multa tempora inuenies illum Panem
mum super transeuntes aquas mittit

qui pauperibus peregrinatibus elemosinas
manus dans Dicitur enim quod pauperes
in hominem vestitum implet mundum
fugit Omnia diabolus est in illis diui
tiis que in usus pauperibus conuertuntur
ab illis autem fugit que pauperibus di
stribuuntur / Secundo tum puritate et mundicia
cordis quod notatur per hoc quod obuiauerunt
tum palmis et ramis oliuarum Erat
enim quedam tamquam lignum putridum quorum
gratia omnium inmundiciarum est Iohel
Ioel primo Computruerunt iumenta in
stercore suo Quedam sunt tamquam lignum
aridum quorum gratia omnium bonorum deuo
tionis est vacua Ps Aruit tamquam
testa virtus mea Quedam non sunt tamquam
lignum viride instar oliue quorum gratia
viride virtutum omnium est amena Psalmo
xi Iusti tamquam virens folium germi
nabunt / Tercio cum triumphali victoria
quod notatur per hoc quod cum ramis palmarum
sibi obuiauerunt Illi autem recte palmas
portare possunt qui vincunt dyabolum
eius temptationibus resistendo Iaco
bi iiii Resistite dyabolo et fugiet
a nobis Vincunt mundum fide cum
operibus obseruando primo Iohannis v Hec est
victoria que vincit mundum fides via
Vincunt corpus proprium ipsum castigando primo
Cor ix Castigo corpus meum et in ser
uitutem redigo etc / Quarto cum laude
diuina Quod notatur per hoc quod Christus laudabat
dicentes Osanna filio dauid Ista
autem laudatio fit de corde ore et opere
laude enim cordis dicitur Ephesios v Cantantes
et psallentes in cordibus vestris domino
laudatio autem oris non valet sine lau
de cordis Ysa xxix Appropinquat populus
iste ore suo et labiis suis glorificat
me cor autem eorum longe est a me Nec
neque valet sine etiam i sine laude
operis Matheus vii Non omnis qui dicit michi
domine domine etc ad laudem cordis et oris

intrabit in regnum celorum. Sed qui facit
voluntatem patris mei qui in celis est, ad
laudem operis ipse intrabit in regnum
celorum etc. **Sermo secundus**

Cum appropinquasset **de eodem**
ihesus iherosolimis et **Math. xxi.**
venisset bethfage ad mon
tem oliueti tunc misit duos
discipulos suos illis. Ite in castel
lum quod contra vos est. Et statim
invenietis asinam alligatam et
pullum cum ea. Soluite et addu
cite michi. Et si quis vobis aliquid
dixerit dicite quia dominus hiis opus
habet et confestim dimittet eos. Hoc
autem totum factum est ut adimpleretur
quod dictum est per prophetam dicentem Dici
te filie syon. Ecce rex tuus venit
tibi mansuetus et sedens super asi
nam et pullum filium subiugalis.
Euntes autem discipuli fecerunt sicut
precepit illis ihesus. Et adduxerunt
asinam et pullum et imposuerunt super
eos vestimenta sua et eum desuper sede
re fecerunt. Plurima autem turba straverunt
vestimenta sua in via. Alii autem cedebant
ramos de arboribus et sternebant in
via. Turbe autem que precedebant et que
sequebantur clamabant dicentes Osan
na filio david benedictus qui venit
in nomine domini. Si aliquem principem
summus susceptivi ad nos venturum
ipsum propter quatuor causas libenter et reverenter
suscipere debemus. Et primo propter statum quem
scilicet est prius valde sublimis. Secundo autem
propter affinitatem quam scilicet est nobis proximus vel
affinis. Tercio propter beneficium quod saltem
veniret scilicet non ut rapet nostra sed ut
tribueret sua. Quarto propter officium quod
scilicet sicut scimus quod non habet officium hunc
iusticie sed pacis nunc. Quarto propter com

tatum quam scilicet scimus quod non donat
secundum quantitatem gaudere vel crudeles sed
humiles et clementes. Istis quatuor
de causis regem nostrum dominum ihesum christum
in carne venturum sed in celis repre
sentacionem tempore isto venientem susci
pere nos oportet. Primo debemus pm
eum libenter suscipere propter statum
quia est rex valde excellens et
sublimis. Unde notatur cum dicitur Ecce
rex. Apocalipsis xix. Habens in vestimento
et in femore suo scriptum rex regum B
et dominus dominancium. Et tamen multi ne
gaverunt ipsum esse regem dicentes Joh.
xix. Non habemus regem nisi cesarem.
Cristus dicitur vincens cesarem et dicitur ac
cedendo. Tales id est respuunt regem
urgentem et eligunt sibi regem dyabo
lum. Et iste rex habet triplex
regnum de quo dicitur Philipp. ii. In
nomine ihesu omne genu flectatur
celestium terrestrium et infernorum. Sed
etiam tres status militum quorum
quidam sunt dormientes(?) et istos
ponit in regno terrestri de quorum
numero erat qui dicebat Ephes.
vi. Non est nobis colluctatio ad
versus carnem et sanguinem supple
tum sed adversus principes et potestates
etc. Alii sunt milites triumphantes
et istos ponit in regno celesti
quibus post victoriam dat coronam
ii Thimo. iiii. Non coronabitur nisi C
qui legitime certaverit. Alii sunt suc
cumbentes et terga vertentes et istos
collocat in carcere infernali. Ysa.
xxiiii. Congregabuntur congregacione
unius fascis in lacum et claudentur
in carcerem scilicet infernalem. Secundo Sm
debemus ipsum libenter suscipere propter
affinitatem quia est frater noster et proximus
noster. Unde notatur cum dicitur filius id est
de tua virgine procreatus. Soluite

cum christus contrahit parentela cum na-
tura angelica sed cum humana. Heb.
ii°. Nusquam angelos apprehendit
sed semen Abrahe apprehendit. Ergo
videtur quod inter deum et homines est maior
fraternitas quam inter deum et angelum.
Item maior affinitas maior con-
sanguinitas et maior cognationis
fraternitas. Primo dico quod inter deum
et homines est maior fraternitas quam inter
deum et angelum. Fraternitas que dicitur quod tamen
causatur ex altero parente sicut est
sed que causatur ex utroque firmissima est. Angelus
enim est frater christi tamen ex parte patris etenim
qui est pater christi scilicet per eternam generationem
et angelorum scilicet per creationem. Homo non est
frater christi ex parte patris etenim qui est
pater christi per eternam generationem et hominis per
creationem et ex parte matris que fuit virgo
beata que fuit mater christi et mater. Unde christus
nusquam vocat angelos fratres suos
sed homines. Psalmus: Narrabo
nomen tuum fratribus meis. Luc. Gen.
xliiii. quod Joseph maiorem partem de-
dit Beniamin minimo quam aliis qui
fratres sui erant ex utroque parente quam
ceteris qui tamen fratres erant ex altero
parente. Anima christi dupliciter refectorem
homini dabit scilicet in sua divinitate et in
sua humanitate. Angelos autem tamen in
sua divinitate reficit. Secundo est maior
affinitas magis quidem affinitas
contrahitur quam quis dat vel accipit scilicet
maiorem quam uxorem. Deus autem
filiam suam id est ymaginem et similitudinem suam
angelis dedit quod ipsum ad ymaginem
suam creavit. Homini non et ymaginem
suam dedit et insuper sororem matrem
id est naturam humanam filio suo accepit.
Jere. ii. Recordata sum tui miserans
adolescentiam tuam et caritatem desponsa-
tionis tue. Jerem. xxxi. In caritate
perpetua dilexi te ideo attraxi te mi-
serans. Unde dicitur: Impressa charitatis volu-
mine verbum dei altius imbibere non potuit tam
gloriosius. Tertio est maior consanguinitas
magis quidem consanguinitas est quanto quis
alteri attinet propius. Linea consanguinitatis
maxima non quod coequalis. Quod enim deus
angelum ad ymaginem suam creavit tunc conditio-
nem de progenie sua fecit. Homines non et
de suo genere fecit. Unde Act. xvii°.
Ipsius enim genus sumus. Genus ergo cum
simus dei etc. Et insuper de suo genere
se fecit. Rom. i°. Qui factus est ei ex semine
David secundum carnem. Quarto est maior
cognationis fraternitas. Cum enim triplex sit co-
gnatio scilicet legalis que est per adoptionem,
spiritualis que est per baptismum regeneratio,
et carnalis que est per carnis propagationem.
Angelus attinet christo cognatione legali quia
deus eos sibi in filios adoptavit. Homo
non attinet christo et cognatione legali quia deus
eos sibi in filios adoptavit. Ephes.
i°. Predestinavit nos in adoptionem filiorum
per ihesum christum. Et spirituali quia eos in baptismo
regenerat. Joh. iii°. Nisi quis natus fuerit de-
nuo non potest videre regnum dei. Et carnali
quia christus de progenie David nasci voluit
et carnem et sanguinem accepit. Hebr. ii°.
Quia enim pueri communicaverunt carni et san-
guini et ipse similiter participavit eisdem.
Tertio debemus ipsum libenter suscipere propter
beneficium quod nobis tribuit. Dicit Veni ut ad
utilitatem tuam. Non enim venit ut auferat
mea sed ut daret sua. Omnia enim que habuit
dedit nobis scilicet regnum suum in possessionem.
Math. xxv. Possidete paratum vobis regnum
a constitutione mundi. Corpus suum in refec-
tionem. Joh. vi°. Caro mea vere est cibus.
Item sanguinem suum in ablutionem. Apoc. i°.
Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.
Animam suam in redemptionem. Joh. x°. Animam
meam pono pro ovibus meis. Et divinitatem
suam in fruitionem. Joh. xvii°. Hec est vita

ut cognoscat te solum deum etc.

Quartum. Quarto debemus ipsum libenter suscipere propter officium quia non habet officium sive ministerium sed propter hunc est notandum. Quod dicitur mansuetus. Sicut quod dicitur sanctus est qui quasi sine terra. Et quod mansuetus est quasi manu assuetus. Et quia sunt animalia mansueta quedam,

D

quasi quedam vi et industria mansueta domestica ut equi et boves. Et quedam natura sunt mansueta. Animalia nata sunt mansueta: ut oves et agni, sicut animalia domesticata dicitur mansueta, id est manum assueta. Christus igitur dicitur mansuetus a natura divina quia deus natura est mansuetus et mitis. Psalmus: Tu autem domine suavis et mitis es. Et a natura humana quia de mansueto patre scilicet David. Matthei: Memento domine David et omnis mansuetudinis eius. Item sunt mansueti agni. Ipse est solus adeo unitus cum quo totaliter cum mansuetum factus. Ysaias: Ecce ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Ipse dominus fuit mansuetus a longa consuetudine et magis quia longo tempore inter nos inhabitavit et conversatus est. Et ideo factus est valde mansuetus. Et sicut animalia domesticata statim currunt ad consolationem carnis et omnia domesticata ad consolationem vincens. Sic Christus adeo est domesticatus quod statim currit ad quoslibet de profundo cordis vocantes. Ideo monemur Ecclesiastici: Quinto. Quintum. Quintum debemus ipsum libenter suscipere propter comitatum quia duxit comitatum humilem. Quod notatur cum dicitur: Sedens super asinam et pullum. Secundum magistrum per asinam significatur synagoga iudeorum quia iugum legis portat. Per pullum ecclesia gentilium quia tamquam filia a synagoga fuit genita. Christus igitur super asinam et pullum sedet quia utrumque populum sibi coniunxit. Utrosque tamen ligatos catenis peccatorum. Anima, sicut dicitur Proverbiorum. Et ideo est distinctio omnis ei peccatori. Ecce iste finis sepe conformatur conviviis. Filius Thale ei cogitabat pauit delectatorum

delectatio conuersi. Confessus operatorum operatio confirmatur. Confirmatur consuetudo. Consuetudo cordis durities. Durities cordis inducit necessitatem desperationis. Desperatio mortem eternam. Quoniam sicut dicitur Ysidorus: Solvite et adducite mihi peccatores eos sola ad conversionem gratia quia peccatum conuertit. Psalmus: Dominus solvit compeditos. Et a corpore multo ostendit. Ysaias: Solvite fasciculos deprimentes etc. Et a ministris dei potestate ministratis Matthei xvi. Quodcumque solveritis super terram erit solutum et in celis etc. Sermo secundus de eodem.

Benedictus qui venit in nomine domini. Iste est de eodem.

Hec videntes et audientes Christi magnalia et verba miracula que Christus faciebat et maxime audientes quod Christus Lazarum quatriduanum suscitavit, sicut habetur Iohannis xi, sibi obviam processerunt et ipsum cum ramis et floribus dignis laudibus extulerunt dicentes: Benedictus qui venit in nomine domini. In quibus verbis tria ponuntur, scilicet primo persona laude digna, ibi Benedictus. Secundo ipsius laudationis causa, cum dicitur Qui venit. Tertio causa complanata cum subiungitur In nomine domini. Laus autem ista fuit digna ex quatuor, scilicet primo propter laudantem, secundo propter laudatum, tertio propter rei laudate, quarto propter modum laudandi. Primo quidem laus ista fuit digna propter laudantem. Tunc enim laus est digna quando ille qui laudat dignus est laudare. Anima sicut dicitur Ecclesiastici xv: Non est speciosa laus in ore peccatoris. Quia non scilicet non et ideo missus sit a peccatore. Ait David. Dixit deus quare tu enarras etc. Isti autem erant digni laudare. Tunc quia Christum imitabantur fide et devotione. Unde dicitur Matthei xxi: Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit Iesus et pueros clamantes et dicentes in templo: Osanna filio David etc. Isti enim dicebantur pueri non tamen propter etatem sed maxime propter

A

B

C

innocentia z puritas. / Quarto fuit
digna laus propter laudati Est
enim digna laus quando ille qui lau
datur est dignus laudari Unde de
indignis laude dicitur in ps. laudatur
peccator in desideriis anime sue. Xpus
autem non tantum laude mera est dignus
sed etiam omnem laudem excedit an
gelicam scilicet et humanam Eccl. xliii.
Benedicentes dominum laudate eum
quantum potestis maior est enim omni
laude. / Quinto fuit digna propter
veri laudatores laus enim est digna quando
quis laudatur de vera laude digna Unde
dicitur de hiis qui de malis laudabantur
Ysa. iij. Popule meus qui beatum te
dicunt ipsi te decipiunt Isti autem
laudabant Xpm de vera que omni
laude digna erat scilicet de eo quod ve
niebat in nomine domini / Sexto fuit
digna ista laus propter modum lau
dandi quia fiebat ab illis qui
precedebant et qui sequebantur et qui canti
tabant Illi quidem qui precesserunt
scilicet patriarche et prophete eum cum magno
desiderio expectaverunt Bernardus super
Cant. desiderium patrum suspirantium
Xpi adventum in carne frequentissime
cogitans compungor et confundor in
memetipso et nunc vix contineo la
crimas ita pudet pudoris torpo
risque miserabilium temporum horum Cui
magis ut tum ingerat gaudium
gratie huius exhibitio quam accenderat
veteres desiderata promissio Comi
tantes id est eius apostoli verbis eius avi
dissime parebant miracula autem
admirabantur Et opera imitabantur
Nos autem qui sequimur debemus ipsum
semper laudare et hunc ipsum in nobis
gerere circa ipsum ps. Semper laus
eius in ore meo Et in corde per mor
tificationem ad Cor vj Empti
estis precio magno glorificate et por

tate Et in corde per meditationem Deut. vj.
Meditaberis sedens in domo tua Et
in opere per imitationem Summa super Aug.
Summa est cuius religionis est hunc
imitari quem colis. / Notandum post hunc
laudatoris eorum eis dicitur Quia venit
Xpus eis cum laudabant quod in mundum
venit et in eam verum primum preparabat
Exodi id est ad nos venit prout supra
ceptum Sermone Ecce rex tuus venit Sic debemus
nos ornare et sibi venienti occurrere as
sumendo vestes albas deauratas
sive rubeas et varias Vestis alba
est ipsa puritas de qua dicitur Apok. iij.
Vestimentis albis induaris ut non
appareat confusio nuditatis tue Vestis
deaurata est ipsa caritas Sicut enim
aurum non potest putrescere sic et ipsa cari
tas non potest deficere / I. Cor. xiij. Ca
ritas numquam excidit Est et caritas
rubea quia facit animam rubere id est igne
amoris fervere Vestis varia est virtutum
diversitas de hac diversitate veste dicitur in
ps. Astitit regina a dextris tuis in vesti
tu deaurato circumdata varietate Beata
est illa anima que Xpo advenienti occurrit
cum veste alba puritatis / cum veste de
aurata sive rubea caritatis Et est cum
veste varia multiplicitatis virtutis de tali
anima dicitur Prov. ult. Stragulatam vestem
fecit sibi byssus et purpura indumentum
eius etc. Stragulata vestis Ecce
vestis varia virtutum Glossa super Prov.
Stragulata vestis est vestis diverso
rum scilicet dicta eo quod in stratu et amictu
sit apta Byssus Ecce vestis alba
puritatis Et purpura indumentum eius Ecce
vestis rubea caritatis Nec autem illi et nunc
ne quis exiro occurrit cum veste nigra
sanguinolenta et sordida Unus est Xpus
qui pati non fit possit si sibi de illis
ultimariis partibus venienti uxor
occurreret huius vestes nigras sordidas
et sanguinolentas Nunc ipsam talibus
videt et tanquam in studio et adulterio

repudiaret. Illa anima est veste ni-
gram et sordida que non habet candore
puritatis sed nigredine peccati mortalis. Non est
ei olla magis nigra quam anima in peccato
mortali constituta vel posita. Thren. iiij°. Denigrata est
facies eorum super carbones. Olle eciam
eius qui de hac vita transeunt et occiunt
nec a deo nec ab angelis cognoscuntur sed
tamquam igote abiciuntur. Thren. iiij°. Deni-
grata est super carbones facies eorum
et non sunt cogniti in plateis scilicet regni
celestis. Illa est veste sanguinolenta quod
non est veste aurea sine caritatis. Sed est
cor sanguinolentum, poderem puris voluntas.
Tales cum sua veste igni infernali comburentur. Ysa. ix°.
Vestimentum mixtum sangui-
ne erit in combustionem et cibus ignis.
Illa est veste sordida et pannosam
que habet varietatem viciorum. Istam autem
pannosam vestem apostolus abiciendam
ammonet dicens Ro. xiij. Abiciamus
opera tenebrarum et induamur arma lucis.
Sed possunt quis dicere possem habere unquam
vestem scilicet vestem novam virtutum et veste
veterem viciorum. Ad quod dominus rudet quia
Nemo enim mittit commissuram panni
rudis in vestimentum vetus etc. Et
ponitur. Benedictus qui venit etc. Explanatio tum de. in
nomine domini. Et potest hoc intelligi de triplici
adventu scilicet de adventu in carne quia tunc
venit in nomine domini id est ad notificandum nomen
domini. Joh. xvij. Pater manifestavi nomen
tuum hominibus etc. Potest de adventu in mente
qui est per peccati remissionem et virtutis infu-
sionem. Et tunc venit in nomine dei id est in
gloria dei. Ps. Ipse nomen tuum domine imprima
beris peccato meo etc. Ideo in gloria
virtutis corporis tui etc. Potest de adventu
ad iudicium et tunc veniet in nomine dei
id est in potestate dei. Joh. v. Potestatem dedit
ei iudicium facere quia filius hominis est. Ad
istum temporis adventum designandum eciam in
primo versiculo tres versus decantantur in matutinis.
Primus designat adventum Christi in carne quia

dicitur. Quique terrigene et filii hominum simul
in unum dives et pauper. Per terrigenas
intelliguntur peccatores qui suam secuntur
originem. Quia sicut sunt geniti de terra
ita affectant terrena. Per filios hominum intel-
liguntur iusti qui sunt racionales et racionabiliter vi-
vunt et racionabiliter sunt viventes. Vel per ter-
ram utile est audire adventum filii dei in
carne. Et peccatoribus ut provocentur ad ve-
niam. Et iustis ut accedant ad graciam.
Secundus. Ipsa vos terrigene et filii hominum
audite istud quod de incarnacione quia simul
in unum id est in eadem persona est dives et
pauper. Dives quantum ad divinam naturam
sunt valde dives. Quantum ad humanam
naturam sunt valde pauper. Istud tangit
apostolus ij. Cor. viij. Scitis graciam
domini nostri Ihesu Christi qui cum esset dives
propter nos egenus factus est. Secundus
versus designat adventum Christi in mente quia
dicitur. Qui regis israel intende qui deducis
velud ovem Joseph. Israel interpretatur
vir videns deum. Omnis est anima ma-
ne intus. Joseph interpretatur augmentum. Per
nos venies in animam per graciam facit ipsam
esse israel id est facit ipsam videre deum per
fidem et tandem per speciem. Ps. Cor. xiij.
Videmus nunc per speculum in enigmate
etc. Et ipsam esse ovem per mansuetam
gustatam. Gal. v. Fructus autem spiritus
est caritas gaudium pax paciencia
benignitas bonitas longanimitas
mansuetudo fides modestia continencia
castitas. Facit et ipsa esse Joseph per
operum augmentacionem. Gen. xlix.
Filius accrescens Joseph filius ac-
crescens et decorus aspectu. Tercius
versus designat adventum Christi ad iudicium
quia dicitur. Excita domine potenciam tuam et
veni etc. Modo enim dormit deus iusticia
quia peccatores non punit. Vigilabit autem
eius iusticia quia omnes ad iudicium recipit.
Ysa. ix°. Propterea expectat vos dominus
ut misereatur vestri. In iudicio non dor-
miet iusticia. Ich. xxv. Clamor ad ia-
nua scilicet nunc. Sed vigilabit iusticia
post. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo

Dominica secunda in adventu
Sermo primus Luc. xxi°

Erunt signa in sole et luna
et stellis et in terris pressura
gentium pre confusione sonitus
maris et fluctuum. Arescentibus
hominibus pre timore et expectatione
que supervenient universo orbi. Nam
virtutes celorum movebuntur. Et tunc
videbunt filium hominis venientem
in nube cum potestate magna et maiestate.
His autem fieri incipientibus respicite
et levate capita vestra quoniam appro-
pinquat redemptio vestra. Et dixit illis
similitudinem. Videte ficulneam et
omnes arbores cum producunt iam ex se
fructum scitis quoniam prope est estas. Ita
et vos cum videritis hec omnia
fieri scitote quoniam prope est regnum dei.
Amen dico vobis quia non preteribit
generatio hec donec omnia fiant. Celum
et terra transibunt verba autem mea non
transibunt. ¶ In precedenti dominica
actum est de adventu christi in carne qui
est adventus amoris. In hac autem
dominica agitur de adventu christi ad iudicium
qui est adventus timoris ut amor
ad bonum nos moveat et timor a malo
nos revocet. Cum autem dux vel rex ad
bellum est profecturus omnes cives eius
commoventur ut secum proficiscantur. Sic
rege christo ad iudicium veniente omnis
creatura pariter commovebitur et contra
malos armabitur. In hoc igitur evangelio
ponitur commotio que triplicatur causa
scilicet celestis terrestris et intellec-
tualis. ¶ Primo ergo ponitur commotio crea-
ture celestis cum dicitur Erunt signa
in sole et luna et stellis. Que autem
sunt ista signa hic non exprimitur
sed Matthei xxiiij declaratur. Ubi scribitur
Sol obscurabitur et luna non dabit
lumen suum et stelle cadent de celo. Si-
gnum ergo in sole est obscuratio solis. Et est
quadruplex obscuratio quatuor modis acci-
pi potest. Primo quantum ad lucis privationem
Secundo quantum ad maioris lucis superventionem
Tertio quantum ad metaphoricam locu-

tionem. Quarto quantum ad misticam significationem.
Primo quidem quantum ad lucis privationem. Tunc
ei fiet eclipsis universalis quia auferet
lucem ab omnibus partibus terre quod in nulla alia
eclipsi sic contingit. Illa enim eclipsis ab aliquibus
dicitur tamen quia erit universalis tamen quia
non fiet per lune interpositionem sed per divinam
virtutem. Et hoc fiet sol in signum meroris
pro morte generis humani. Crisostomus. Sicut fami-
lias moriente domino eius tota familia
eius plangit et nigris se vestibus in-
duit. Sic humano genere deficiente propter
quod facta sunt omnia celi militia lugebunt
et candore deposito tenebris induuntur.
¶ Secundo quantum ad maioris lucis superventionem
Ita sol obscurabitur non diminutione
sue lucis attendite sed maiori luce su-
perveniente. Crisostomus. Sicut in hoc seculo lu-
na et sydera obscurantur mox orto
sole. Sic in gloria christi apparente sol
obtenebrescet et luna non dabit in
bar proprium. ¶ Tertio quantum ad metaphori-
cam locutionem ut sit sensus. Sol obscu-
rabitur id est tam severa erit vindicta
iudicis iudicantis quod et sol ipsam non
audebit aspicere. Augustinus. Aderit dies
iudicii et tormenta peccatorum neque sol
neque luna astraque cetera aspicere pote-
runt sed retrahent splendorem suum non quod
clementiora sint dei iudicio sed quia omnis
creatura malorum vindictam et dei
iudicio pertimescit. ¶ Quarto quantum
ad misticam significationem christus est sol
est christus qui tunc erit valde obscurus
quia potestate et miraculis non clarescet
Apocalypsis vi°. Sol factus est niger tamquam
saccus cilicinus. Antichristus autem erit valde
clarus quia ubique predicabitur et mi-
racula facere videbitur. In sole autem secundum
Augustinum sunt tria scilicet quod est quod lucet et quod
calet. Sic filius et in christo tria considerantur et
sunt in ipso scilicet divinitas sua sapientia
et veritas sua bonitas et gloria sua. Quantum
ad ista tria sol iste obscurabitur.

quia nullus audebit dicere ipsum esse
deum sed hominem purum. Ipsum fuisse doc
torem veritatis sed ingrum erroris. Ipsum ha
buisse spiritum sanctum sed spiritum malignum. Hu
ius signum est obscuritas lune. Per lunam
significatur ecclesia que tunc erit obscura que
nunc miraculis radiabit nunc doctrine sole
doctrine fulgebit. Quamvis autem de luna
proprie possit exponi quare lune sol et soli
voluit tamen quod luna a sole illuminaretur
celestibus et ceteris ut dicit Damascenus li. ii.
secundum propter pulcritudinem ordinis armonie
propter mutua subministratorum gratie et propter
humilem subiectorum obedientiam. Ut enim sic
a sole illuminatur luna non ut appareat
deo deesse quod per lunam sed ut rithmus
et ordo sine creaturis regnaret et ut
erudiamur tenere nos invicem et erudi
tionem subiectionis. Primo quod deus creator et guber
nator omnium deum habens qui ab ipso sit
principibus appellat autem Damascenus
rithmum et ordinem quendam pulchritudinem
et armoniam que dicitur esse in universo. Est enim
quoddam corpus quod ab alio recipit lumen
et alteri infundit sicut sol. Est aliud
quod recipit sed non infundit sicut terra.
Et ideo ut esset rithmus et armonia
oportuit quod esset tertium scilicet quod recipiat
et infundat sicut luna. Ista autem tempore
antichristi tunc removebitur. Et ideo lu
ctus non mirum tunc obscurabitur. Tunc
enim removebitur omnis pulcritudo et ordinis
quia scilicet antichristus exaltabitur et christus humilia
bitur. Eccl. x. Vidi stultum positum in
sublimi et divites sedere deorsum. Tunc
enim removebitur mutua subministratio
quia omnes diligent propriam utilitatem
et non fraternam caritatem. ii. Thimo. iii.
In novissimis diebus instabunt tempora
periculosa et erunt homines se ipsos aman
tes. Math. xxiiii. Habundabit iniquitas
et refrigescet caritas multorum. Tunc
et removebitur subiectio obedientie
quia tunc regna et imperia recedent et

ab obedientia ecclesie et a fide. ii. Thess.
ii. Nemo vos seducat ullo modo
quoniam nisi venerit discessio primum et reve
latus fuerit homo peccati filius perdi
tionis qui adversatur et extollitur etc.
i. Thimo. iiii. In novissimis temporibus
discedent quidam a fide attendentes spi
ritibus erroris. Unde Crisostomus. Sicut
homo circa mortem multas patitur fatasias
sic mundus in occasu multos patietur
errores. Tertium signum est quod stelle
cadent de celo. Quod non videtur quod hoc possit
esse verum cum corpora stellarum sint incorrupti
bilia et secundum Origenem multe earum sunt ma
iores quam terra. Et ideo terra eas cape
re non posset. Quod dicendum quod tribus modis
stelle accipiuntur. Secundum propter similitudinem
et transsumptionem. Ingenium enim accipiuntur
propter duo. Candor duplex autem igneas
comas emittendo que ordo sydera terre
fixa et stacionaria quam erratica ma
gnas de se comas emittet ut vi
timum adventum iudicii indicent
aut lumen retrahendo quod per aliquot
dies ante iudicium retrahet lumen suum
ut minime videatur. Ioel ii. Stelle
retraxerunt lumen suum. Stelle autem
similitudine dicuntur quedam impressiones
et coruscationes in aere generate que tunc per
aeris fragorem discurrent ad terrorem
malorum. Sap. v. Ibunt directe
emissiones fulgurum. Stelle autem
transsumptive accipiuntur homines sancti alti
enim qui videbantur sancti esse tunc de celo
i. de ecclesia cadent. Legimus autem stel
las cecidisse per caudam scilicet per caudam
draconis ut habetur Apoc. xii.
per eius motum ut habetur eiusdem viii.
Et per cornu hirci ut habetur
Dan. viii. Antichristus quosdam de
cipiet per miracula operacionem et istos
trahet per caudam. Contingit enim cauda
operit turpitudinem bestie sic falsa mi
raculorum opera operit antichristus ini
quitatem. Quosdam per donorum lar
gitionem et istos per eius motum. Glo.

super id Dan. iii°. Tertia diuidet quantitate .... cum antixpus super pacem suo
tempore non poterit auaricia subiugabit.
Quarta nosfera non decipiet per potentiam
D z tormentorum illatorum iustos domini
et perorum. Gregorius Robustos quosque
antixpus interficiet dum eos qui mente in
victi sunt corporaliter vincit. Secundo
ponitur commoditate tertia turbatio terre
scilicet quarum maris. Luc. xxi. Erunt signa in sole et luna ....
sura gentium. Luce cum maior tribula
tio erit pessima que unquam fuit Quadruplex
invenitur. Prima sunt tyrannorum Secunda
hereticorum Tertia ypocritarum Quarta
antixpi cum talibus maior. Vnde dicitur Dan. vii°.
Videbam in visione noctis z ecce
quatuor bestie magne ascendebant de
E mari. Prima quasi leena. ista e crudelitas
tyrannorum. Secunda z similis urso ista e
versutia hereticorum. Tertia quasi pardus
ista varietas z dolus ypocritarum
Quarta terribilis z fortis nimis
ista signat antixpum. Confusio autem ma
ris certis modis accipi potest. Primo
per maris eleuationem z depressionem.
Secundo per maris inauditam z nouam
turbationem. Tertio per maris innoua
tionem. Primo que per maris eleuationem
z depressionem. Vnde sic dicit Ieronimus se in
venisse in annalibus hebreorum quarta
xl. cubitis super montes se eleuabit.
Et alio die sic deprimetur ut vix ap
parere possit. Illa autem talis eleuatio
z depressio sine multa confusione z sono
F tu si non valebit. Secundo per maris
nouam z inauditam turbationem. Gregorius
Confusio maris z fluctuum nondum no
na exorta e Sed dum iam multa enun
ciata completa sunt dubium non est
quin sequitur pauca que restant. Tertia
per maris innouationem. Vnde abigitur
qui precedit facie iudicis mare purga
bitur z nouam formam assumet. Apoc.
xv. Et vidi tamquam mare vitreum
mixtum igne. Illa autem talis purgatio
pugne sine multo strepitu z sonitu
fieri non poterit. Tertio ponitur commoditate
tatem venialem cum dicitur. Arescentibus hominibus
A etc. Quarta autem de talibus posita arescant
aut per modicam terre profunditatem quia
in quarta acuit quia non habuit altitudinem terre.
etc. Aut per radicis incorporalitatem sicut
per Ionam iiii. De edera. Aut per filiorum
eiectionem per insitum mulieris filii cui maledixit
dominus z statim aruit. Aut per estus nimi
etatem. Jaco. i°. Exortus e sol cum ardore
z arefecit fenum etc. Quarta cum gula homi
num antixpus arescet homini qui non erunt
fundati in dei dilectione. Ier. Matth. xxiiii. Surgent
enim aduersi ut operatores sathane i. cum
virtute z signis z prodigiis mendacibus
in omni seductione iniquitatis. his qui pereunt
eo quod caritatem veritatis non receperunt ut salui
B fierent. Dedi qui erunt aridi z vacui
in fide qui in radice. Luc. xviii. Filius
hominis veniens putas inveniet fidem in terra
Tertio qui erunt siccati in bono opere. Matth. xxiiii.
Sicut fuit in diebus noe ita erit z ad
uentus filii hominis. Quarti qui erunt estuati
igne male concupiscentie. Unde dicitur de illis qui tunc
erunt in montibus etc. Tertio iii°. Erunt
homines incontinentes etc. Et de antixpo dicitur
dicitur Dan. xi. quod erit in concupiscentiis feminarum
Septimo ponitur commoditatem intellectualis i.
angelorum cum dicitur. Nam virtutes celorum moue
buntur. Ista autem commoditas temporibus contribus
C Jo. gementes cum videant ruinam Iob xxvi.
Columpne celi contremiscunt z pauent adventum
tum eius. Beda Quando fiet tabula quando
quassabitur columpne. Et de angelis dicitur sta
tim cum audimus pauendum contremiscunt. Gregorius expressa
tione pugne. Et quoniam ad hoc sic loquitur
Crisostomus Cum enim rex preclarum adhoc ...
ceter aliqui expeditionem mandat in populo
dignitates omnes commouentur z exercitum
tota ciuitas sentit. Quanto magis conuenit
te rege celesti iudicare viuos z mortuos
angelice virtutes commouebuntur. terribiles
ministri terribile dominum precedentes. Vnde ipsum
D fulgura viam precedent patrum horrenda co
ruscatione. Tertio exhortatio dicitur videre Iob

xli. Cum sublatus fuit timebunt an-
li 2 territi purgabuntur Crisos. quando
angeli coram deo non fuit videntes tunc in
finitas multitudines. Considerari non illuc
intrepidi stabunt. Sermo secundus
Tunc videbunt filium de eodem
homini venientem in nube. Luce xxi.
Sicut dicit ysydorus in libro de summo
bono in omni iudicio quatuor personae requiruntur
scilicet iudex, reus, actor sive accusa-
tor et testis. Et quia istud euvangelium de ad-
ventu Christi ad iudicium loquitur, ideo iste quatuor
personae in isto euvangelio describuntur. Illa persona iudi-
cis describitur cum dicitur Tunc videbunt filium
hominis etc. Persona rei cum addit In respecti-
bus hominum pre timore et confusione etc. Persona
actoris sive accusatoris ponitur ibi cum
dicit Erunt signa in sole et luna et stellis etc.
Persona testis sive testimonium dicitur Virtutes
celorum movebuntur. Circa primam personam iudi-
cis, id est Christi qui in forma iudicis hominis iudi-
cabit ut bonis det consolationem et pecca-
toribus terrorem et turbationem. Bernardus
F Quod ne pro mora aliqua dixit totius consola-
tionis vult homines presentem iudicari ut in
tanta perturbatione malorum homini fiducia
praestet similitudo naturae. Iste autem iudex tam
iuste iudicabit quod iudicium suum nullo
modo corrumpi poterit. Quatuor autem modis
ut dicit ysydorus iudicium corrumpi consuevit
scilicet primo timore, secundo amore, tertio odio, quarto
munere. Primo quando iudicium corrumpi
consuevit et corrumpitur timore unde dicitur Ecclesiastici
vii. Noli querere fieri iudex nisi virtute va-
leas irrumpere iniquitatem ne forte
extimescas faciem potentis etc. Ysydorus
a Qui metu potentis veritatem occultat
eius deo iram sibi provocat quia plus
pertimescit homines quam divinam trepidet
maiestatem. Quarto iudicium corrumpitur
munere. Ecclesiastici xx. Exenia et dona exce-
cant oculos iudicum. Augustinus Vos autem ad eo
cupiditate violenter in malum ut iam quod
fructum ne vendatur leges corrumpatur ina
sua ipsa venalis sit et nulla causa
iam possit ex divina causa. Tertio corrumpitur
odio. Et quarto amore. Crisostomus perfecte
amor et odium utrumque iudicium non
agnovit. Gregorius Iudicare digne
de subditis nequiunt qui in subditorum
causis odium sequuntur. Alia gratia iudex
autem eternus nullo istorum modorum cor- B
rumpi poterit. Primo enim non timore quia
potentissimus est. Job xxii. Nunquid
timens arguet te et veniet tecum ad
iudicium. Ymmo quanto potentiores erunt
tanto gravius eos sententiose sententiam proferet.
Sapientie vi. Potentes potenter tormen-
ta patientur. Item non amore quia iustis-
simus est. Ideo contra fratres suos scilicet
falsos christianos divinam sententiam promul-
gabit. Ubi nichil valebit consanguini-
tas. Psalmus Frater non redimet. Nichil nec
conformitas. Ideo sequitur redimet homo.
Nichil precium multiplicatas. Ideo dicitur Non
dabit deo placationem suam. Nichil
sanguinis Christi precipitas. Ideo sequitur Et C
precium redemptionis anime sue. Item non
corrumpitur munere quia ditissimus est. Proverbiorum
vi. Non acquiescet cuiusquam precibus nec su-
scipiet pro redemptione dona plurima. Bernardus
Veniet dies illa in qua plus vale-
bunt pura corda quam astuta verba et
conscientia bona et pura quam marsupia
plena. Augustinus Aperiet dies iudicii et
aderit ille iustissimus iudex qui nullius
potentis personam accipiet cuius palacium nullus
episcopus vel abbas nec comes
auro vel argento corrumpere poterit.
Crisostomus Quid enim non dicis de divitibus
ne putes pro divitibus intercedere nec
angeli pro hominibus sicut solebat facere
verbum quia nam iudicii non recipiet
[illegible]. Item non corrumpitur odio quia D
optimus est. Ideo enim quia optimus est
odium eius non potest. Ipse enim omnia
diligit que creavit. Sapientie xi. Diligis
omnia que sunt et nichil odisti eorum que fecisti

et quia diligit eos cum dolore et
cum compassione puniet. Ysa. p° heu
heu consolabor super hostibus meis
et vindicabor de inimicis meis.
Quo[rum] ponitur-iii-i ipsi peccatores dap
nati sunt dampnati eum dicunt. Augusti
tibus horroribus pavore et confusione est
Intimore et confusione tunc ipsi pec
catores erunt sicut dicitur. Gregorius
dicit Quam anguste tunc erunt re
probis Superius erit iudex iratus
inferius est horrendum chaos. A dextris
peccata accusancia. A sinistris infinita
demonia ad supplicium trahencia. Intus
consciencia mordens foris mundus ardens
Quo ergo fugiet peccator. Non enim poterit
ascendere sursum quia ibi est iudex ira
tus de cuius ore procedit gladius
bis acutus. Apoc. vi°. Tunc dicent
E montibus et collibus cadite super nos
et abscondite nos a facie sedentis
super thronum. Nec poterit fugere a
2F dextris quia ibi erunt peccata accu
sancia. Bulhar. Tunc loquentia sil
peccata dicent Tu nos egisti opera tua
sumus et te non deseremus sed tecum ad iu
dicium pergemus Nec a sinistris quia
erunt demones accusatores. Augustinus
Presto tunc erit diabolus accusans et re
citans quicquid fecimus in quo die et
in quo loco peccavimus et quicquid facere
debuimus Nec poterit se abscondere
intus se quia ibi erit vermis remordens
Ysa. ult. Vermis eorum non morietur.
Nec poterit fugere ad mundum quia ibi
erit ignis ardens. Psalmus Ignis ante
ipsum precedet et inflammabit circum
Unde restat [illegible] ut in fornace de
a tm scendat. Tercio ponuntur accusa
tores [illegible] eum dicitur. Erunt signa
in sole et luna et stellis [illegible] Omnis
enim creatura peccatores accusabit.
[illegible] tres accusatores

quia peccatores stabunt. Primus est mundus
Secundus ipsum scelus. Tercius est diabolus.
Primus quidem accusator est mundus quia
sunt elementa et omnes creature de elementis
ut aque dicitur Exo. xv. Submersi sunt
quasi plumbum in aquis vehementibus. De
ceteris aliis elementis dicitur. Job xx. Devora
bit eos ignis qui non succenditur. Reve
labunt celi iniquitatem eius. i. celum
aereum quod obtenebrabitur. et terra ad
versus eum consurget quia fortissime grava
tur de aliis creaturis dicit Crisostomus su
per Matheum In illa die nichil quod in iudicamus
habebimus nisi celum et terra sol et luna
dies et noctes et totus mundus adversus
nos stabit in testimonium peccatorum nostrorum
Secundus accusator est ipsum scelus. Omnia
enim peccata que nunc sunt occulta tunc publi
cabit et per se accusabit actorem. [illegible]
tinea vestimentorum accusabit vana
gloriam auri et omne genus metallorum
accusabit avariciam. Ingluviem edificium ac
cusabit [illegible] de duobus [illegible]
Jaco. v. Divicie vestre putrefacte sunt et ve
stimenta vestra a tineis comesta sunt
Aurum et argentum vestrum eruginavit et
erugo eorum erit vobis in testimonium et man
ducabit carnes vestras. Tercio dicitur
Abac. ii°. lapis de pariete clamabit
et lignum quod inter iuncturas est respondebit.
Tercius accusator est diabolus Augustinus
Dicturus est quia nos adversarius. Equissime
iudex iudica hunc esse meum
ob culpam qui tuus noluit esse per
graciam. Tuus est per naturam meus per mi
seriam. Tuus ob passionem tuam meus
ob propriam accionem et meam suasionem
Tibi inobediens mihi obediens. A te accepit
immortalitatis stolam a me accepit hanc
qua induitur est pannosam tunicam. Tuam
vestem dimisit cum mea huc venit
Equissime iudex iudica hunc meum esse
et mecum esse dampnandum. Ubi si dili

attendimus quia allegaciones pro dyabolo
per quas perdere seu dampnacionem esse
inficit to(tu)m corpus. Et id abhorribil(is)
valde e(st). Sic p(ec)c(atu)m e(st) p(er)iculosius
q(ui)a a(n)i(m)am et corpus inficit et corrumpit.
Et id timendu(m) e(st) et fugiendu(m). Ecc(lesiastic)i
xxi. Q(ua)si a facie colubri fuge p(ec)-
catu(m) et si accesseris ad illa suscipiet
te. Dentes leonis dentes ei(us) interfici-
entes a(n)i(m)as ho(m)i(nu)m q(ua)si rumphea bis
acuta o(mn)is iniq(ui)tas. Et assimilatur
h(oc) p(ec)c(atu)m colubro dentib(us) leonis et
rumphee bis acute. Pro colubro
designat(ur) luxuria. D(icitu)r ei coluber q(ui) colens
umbra(m) vel colub(er) q(ui) lubricus. Luxu-
riosus ei(us) et umbras et tenebras amat.
Job xxiiii. Oculus adulteri observat
caliginem dicens n(on) videbit me oculus
et operiet vultu(m) suu(m) etc. Et de p(ec)c(at)o
in p(ec)c(atu)m labitur. Tren. iiii. Lubrica(verun)t
vestigia n(ost)ra in itinere platearu(m) n(ost)rarum.
Pro dentes leonis intell(igitu)r avaricia. Illud
e(ni)m q(uo)d e(st) in ore leonis nu(m)q(uam) reddit(ur).
Sic e(ti)am q(uo)d rapit avarus vel usura-
rius vix aut nu(m)q(uam) restituitur. Et
Nota(n)d(u)m a(u)t(em) q(uod) p(ri)mi dentes dicuntur
precisores s(e)c(un)di dentes canini sed
ultimi d(icuntu)r molares. Sunt e(ni)m q(ui)da(m)
q(ui) bona paup(er)u(m) precidu(n)t. Isti eis
q(ui)da(m) auferunt s(ed) p(ar)tem dimittunt et
partem tollunt. Isti s(un)t dentes preci-
sores. Alij s(un)t q(ui) p(er) p(e)c(uni)am et (con)tra

iusti(ci)am et v(er)itatem lacerant. Hic mali ad
notati isti d(icun)t(ur) dentes canini. Alij
s(un)t q(ui) universa comminuunt et (con)molunt
sic(ut) tyranni et usurarij. Isti d(icun)tur den-
tes molares q(ui)a o(mn)ia atterunt et co-
molunt. Ysa. iii. Q(ua)re atteritis p(o)p(u)lu(m)
meu(m) et facies paup(er)um (com)molitis. Sed
sic d(icitu)r in Ps. D(omi)n(u)s (con)teret dentes eo-
ru(m) in ore ip(s)orum molas leonu(m) (con)fringet
d(omi)n(u)s. Pro rumphea bis acuta intell(igitu)r
sup(er)bia. Et d(icitu)r bis acuta q(ui)a affligit
ho(m)i(n)em in corp(or)e opprimendo et in reb(us)
spoliando. Sive q(ui)a odiosa e(st) d(e)o et ho-
minib(us) sup(er)ba. Ecc(lesiastic)i x. Odibilis e(st) cora(m)
d(e)o et ho(m)i(ni)b(us) sup(er)bia. Sive q(ui)a occidit
a(n)i(m)am morte culpe et morte gehenne.
T(er)cio p(ec)c(atu)m signat(ur) p(er) lepra(m) q(ui)a e(st) morb(us)
abhominabilis et fetidus. Et id ab alijs
separant(ur) leprosi. Et q(ui)a abhominabiles et q(ui)a
fetentes. Sic et p(ec)c(at)ores s(un)t abhominabiles
et fetentes. Id separant(ur) a bonis et q(uo) ad
locu(m) et q(uo) ad m(utuu)m et q(uo) ad (con)s(or)tiu(m).
Q(uo) ad locu(m) q(ui)a d(omi)n(u)s qua(n)t(u)m loca
s(un)t sc(ilicet) celu(m) t(er)restre paradisu(m) mu(n)du(m)
et infernu(m). In t(er)tio t(antu)m tales leprosi stare
n(on) p(ossun)t q(ui)a q(ua)n(do) lep(ro)si p(ec)cata p(er)p(etra)ta s(un)t in
p(ri)mo angelis invecta sunt de celo ejecti
sunt. Nec in paradiso t(er)restri q(ui)a q(ua)n(do)
in Adam invecta sunt lep(ra) p(ec)c(at)i de paradiso
(com)pulsi sunt. Nec e(ti)am i(n) isto m(un)do tales
leprosi stare p(er)mittunt(ur) s(ed) tand(em) om(n)es eiciu(n)t(ur).
Ps. Ut lutum platearu(m) delebo eos. Et
id n(on) restat n(isi) ut i(n) inferno q(ui) e(st) leprosa(ria)
eoru(m) includant(ur). Ysa. xxiiii. Congrega-
bunt(ur) in congregac(i)o(n)e un(ius) fascis in lacu(m)
et claudent(ur) ibi in carcere. Sic s(un)t sepa(r)ati
a bonis q(uo) ad m(utuu)m q(ui)a nulla(m) p(ar)tem pa(rti)cipac(i)o(n)is
h(abe)nt meritoru(m) q(uae) fiunt a s(an)c(t)is viris i(n) eccl(es)ia
militante. Et id n(on) d(icu)n(tu)r p(ossu)nt resurgere.
Et si cadunt n(on) p(ossu)nt resurgere. Nec in
bono se p(ossu)nt mutuo confovere. Ecc(lesiast)es iiii.
Melius e(st) duos sim(u)l e(ss)e q(uam) unu(m) q(ui)a si
un(us) ceciderit ab altero fulcietur. Et si q(ui)spia(m)
p(re)valuerit adv(er)sus alteru(m) duo resistent
ei. Et si dormierint duo fovebunt(ur)
mutuo. T(er)cio separabunt(ur) a bonis

q^m ad corporalem lepram. Judicat de vita lex sunt
separati q^m ad inicium non tamen q^m ad cor
poralem quia mixti sunt boni et mali. Sed
in futuro fiet separacio. Et q^m ad corpo
rem et q^m ad locum et q^m ad premium Mt.
xiij. Exibunt angeli et separabunt ma
los de medio iustorum. Ecce separacio quantum
ad corporalem. Et mittent eos in caminum
ignis. Ecce separacio q^m ad locum. Ibi erit
fletus et stridor dencium. Ecce separacio q^m ad
premium. Illi enim sunt cruce in luctu. Se
ab se in gaudio. ¶ Secundo oportet medici
sunt benigna curacio. Cum dicit Extendens ma
num tetigit eum dicens Volo mundare et quasi
lepram corporalem quam modo loquimur esse
curata Primo per ablucionem. Sic iiij Reg.
v. de Naaman. Et signat lacrimarum effu
sione. Ps. Lavabo per singulas noctes
lectum meum lacrimis meis etc. Secundo per ostensionem
sionem. Sic patet Luc. xvij. de x. leprosis quibus
dixit dominus Ite et ostendite vos sacerdotibus.
Et sic cum irent mundati sunt. Et signat con
fessionem. Ps. Dixi confitebor adversum me
etc. Tercio per separacionem. Sic patet Num. xij. Maria
na soror Moysi que murmuravit contra Moysen
que septem diebus separata fuit. Et signat con
quiescentiam que instar carceris est medicina
lis. Sic patet per. Cor. v. De. i. fornicario
quem apostolus excommunicavit. Quarto per inclusionem.
Sic patet in manu Moysi que de sinu eductus
apparuit leprosa. Exo. iiij. Sed in sinum
reposita curata fuit. Sic multi quod in
seculo erant leprosi spirituali mundati quando
claustrum ingrediuntur. Quinto per tactum sicut
patet hic. Est autem duplex tactus spiritualis et primo
corporalis secundum quod primo quod tangit et quod
tangitur est corpus. Et iste sunt in x. valde
variosus Luc. vij. Omnis turba querebat eum
tangere etc. Secundo et parti corporis et parti spiritua
lis in quo quod tangitur est corpus et quod tangit
est spiritus. Et iste est tactus tribulacionis in
flicte. Sic patet Job ij. Tange os eius
et carnem eius etc. Tercius tactus est pure
spiritualis in quo quod tangit et quod tangitur est
spiritus. Et iste est tactus inspiracionis interne
Ps. Et x. Abiit cum dominus per conceptum

quo tetigit deus corda. Iste tres leprosi
sunt tacti tactu pure spirituali et parti
corporali quo ad primi correctorem sunt
ad leprosos perventus. Tactu pure cor
porali quo manus Christi eius carnem tetigit
et mundavit. Tactu pure spirituali quo
deus salubrem gracionem sibi infudit
et sanavit corpus et animam. Inspexerunt. ¶
Tercio oportet medici et infirmi de ce
tera commissio ne incidamus peccata
revelabat. Et ad hoc tamen sunt necessaria. Primum
est quod laudis vitacio unde dicitur Vide
neminem dixeris. Aliud est prima con
fessio ut dicitur. Vade ostende te sacerdotibus
Tercium est elemosinarum largicio. Ideo sub
iungitur. Et offer munus tuum etc. Bi
dentes conceptus laudis servat animam con
servat in multo Mt. v. Pater tuus qui
videt in abscondito reddet tibi etc. Con
fessio animam custodit. Ad ij. Ps. Ne tradas
bestiis animam confitentem tibi etc. Elemosina
graciam conservat in corde nostra. Eccl. xxvij.
Elemosina viri quasi sacculus cum ipso
et graciam hominis quasi pupillam conservabit.

¶ Puer meus iacet. Sermo
in domo paraliticus etc. Tercius.
Sicut per lepram ita per paraliticum de c
lectum peccatorum signatur. Cura curatur. Ad
autem istius paralitici tamen novantur. Primo enim
oportet infirmi notare magnam miseriam.
Secundo oportet mediatoris instanciam. Tercio
oportet medici notare magnam omnipotencie
potenciam. ¶ Primo enim oportet infirmi notare
magnam miseriam quia erat paraliticus.
Est autem paralisis dissolucio membrorum
per quas ipsa membra aliquando q^m ad
sensum tamen aliquando q^m ad motum tamen
aliquando q^m ad utrumque. Et ideo per pa
raliticum recte peccatorum designatur. Sunt autem
quidam paralitici q^m ad sensum quoniam non
q^m ad motum. Sic heretici qui deo de
dederunt recte non sentiunt per fidem veram tamen
movet. q^m ad aliquem simulatum operationem
dicitur. Ro. primo. Tradidit illos
deus in reprobum sensum etc. Sap. xiiij.

vani et sunt spiritus hominis in quibus non sunt
est sancta dei. Alij sunt paralitici quorum
ad motum tamen licet non quorum ad spiritum
sic mali vani qui de deo concedere licita
sciunt. Sed non probo opera sic monent.
Tales sunt similes fictes qui pedes
habent sed se non monent. Ps. Pedes
habent et non ambulabunt et ps. Ypa. vel
Quemadmodum quo statuat simulacra que
non monentur. Alij sunt paralitici quorum
ad motum qui nec fidem habent nec opera
Isti sunt tamquam arbores autumpnales
bis mortue ut dicitur Jude i. Tunc
i. paralitici sanatur per fidem quando spiritus
membrorum perfecte restituitur motibus
debitis et in sanus perfecto confirmatur. Sic et
peccator qui paraliticus dicitur perfecte sanatur
quando habet spiritum dei verum motum bone opera
cionis sollicitudo et in huius perseveran
tia et fine debitum de quibus temporibus
dicitur Act. xviij In ipso vivimus et
movemur et sumus. Ecce quia habes a
deo vitam motum et essentiam. Illi ha
bent vitam qui habent fidem veram quia ut
dicitur Ro. primo Justus ex fide vivit. Illi
habent motum qui habent opera sollicita
Illi habent esse spirituale qui in huius con
servatur perseverantia constantia. ¶ Secundo ex
parte mediatorum i. [illegible] notatur
magna orantis instantia. Ista quidem eorum
oratio habent scitum ancora fidei. Unde
dominus dixit de eo Non inveni tantam
fidem in Israel. Sic ut dicitur Secundum quem usque
[illegible] ut si quis intrat domum aliquam
cum aliqua potestate si ullus in invenit
dicit Non inveni aliquem in domo ista.
Sm
Ita tali modo loquitur non continuat sermo ve
nientes. Sed et dominus dicens Non inveni
tantam fidem in Israel non comprehendit di
scipulos sive prophetas. Secundo habent humili
tatem primam humilitate dixit sic non
esse dignum ut Christus subiret tectum. Unde
Augustinus dicendo sic non esse dignum ut
fieret sic dignum non intrans parietes
sed intrans cor Christus intrat. Crisostomus Gratia in
dignum sic fecit ad suspiciendum Christum in domo
dignus factus est vel rex. Unde et cum sic
micius celestis que ad deum destinamus
postea intrat in corpore tuo dico mea
Glossa. Ideo magister vero oramus et quando quis
quidam pro aliquo intrat et mandatum
peragit quo caro puerile nescit. Unde
et aliquo proficere non potest nisi habeat
duos comites superiores fidem sed ad eos
quarto xi. Omnia quecumque orantes petitis
credite quod accipietis et fiet vobis humi
litatem a sinistris. Eccli. xxxv. Oratio
humiliantis se nubes penetrabit. Unde
i. hereticorum ad deum non ascendit quia non
habent fidem catholicam nec oratio superborum
quia non habent humilitatem nec vanorum
malorum quia non habent fidem fortem. Unde
et istius centurionis meruit exaudiri
et propter constantem fidem et propter assistentem
humilitatem et propter impellentem caritatem quam
ea effundebat pro servo salute. Crisostomus
super quarto. Propter duas venit et palam quia
ipse orat necessitas vero cogit palam
et caritas firmius hortatur. Dulcem
et aliud deus oratio non quia necessitas vero
transmittit sed quam caritas firmius hor
tatur. ¶ Tercio ex parte mediati notatur
Sm
magna curationis potentia quia solo verbo
curavit. Ita tamen verba Christus dixit que sunt
causa curationis et benevolentie et sapientie
Primo sunt verba humilitatis. Secundo sunt verba
virtutis. Tercio sunt verba virtutis et potestatis. Primo
sunt verba humilitatis et benevolentie. Cum dixit
Ego veniam et curabo eum. Glossa. Magna
humilitas quia servum dignatur visitare.
Ad filium autem reguli nolunt descendere
ne divitias honorare videretur. Ad servum
mox ire consentit ne servilem conditionem
spernere videretur. Glossa. Quemadmodum stultus
est qui equum empturus non ipsum aspiciat
sed stratum et frenos. Sic stultus est qui
hominem aut ex veste aut ex conditione
estimat. Secundo sunt verba virtutis et sapientie
Cum dixit Multi venient ab oriente

et occidente etc. Ista sunt eius preparatoria ma-
gna quia vidit et previdit multos sal-
vandos ab oriente et occidente ab aquilone
et meridie. Ab oriente quidem veniunt qui in
sua iuventute primam agunt. Ab occidente
qui in sua senectute. Ab austro qui sunt
inter prospera et tamen non sunt temperati. Ab
aquilone qui sunt inter adversa et tamen ibi sus-
tinent pacienciam. Unde sub typo ecclesie sunt
dicta ista Genesis xxviii. Dilataberis
ad orientem et occidentem septentrionem et me-
ridiem. Tercium sunt verba virtutis et potestatis
cum dixit: Vade et sicut credidisti fiat
tibi. Et sanatus est puer in illa hora etc.
Circa vii. Primo illius potestate plenus est
deus et facit omnia verbo suo. Psalmus: Ipse dixit
et facta sunt, mandavit et creata sunt. Verbo sua
etc. Psalmus: Omnia quecumque voluit dominus fecit in
celo et in terra. Differt enim multum creator
et creatura in operacione sua. Alie creature
aliud operantur cum mora et labore sicut homo
et cetera animalia. Aliud cum mora sine
labore ut sol et cetera luminaria. Deus
autem operatur sine mora et labore et sine mo-
tu corporis solo verbo suo et voluntate. Quod autem ipse
solo verbo operatur testatur ipse centurio dicens:
Domine, dic tantum verbo et sanabitur puer me-
us. Quod sola voluntate testatur leprosus dicens: Domine
si vis potes me mundare. Nos autem non
sanamur quia verba sue potestatis non timemus.
Cum tamen dicatur Ieremie x: Quis non timebit
te o rex gentium. Nec adeo sapientiam e-
rubescimus quod omnes cogitationes nostras et omnia
opera nostra videt et conspicit. Hebreorum iv:
Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Et
eius benignitatem contempnimus. Romanorum ii: An
divicias bonitatis eius et paciencie et longanimitatis
contempnis. Iste autem centurio iuste meruit
commendari a Christo quia et verba sue po-
tentie in timore et verba sue sapientie habuit in
honore et verba sue benignitatis et bonitatis ha-
buit in amore etc. Dominica tertia post
Ascendente Ihesu octavas epyphanie. Sermo
in naviculam secuti primus
sunt eum discipuli eius. Et Mt. viii
ecce motus magnus factus est in mari
ita ut navicula operiretur fluctibus. Erat

autem illis contrarius ventus. Ipse vero
dormiebat. Et accesserunt et
suscitaverunt eum dicentes: Domine salva
nos perimus. Et dicit eis: Quid ti-
midi estis modice fidei. Tunc sur-
gens imperavit ventis et mari. Et
facta est tranquillitas magna in mari.
Porro homines mirabantur dicen-
tes: Qualis est hic quia venti
et mare obediunt ei. Sepe
contingit quod quando quis primam inchoat
conversionem temptacio eum pulsat ut dominus
eum liberat. Ideo vertitur se ad dominum in
perfectione ordinem et tanto fervencius et per-
severanter instat donec impetret
dei inspiracionem. Tanta autem gracia se-
pe eum comprimitur quod eciam ipse in admiraci-
onem concitatur. Ista autem possunt in
isto ewangelio comprehendi. Primo enim ponitur
prime assumpcio cum dicitur: Ascendente Ihesu
in naviculam. Secundo ponitur quomodo primam
assumptam sepe sequitur magna temptacio
cum dicitur: Et ecce motus ma-
gnus etc. Tercio in ipsa temptacione sepe
sit auxilii divini subtractio cum non
cum dicitur: Ipse vero dormiebat. Quarto
in ipsa tribulacione et temptacione et
auxilii divini subtraccione debet fieri clamo-
rosa oracio cum notatur per hoc quod accesserunt
ad eum discipuli eius et suscitaverunt
eum dicentes: Domine salva nos. Quinto
post clamosam oracionem sequitur divina miseracio
cum notatur per hoc quod surgens imperavit
ventis et mari etc. Sexto consolata
mens in illa mari tranquillacione causatur
magna admiracio cum notatur per hoc
quod dicitur: Porro illi homines mirati sunt etc.

Primo ponitur prime assumpcio cum dicitur: Ascen-
dente Ihesu in naviculam. Iste
in naviculam ascendit quando ipse
salutem animarum primam agere incipit.
Per naviculam quidem prima designatur
quia ipsa ipsum ad portum salutis
adducit. Et quicumque istam navem
ingreditur ad portum salutis non per-
veniet sed ipsum unda involvet.

Pe[?]

Ideo signata e(st) p(er) Martham noe. Quia
illi qui in Martha adheserunt sunt
saluati. Qui aut(em) no(n) adheserunt
sunt submersi. In h(oc) t(ame)n differt ista ar-
cha ab illa s(ecundu)m suam Crisostomum in li(bro)
de laudibus pauli. Quia in i(lla) archa
et lupus intrauit et lupus exiuit leo
intrauit et leo exiuit. Coruus intrauit
et coruus exiuit. Homines intrauit et
homines exiuit. Sed i(n) ista n(ec) lupus potuit
custodire suam rapacitatem nec leo suam
feritatem nec coruus suam voracitatem nec in
h(ab)itatoribus i(n)mutate sua(m) h(um)anitatem. Quia s(ecundu)m
eunde(m) Crisostomum ecclesia mutat in hac
archam prius si erat lupus mutat(ur)
in agnum. Quia si erat raptor uel auarus
dimittit rapinam et induit innocentiam
q(uia) nulla nocet s(ed) o(mn)ibus p(ro)dest. Qui erat
leo mutat(ur) i(n) ouem q(uia) si erat elatus
p(er) sup(er)biam efficit(ur) mansuetus p(er) humilitatem
Qui erat coruus mutat(ur) i(n) co-
lumbam q(uia) si appetebat carnes nunc
appetit puram g(ra)tiam i(d est) si appetebat
carnales volup(ta)tes nunc appetit spiritu-
ales refectiones. Qui instar corui
differebat suam conuersionem p(ro)testatur dicendo
Cras i(d est) Crophes(?) n(unc). Vox catat in
fenestra coruus in superliminari ...
n(unc) ca(n)tat gemendo et gutturibus ad deum
clamando. Cras i(d est) ysa(ias) lix. Quasi co-
lumbe meditantes gemens ... Un(de)
Aug(ustinus). Ista est vox que multos occidit
dicendo. Cras cras et claudit ho-
stium et remanent foris cum voce cor-
uina q(uia) noluit h(abe)re gemitum colu-
binum. Item homines s(ecundu)m eunde(m) Crisostomum
in ista naui prius mutat(ur) in angelos
Angeli ei conuenit sunt conformes pu-
ritate. Quorum officia aut(em) sunt deo assi-
stere et nobis ministrare. Hoc et sunt deus in
naui prius ingressi ad seruitium auctoris
pariter ... et cor(poris) ... Sicut
ei p(ro)?? q(uo)d sunt ... ...
et deo assistunt p(er) contemplationem
omnes et proximo ministrant ...
ei p(ro)ponitur dispensationis ii Cor v.
Omnes enim excedimus deo siue sobrij
sumus nobis. Hoc p(ro)p(ter) assumpta

tempore fer(tur) maris tempestas. Qu(ia) no(n) ut d(icitu)r Et
ecce motus magnus factus est in mari. Sic et
n(unc) filii accedentes ad seruitutem dei stat in
iustitia et timore et prepara aiam tuam ad temptationem
Commotiones aut(em) tempestatis de ea quiescunt accidere
Aliquid a causa superiori. Aliquid a causa inferiori
Aliquid a causa media. Aliquid enim accidit
commotio a causa superiori hoc est a stellis
et maxime circa ... s(ecundu)m Aug(ustinum) in li(bro) de vita
beata. Ista enim causa innuit(ur) i(n) ep(istu)la Jude.
n(unc) Fluctus feri maris despumantes su-
as confusiones sidera errantia quibus
procella tenebrarum conseruata est. Aliquando
no(n) accidit a causa inferiori s(icut) est a(b) abysso
profundo maris quod nimis fouet et bullit
Ista causa tangit(ur) Job xli. vbi d(icitu)r de leuia-
than. Feruescere faciet quasi ollam profundum
mare et ponet quasi cum vnguenta bulliunt
Aliquando no(n) accidit a causa media s(icut) est a
vento agitante vehemente et vndas maris
concitante. Ista causa tangit(ur) Dan. vii. Vide-
bam in visione mea nocte et ecce quatuor
venti celi magni pugnabant in mari ma-
gno. Tunc bene r(ecte) et tempestatem in fine dei
Aliquid accidit a causa superiori i(d est) deo per-
mittente ad probationem humilitatis et gratie conserua-
tionem. Sicut accidit in paulo q(ui) d(icitu)r ii Cor.
xii. Ne magnitudo reuelationum extollat
me datus est mihi stimulus carnis mee etc.
Aliquid a causa inferiori i(d est) a tyranno aliquo
persequente. Act. xii. Sic illis accidit et
ecclesie et persequi ... Aliquid
accidit a causa media i(d est) a demone ferui-
ente qui in isto aere caliginoso moratur.
Sic patet Job i. Egressus sathan a facie
domini percussit Job ulcere pessimo. Ista causa
sumitur ... de qua d(icitu)r Mt. vii. Descendit plu-
uia et venit flumina et flauerunt venti et
irruerunt in domum illam et non cecidit
Per pluuiam que de celo descendit intellig(itur)
aduersitas a deo immissa uel permissa
Per flumen quod per terra currit et fluunt intelligitur
persecutio alicuius tyranni i(n)flicta. Per
ventum qui abacet volat(ur) temptatio dyabo-
lo confirmata. Ista aut(em) ecclesia nauis tempestuosa
fuit ut enim nauicula coram pluctibus
Remigius in omel. Huius procelle tempta-
tionem et tribulationem solet excitare fides
spes et caritas quas procellas si deus
permittit insurgere ut pene splendor

Q 37

fidei obtenebrescat spei celsitudo
tota habescat in flamma caritatis refrige
scat. Tertio in ipsa tribulatione et temptatione
sepe fit amplius diu substractio. Marci
iiii°. cum dicitur: Ipse non dormiebat. Ubi
notandum quod deus alicubi spiritualiter dormit et
alicubi spiritualiter vigilat. In inferno quidem
spiritualiter dormit quia dampnatos perpetue oblivi
oni spiritualiter tradidit. Job xxiiii: Obliviscatur
eius misericordia etc. In celo spiritualiter vigilat quia sanctos
spiritualiter custodit et coronat. Dan. iiii°: Ecce vigil
et sanctus descendit de celo etc. In purgatorio enim
spiritualiter vigilat super nos suos a tribulationibus
et temptationibus custodiendo. Ideo dicit propheta:
Ecce non dormitabit neque dormiet qui cu
stodit Israel etc. Aliquando dormit cum tribu
lationibus exponendo. Ideo dixit idem propheta:
Exsurge quare obdormis domine, exsurge etc.
Quarto per ipsa tribulatione et temptatione et anxi
etas diu sortitur, dicitur fit clamosa oratio.
Marci iiii°. patet quia accesserunt et suscitaverunt
eum dicentes: Domine salva nos perimus. Crisostomus
Crisostomus: Christus fecit in mari magnam
tribulationem. Marci iiii°. patet quod dicitur:
Porro illi homines mirati sunt etc. Ut
magna tribulatio discipulis magnum incuteret
terrorem et terrore et magnus timor induceret
eos ad clamosam orationem et clamosa oratio in
duceret Christum ad magnum miraculi operationem
et magnum miraculum induceret homines ad
fidem et ad admirationem. Est igitur Christus tempore
temptationis clamosis precibus excitandus.
Augustinus: Excita Christum in corde tuo, vigilet
fides tua, tranquillabitur mens et conscientia tua et
liberabitur navis tua. Ideo propheta premunit insti
in terra ut possint clamet clamantes ex
audiatur et exauditi glorificent deum. Iste
est clamor non tamen oris sed et esse in vocem
Jeronimus: id est per vocem meam ad dominum clamavi
non tamen corde. Item id est per: Clamavi in
toto corde meo, exaudi me domine. Et est
opere ut insistat ieiuniis et clamoribus
et maceratione corporis. Jone iii°: Homines
et iumenta boves et pecora non gustent
quicquam etc. et clament ad deum in fortitudine.

Quinto post clamosam orationem fit divina
misericordia. Marci iiii°. cum dicitur: Cum sur
gens imperavit vento et mari et facta
est tranquillitas magna etc. Ipsa enim
tribulatio et temptatio est sicut quedam tempe
stas que generat merorem. Est sicut quedam
pluvia quia multas lacrimas generat.
Est et sicut quoddam nubilum quia men
tem obscurat. Sed Christus in ris cla
ribus precibus compellit omnem tempe
statem et procellam magnam et mirat tran
quillitas. Compellit omnem pluviam
lacrimarum et remanet mira iocun
ditas. De his duobus dicitur Thobie iii°:
Post tempestatem tranquillum facit et post
lacrimationem et fletum exultationem infundit.
Compellit omne nubilum et remanet
mira serenitas. Mathei xvi.: Facto vespe
re dicitis serenum erit rubicundum enim est
celum. Post vespere prius vita penalis
non incoacta vite eterne significatur.
In vespere et primus vite in sanctis viris
est celum rubicundum id est cor multis tribu
lationibus laceratum. Sed in mane vite
eterne habebunt serenum id est cor a multis
iocunditatibus consolatum. Sexto
de tanta maris tranquillitate causatur ma
gna admiratio. Marci iiii°. patet quod
dicitur: Porro illi homines mirati sunt
etc. Admirantur enim hic de tanta tempesta
te et de tanta subsecuta tranquillitate.
Ecclesiastici xliii: In sermone illius siluit
ventus. Post Qui navigant mare
etc. Admirantur de precedenti tanta ama
ritudine et subsecuta tanta dulcedine.
Psalmus: Secundum multitudinem dolorum meorum
in corde meo consolationes tue leti
ficaverunt animam meam. Admirantur de pre
cedenti difficultate et subsecuta facilitate.
Augustinus in sermonibus: Turbatur aliquis
vehementer seu corporali carnis incommo
do seu tribulatione aliqua corporali
et temporali seu accidia spiritus et animi

quadam defectione languescens ad
temptandum incipit super quam valeat su-
stinere arbitror saluo tamen meliori iudicio
malis mediocriter ab aliis supportari
ut quidam non sentientes tristantur
quam tanto opere formidat ne paruum in-
veniatur primo propter posteriorem fra-
gilitatem quam super priorem difficultate etc.
26 Ascendente ihesu in naui Sermo
culam etc. ¶ Olim feria
fecerat deus nauem in modico
terre in qua posuit homines scilicet adam
ut cum illa ad celestem patriam tenderet
Sed ista nauis naufragium pertulit
quando adam peccauit Deinde fecit nauem sy-
nagoge qua tamen ceteris nationibus
orientibus quia iudeis tamen erat promisit
Sed ista nauis naufragium pertulit
quando gubernatorem eius scilicet christum in cruce
occiderunt Modo fecit tertiam nauem scilicet fratrum
quam ad modum nauis in principio fuit arta
quia paucos habuit credentes In fine
tempore antichristi erit augusta quia tunc
pauci erunt fideles In medio non est
lata quia modo fides multum est dilatata
De ista dicitur naui est [illegible] dicit Crisostomus
super quod Nauigat ecclesia instructa si-
cut gubernaculo felici tempore presentis seculi
mare habens deum gubernatorem angelos
remiges portans omnium sanctorum choros
erecta in medio ipsa salutari arbore
crucis in qua euangelice fidei vela suspen-
dens flante spiritu sancto ad portum paradi-
si et securitatis eterne electos deducit Hec
Crisostomus describit nauem ecclesie quantum ad
octo scilicet quantum ad mare Ad guberna-
torem Ad remiges Ad omnes Ad
arborem Ad uelum Ad uentum Et
ad portum ¶ Primo describit eam quantum
ad mare quod est tempus seculi dicit Crisostomus
nauigat presentis seculi mare Quod
enim iste est sicut mare et dicitur mare pe-
riculosum quia in eo multi naufragium
patiuntur In mari sicilie ubi est

cylla et caribdis ymo de directo nauibus
perit vna In isto autem mari scilicet mundi
ymo de quattuor nauibus euadit vna Augustinus
Animas scilicet absorbebunt te amatores
suos uolare nouit non portare Iob rogat
pro eis dominus Non me demergat tempestas aque
neque absorbeat me profundum neque urgeat
super me puteus os suum Ubi tamen tria rogat Aut scilicet quod non demergatur Aut
quod non absorbeatur aut quod non includatur
Illi demerguntur in aqua tempestuosa qui
cadunt in mortale culpa sed tamen adhuc
possunt liberari Illi absorbentur a profundo
qui per longam consuetudinem profundati sunt in pec-
cato Et isti cum magna difficultate aliquando
liberantur Iob Dormit dominus cor balene cum
iuxta gutta in profundo maris Sed tunc
puteus urget et claudit os suum quando
profunditas peccatorum trahit in desperationem
Dicit Gregorius Augustinus Hinc verbo alludens
Non urgeat super te puteus os suum si
tu non clauseris confitendo os tuum ¶ Secundo
describit nauem quantum ad gubernatorem ad
quem habens deum gubernatorem non pe-
naufragium sustinere Non est enim timenda
tempestas quia per uiam mari scilicet in manu
sua consilies cum cum uideret dependitur
Iob xxxviii Claus concludit hostiis ma-
re etc. Augustinus Cuiuscunque semper tribula-
tio putes te derelictum sed incunctanter cogites
esse Christum ipso suum in tribulatione ista Psalmus
Cum ipso sum in tribulacione etc. Et
Aliquando tamen iste nauta permittit hanc
nauem temptacionum fluctibus operiri ne
homo de se securus se reddat sed spem de se
tolleat et spem suam in deo ponat Augustinus
in sermonibus Nusquam est securitas fratres neque
in celo neque in paradiso multo minus in
mundo In celo angelus cecidit sub presencia diuinitatis
adam in paradiso de celo voluptatis Iudas
in mundo de scola saluatoris Dicit Gratia eam
fuit in periculo in presencia gubernatoris
Nota et dici quod ista nauis ecclesie habet
quattuor gubernatores scilicet quattuor virtutes
cardinales Nam prudentia prima regit ab in-
teriori quia a prora quia eius caput a periculis
vetustis Iustitia a posteriori quia a puppi
quia eius est satisfacere de preteritis Unde et est

que aliquid exiguntur in navi audiunt
et indicantur in puppi. Temperantia
a dextris ne nimis repleatur vel penuria
se reddat in prospis. Fortitudo a sini
stris ne frangatur et perturbat in adversis.
Quartum [margin: Quartum] describitur eadem quantum ad remiges qui
sunt ea deducere. Gradus autem remiges
remigant autem et etiam deducitur eadem
tribus ordinibus remorum scilicet eadem purgativa
illuminativa perfectiva. Ista scilicet tres ordines
angelici sunt. Nos purgare illuminare et perficere.
Tunc etiam autem navem ecclesie versus portum
paradisi tribus istis ordinibus remorum tra
hunt. Quod purgat a culpa. Alias il
luminant in fide. Vel alios perficiunt in
operatione sollicita. Ista ecclesia nominatur. Actus
xvij. insinuatione petri. Dicitur enim quod angelus
astitit et lumen refulsit in habitaculo
carceris et quod cathenas confregit et expurgavit
excitatur. Quis purgatur velociter. Tunc angelus
habitaculum illuminat quod cor nostrum per donum
fidei illuminat et irradiat. Tunc cathenas
frangit quod nexus peccatorum dissolvit.
Tunc velociter excitat quod ad bonum ope
randum sollicitat. Quinto [margin: Quintum] describitur
eadem quantum ad omnes quos ipsa defert. Et habet
portas thoros suorum sociorum. Isti autem tho
ri sociorum quod ad navem ecclesie portantur in tribus
statibus distinguntur scilicet virginali vidua
li et matrimoniali. Qui enim non est in aliquo
istorum statuum non est in navi ecclesie quantum
admitto. Ezechiel. Et ideo submergitur. Isti
enim tres tres thori et status salvandorum
signantur per illos qui in ista navicula con
tinebantur. Ibi enim erat ihesus et discipuli
eius et homines admirantes. Per istum enim illi
homines intelliguntur qui sunt virginales innocentia
Per discipulos intelliguntur illi qui sunt
continentia. Per ceteros alios homines intelliguntur
illi qui sunt in vita matrimoniale. Isti
sunt tres viri de quibus dicitur Ezechiel xiiij. Si
fuerint tres viri isti in medio eius Noe
Daniel Iob ipsi in iustitia sua libera
bunt animas suas. Per Noe qui cum
uxore rexit archam intelliguntur

coniugati qui sua regunt familiam.
Per danielem intelliguntur qui virginalem
servant indicatur. Per Iob intelliguntur et
significantur penitentes quod servant con
tinentia. Quinta [margin: Quintum] describitur eadem quantum
ad arborem que in navi erigitur. Quo
Erecta in medio ipsa salvatoris arbo
re crucis de ista arbore dicitur Ezechiel xx
vijo. Cedrum de libano tulerunt
ut facerent tibi malum. Sunt autem duo
genera cedrorum scilicet cedrus que nascitur
in libano que est valde alta et odori
fera. Et significant eternum quod a deo sunt
alta quod eius virtus in celum ascendit.
A deo sunt odorifera quod pater recon
ciliavit. Est et alia cedrus mari
tima que poma producit tempore suo tempora
habentia. Quarum prima est calida. Media
temperata ultima non frigida. Ista
non cedrus maritima est crux sancta
que protulit pomum id est christum. Ipsa sunt
tempora scilicet divinitas anima et caro
Prima scilicet divinitas sunt valde
calida omnium vitiorum consumptiva et amorum
cordium inflammativa. Hebre. xij.
Deus in ignis consumens est. Media
scilicet anima sunt valde temperata quia omnes
virtutes in ea sunt temperate. Medium
non virtutis aliquam ad finem declinavit
communem. Ultima scilicet caro sunt frigida
quia ab omni concupiscentia penitus aliena.
Sexto [margin: Sextum] describitur quantum ad velum quod
in ea suspenditur eadem dicitur. Insignia christi
fidei vela suspendimus. Velum enim in
hac arbore suspensum est ipsa doctrina
evangelica. Et quia vela regalia consue
verunt esse diversorum colorum. Ideo quod
evangelii velum istud texuerunt et diver
sos colores apposuit. Mattheus
enim a parte egit de christi incarnatione que
facta est consumata dicitur cantica. ij et
xxxi. In caritate perpetua dilexi te
ideo attraxi te miserans. Et ideo
Mattheus apposuit ibi colorem

rubeo per que ignita caritas designatur
Lucas apertius egit de Christi passione
in qua Christus fuit totus denigratus Apoc.
vi. Sol factus est niger tanquam saccus
cilicinus. Et ideo Lucas apposuit in
colore nigro. Marcus apertius egit
de Christi resurrectione in qua Christus totus
fuit candidus et fulgidus. Unde angelus
qui eius resurrectionem nunciavit
in candida veste apparuit. Et ideo
Marcus apposuit ibi colorem album.
Iohannes apertius egit de Christi divinitate que
est aurea. Unde Iob. i. Cant. v. Caput
eius aurum optimum. Caput autem Christi
est deus. Unde i. Cor. xi. Caput
viri Christus est deus. Et ideo Iohannes apposuit in
colorem aureum. Septimo dicendum cuius

Septm

gratiam adiunctum quo impellitur eius dicit
Psalmista Spiritus tuus bonus
deducet me in terram rectam. Et
de isto vento spiritus dicitur iii Re. xix.
Ecce spiritus grandis et fortis subvertens mon-
tes et petras non in spiritu dominus et
post commotionem ignis non in igne dominus et
post ignem sibilus aure tenuis et ibi
dominus. Est et quidam spiritus malus qui preest
superbis scilicet lucifer. Et iste est de quo dicitur
spiritus grandis et fortis etc. Est et alius
qui preest avaris scilicet mammona. Et iste
est de quo subditur et post spiritum commotio scilicet
avarorum. Est et alius qui preest carnali-
bus scilicet asmodeus. Et iste est de
quo subditur. Et post commotionem ignis. Diabolus
enim primo mentem occupat per superbiam. Deinde
ipsam illaqueat per avariciam. Tandem ipsam
inflammat per malam concupiscentiam. Habet igitur
dyabolus naves suas. Una est navis
superborum que ducitur a lucifero. Alia
luxuriosorum que ducitur ab asmodeo. Alia
avarorum que ducitur a mammona. In nulla
istarum est dominus. Sed deus habet navem lenium
mitium et pauperum et humilium que ducitur
a spiritu sancto qui est sibilus aure tenuis.
Ipse enim delectat eum sicut sibilus et re-
frigerat eum sicut aura et tranquillat

eum sicut tenuis. Octavo dicendum cuius gratiam Octa
ad portum adque deducitur eum dicitur ad portum
paradisi et securitatis quietis et tunc deducitur.
In portu enim navis sit secura a piraticis
et ventis. Sunt tranquilla et quieta a laboribus
pristinis. Sunt opulenta commerciis de porta-
tis. Unde portus a portatis mercibus nomen
accepit. Sic et illi qui sunt in portu ce-
lestis patrie sunt securi a temptationibus hostis.
Sunt quieti a laboribus pristinis. Et sunt
opulenti commerciis et multis bonis. Ysa.
xxxii. Sedebit populus meus in pulchritudine
pacis. Ecce quod quieti. In tabernaculis
fiducie. Ecce quod securi. Et in requie
opulenta. Ecce quod opulenti etc. Ser-

Ascendente ihesu in navim mo ter-
etc. Mat. viii. Et evangelium hodiernum tius de
[illegible] morgmali eodem ser-
supra. Quotienscumque turba diu comprime-
bat ipsum tria refugia habebat scilicet desertum
montem et navem. De refugio deserti
dicitur Luc. vi. Venite seorsum in desertum et
requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant
et redibant multi et nec spatium manducandi
habebant. De refugio montis dicitur Mat. v.
Videns ihesus turbas ascendit in montem. Et
de refugio navis dicitur Luc. v. Cum turbe
irruerent in illum. Et sequitur ascendens autem in
unam navim que erat Symonis. Et tu clericus
sic oppressus a tumultibus per cogitacionum
vel temptacionum vel sollicitudinum debes
refugere ad desertum patrie quia ibi invenies
quietem et refectionem. Ioh. xvi. In mundo
pressuram habebitis in me autem pacem. Mat. xi.
Venite ad me omnes qui laboratis et one-
rati estis et ego reficiam vos. Ad montem
contemplationis superne de quo monte dicitur in ps.
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis
requiescet in monte sancto tuo. Ad illum
montem debemus refugere desiderio et conver-
satione. Philip. iii. Nostra conversatio in
celis est. Ad navem autem tribus divine de qua
dicitur in istis ascendente ihesu in navim
clam id est in navem suam per quam mare
puri sunt turpiter discipuli et in omnibus

fidelis cui debet serui Iuo^e i^o. Ca^t xvi.
Si quis vult post me venire abneget
semetipsum et tollat crucem suam et sequatur
me Crista at namicula crucis quinque
fuit videlicet primo quod fuit causa Secundo
quod fuit arbor Tercio quod fuit eius velu
Quarto quod fuit eius victor Quinto quod
fuerit eius victus ¶ Circa primum no
quod eius causa fuit quadruplex scilicet causa efficiens
causa materialis causa formalis et causa finalis
Causa efficiens fuit ipsa beata trinitas scilicet
pater quod ibi posuit suam potenciam inquantum
per baculum crucis hostem potentem prostrauit
Ysa. xxx. Virtute domini pauebit assur
virga percussus Num. xxiiij. Consurget
virga de israel et percuciet omnes duces
moab etc. Filius posuit ibi suam
sapienciam magnam, dyaboli astucia prout
multiplex decepit Aug. Venit re
ceptor et victus est deceptor Et quod
fuit receptor captiuatorum nos re
demit multiplex scilicet cruce sua et po
suit in causa eciam sanguinem suum quod valde
licet nollent rape sanguinem non debito
res Ipse quod rapuit a debitoribus
Spiritus sanctus posuit ibi suam magnam
caritatem Ro. corporibus instruit quod sicut
eius nos per primum suam magnam saluos
nos fecit. Causa materialis fuit
ipsa crux quod de quatuor differentibus li
gnorum fuit compaginata Pes cru
cis crucis siue truncus quod in terra figebatur
fuit de cedro Stipes quod in altum
erigebatur fuit de cipresso Brachia
siue lignum transuersale fuit de palma
Thabula super posita fuit de oliua
Ista quatuor ligna significant quatuor vir
tutes efficacia primo et quod malas
cogitaciones fugat quod significatur per cedrum
cuius odor fugat serpentes Secunda est
quod in tribulacione constancia prestat quod
significatur per cipressum quod nullius venti im
pulsu comam perdit vel amittit

Tercia est quia de hoste triumphat quod
significatur per palmam qua victores co
ronantur Quarta est quod caritatem operat
quod significatur per oliuam cuius liquor
dolores vulnerum dulcorat Insuper
quatuor capitibus conuenimus nos crucis
signaculo communire Vt cum ma
la aliqua cogitacio se ingerit Vel
cum aliquod fantasma dyabolicum
sensibus nostris se obicit Vel cum
aliquis dolor nos arripit Causa
formalis est quod ad instar nauis in
principio fuit angusta in medio fuit
lata in fine non fuit strata Quod
fuit angusta in principio crux ut
caput suum ibi locum non habebat
vbi sustentaretur Quod fuit artam
fine ut pes super pedem ingereretur
Quod fuit lata in medio ut manus
et brachia in longum protenderentur
Causa finalis fuit ut humanum genus
pendere eius scilicet securius transiret
istud cum mundus et vallis fluminis et
mare Ideo Christus parauit nobis crucem
tamquam nauiculam scalam et pontem Terra
et mundus et mare inquo multi pericli
tantur ideo dedit nobis crucem tamquam
nauiculam ut per eam securius transeamus
et saluari possimus Cap. xiiij.
Dignum lignum crucis dum homines animas
suas et transeuntes mare periculorum
liberati sunt Terra et vallis dedit nobis
crucem suam tamquam scalam ut de valle
miserie possimus ascendere ad montem
claritatis eterne Ista scala fuit si
gnificata Gen. xxviii. Vbi di
citur quod iacob vidit scalam stantem super
terram et cacumen eius tangens celum et
Terra non et fluminis dedit nobis crucem
tamquam pontem sine baculo quo secure
transuadare possimus Hebr. lxx.
assistens pontifex futurorum bonorum
Et sunt eius pontifex id est pontem
faciens inquo ponte ipsa crux fuit

ptrabe. Caro x[pist]i suspensa fuit p[er]
thabula apposita quatuor clavis
firmata. Est etiam baculus. Iuxta
illud Gen. xxxii. In baculo meo
transivi iordanem istum. Secundo
2m videndum est quis fuit arbor in ista
navicula. Arbor quidem eius fuit x[pist]us.
Crux enim in navi stat arbor erec-
ta. Crux et in ea caro x[pist]i stetit. De qua
tempore de ista arbore dicitur Eze. xx-
vii. Cedrum de libano tulerunt
ut facerent tibi malum. Appellatur enim
x[pistu]s cedrus non tantum propter sui sublimitatem
sed et propter fructus qualitatem. Poma enim ce-
dri in aliqua parte sunt dulcia in
aliqua acetosa in alia vero dulce et
acetosum sunt media prout sequitur tres
in x[pist]o [illegible]. Eius namque divinitas fuit
dulcissima. Eius caro fuit adversitate
plena. Ysa. i. A planta pedis usque
ad verticem non est in eo sanitas.
Eius anima etiam fuit dolore plena
[illegible] sue ne relicta patiebatur.
Et fuit dulcedine repleta in quantum
fruebatur. Iob. Custodisti factum meum
Ecce [illegible]. Et [illegible] dedisti me
3m leticiam. Ecce fructus. Tertio videndum
est quid fuit velum. Cristus enim qui fuit
arbor fuit et velum. De isto velo dicitur
Eze. xxvii. Byssus varia de egip-
to contexta est tibi velum. Istud tamen velum
dicitur fuisse varium quia contextum est de co-
lore albo rubeo et aureo. Color
albus fuit eius caro candidissima et
mundissima. Color rubeus fuit eius anima
caritate succensissima. Color aureus est eius
divinitas preciosissima. Can. v. Dilectus
meus candidus et rubicundus electus
ex milibus. Dilectus meus candidus per
eius puritatem rubicundus per anime cari-
tatem electus ex milibus per divinitatem.
4m Quarto videndum est quis in ista
navicula fuit mercator. Iste sunt x[pist]us
de quo dicitur Prover. ult. Facta est quasi navis
institoris de longe portans panem suum. In
ista navi iste mercator portat panem
suum i. seipsum qui dicit Ioh. vi. Ego sum
panis vivus qui de celo descendi etc. Et
portat de longe. Istud autem de longe dicitur distan-
tia locorum dicitur quia de celo in terram. Vel dicitur
distantia naturarum quia iste panis condiciona-
tus et creatus consistit quasi in infinitum distat.
Vel dicitur distantia meritorum quia nulla nostra
merita meruerunt ut deus ad nos veniret
et homo fieret. De isto pane dicitur Ie. xi. Mit-
tamus lignum in panem eius i. mittamus panem
celestem in panem lignum eius i. in crucem. Q-
uinto videndum est que sunt merces quas 5m
iste mercator portat. De quibus mercibus sic
dicit Aug. sup. ep. Hebr. ii. liberaret
eos qui timore mortis per totam vitam ob-
noxii erant servituti etc. In hoc seculo ma-
ligno quid abundat nisi nasci laborare
et mori. Hee sunt merces regionis
nostre. Et ad tales merces iste mercator
descendit. Et quia omnis mercator dat et
accipit dat quod habet et accipit quod non habet
Cristus in ista mercatione dedit et acce-
pit. Accepit a nobis quod hic abundat scilicet
nasci laborare et mori. Et dedit re-
nasci resurgere et in eternum regnare. Ex his
patet quod x[pist]us a nobis tres merces accepit scilicet
nasci laborare et mori. De prima merce
dicitur Ysa. ix. Parvulus natus est nobis etc.
De secunda dicitur Ps. Pauper sum ego et in
laboribus a iuventute mea etc. De tertia
Philip. ii. Factus est obediens usque ad
mortem etc. Nobis autem dedit tres merces
scilicet renasci resurgere et in eternum regnare.
De prima Ioh. i. Dedit eis potestatem filios
dei fieri etc. Ioh. iii. Nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto etc. De secunda Ioh.
v. Ego resuscitabo eum in novissimo
die etc. De tertia Luc. xii. Nolite
timere pusillus grex quia complacuit
patri meo dare vobis regnum etc. Do-
minica quinta post octavas epyphanie sermo
primus

Simile est regnum celorum homini
qui seminavit bonum semen
in agro suo Cum autem dormi
rent homines venit inimicus eius et
superseminavit zizania in medio tri
tici et abiit Cum autem crevisset
herba et fructum fecisset tunc appa
ruerunt et zizania Accedentes
autem servi patrisfamilias dixerunt
ei Domine nonne bonum semen seminasti
in agro tuo Unde ergo habet zizania
Et ait illis Inimicus homo fecit
hoc Servi autem dixerunt ei Vis imus
et colligimus ea Et ait illis Non
ne forte colligentes zizania era
dicetis simul cum eis et triticum Sini
te utraque crescere usque ad messem Et in
tempore messis dicam messoribus Colligite
primum zizania et alligate ea in
fasciculos ad comburendum Triticum
autem congregate in horreum meum
Ista parabola de seminante bonum semen
et de superseminante zizania dominus per se
metipsum exposuit Circa cuius expositionem
in isto ewangelio precipue videnda occurrunt
Primo quis est iste qui seminat Certe filius
hominis Secundo quis est iste ager certe mundus
Tercio videndum est quid sit triticum Certe
filii regni Quarto que sunt zizania certe
filii nequam Quinto qui sunt homines dormientes
certe prelati negligentes Sexto quis sit
iste inimicus certe dyabolus Septimo que sit
messis certe consummatio seculi Octavo videndum
est qui sint messores quia angeli Circa
primum est videndum quis est iste qui seminat
certe filius hominis Dyabolus quidem in mundo
tria semina pestifera seminavit scilicet
ignoranciam culpam et miseriam Et ideo
de celo venit celestis agricola portans
tria semina illis contraria scilicet sapienciam
graciam et gloriam de quibus dicitur Johannis primo
Vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti
a patre plenum Certe semen gloriae plenum
gracia Certe semen gratiae Et veritate Certe
semen sapientiae Primo dyabolus seminaverat ignoranciam et obscuritatem mundus erat
tenebrosus Johannis x[o] dominus portavit sapientiam
illuminantem Johannis primo lux in tenebris
lucet et cetera Romanorum xiij[o] Nox precessit
dies autem appropinquavit Secundo dyabolus
seminavit culpam Et ob hoc mundus
erat frigidus Jeremie vj Sicut frigidam
facit cisterna aquam suam sic frigidam
fecit maliciam suam Ideo xpistus portavit
graciam inflammantem Luce xij Ignem
veni mittere in terram et quid volo nisi
ut ardeat Tercio seminaverat dyabolus
miseriam Et ob hoc mundus erat ignominiosus
Ideo xpistus quidem ignominiam
et miseriam devenit homo qui inimicus
filius factus fuerat Et ideo xpistus portavit
gloriam exaltantem Ideo quidem homo
exaltavit quia qui erat inimicus filius
fecit cum fratrem suum angelis concivem re
gem celestem Et omnibus creaturis pre
latum et principem Ista tangitur in psalmo
Quid est homo quod memor es eius aut
filius hominis quoniam visitas eum Ac si
dicat licet homo sit vilis condicionis
tamen memor eius fuisti et eum visi
tasti quando eum ipso puerum contraxisti
Et minuisti eum paulominus ab angelis
immortalibus ipse namque corruptibile tamen
eum adeptus eis per gloriam corporum Gloria
et honore coronasti eum Domine quia fecisti
eum regem celestem et constituisti eum
super opera manuum tuarum quia fecisti
eum omnibus creaturis prelatum et principem
Secundo videndum est quis est ager qui
mundus In isto tamen agro sepes sunt prin
cipes malorum concupiscenciarum punc
tiones scilicet curarum sollicitudinum et
destructa est sepes quibus sepium de istis
habetur Proverbiorum xxiiij Per agrum pigri
hominis transivi et per vineam viri stulti
et ecce totum repleverat urtice
et operuerat superficiem eius spine
et maceria lapidum destructa erat
Sit igitur cor nostrum sicut aptus ager

ad penitus extirpandum debemus evellere ur-
ticas male concupiscentie et plantare
myrtum temperantie. Ysa. lv. Pro urtica
crescet mirtus. Urtica proprie vocata
est eo quod tactu adurit et ignem
[illegible] et pruriginem generat. Et ideo carnalem
libidinem corruptionem designat. Mirtus
dicitur primo ysid. amara eo quod in litoribus
maritimis nascitur et est temperantie
et sicut continentie. Tunc enim pro urtica
crescit mirtus quando in carne in qua
oriebatur fervor concupiscentie oritur motus
predicatione debemus etiam eradicare
spinas pungentium sollicitudinum et
partem cordis novare. Ier. iv. Novate vobis
novale et nolite serere super spinas.
Debemus etiam edificare etiam super spinas cordis
sepem custodie. Eccl. xxviii. Sepi aurem
tuam spinis. Eccl. x. Qui
dissipat sepem mordebit eum coluber
scilicet infernalis. Capitulo vi. Et quod sint tri-
ticum. Mat. filii regni. Triticum enim
est potius rubore nitius candore
plenius et delectatio mille cibis ad
mixtum mille saporum erit receptivus
Sic et filii dei potius sunt caritatis
ardore nitius innocentie sunt plenius
consolatione et infinita opera et beneficia
dei infinitum inde habent saporem
Cant. v. Dilectus meus candidus per puri-
tatem et rubicundus per caritatem electus ex mili-
bus propter tam multiplicem saporem. C.
Capitulo vii. et quod sint zizania etiam
filii nequam. Zizania enim sunt in acu-
ta vetorum et venenosum. Augustinus
sunt vinum acuta significat avaritiam
Avari enim valde acuti sunt ad deci-
piendum proximos. Sicut novacula acuta
fecisti dolum. Sic enim novacula acuta
ducta per caput cito et totaliter radit
pilos sic et avarus simplices cito
et totaliter spoliat et decipit. Augustinus
ait sunt vinum vetorum significat superbiam
Prov. x. Qui nititur mendaciis hic
pascit ventos. Idem sicut aves volantes

Superbus autem nititur mendaciis adulationum
et sequitur ventos favorum ambitionum. Ventus
enim dicitur eo quod violenter venit et in subito
deficit. Sic ambitiones saepe in magna
[illegible] veniunt et cito deficiunt. Tales
etiam sicut aves volantes [illegible] desideriorum
animus enim per ysid. dicitur ab a. quod est sine
et via quia sine via quod non habet certam viam
sed per aera vagando discurrit. Sic superbi
per vaga et varia desideria discurrunt et
[illegible] stabile in mente sistunt. Augustinus
ait Zizania vinum sunt venenosum significat
luxuriam Deut. xxxii. Venenum aspi-
dum insanabile. Aspis enim dicitur ab aspergen-
do quod venenum spargit. Et sicut dicitur
quod venenum luxurie spargit quod dicitur insanabile
Aspis autem ne audiat incantatorem vocem
unam aurem in terra figit aliam cum cauda
claudit. Sic est duplex causa quare saepe luxurio-
si non sanantur. Una est quia sunt corporum
et rerum honorum et divitiarum quasi sunt ma-
teria. Alia est quia promittunt sibi longam
vitam. Et hec cauda in aure ponitur. C.
Capitulo vii. est quod sint boni docentes quia
plati negligentes. Tales enim sunt quia [illegible]
quibus periculosum est dormire sicut primi sunt
pastores. Secundo [illegible] sunt gubernatores
navis. Tertii sunt ianitores obsesse in urbis
periculum et licet quod plati dormiunt. Primo quia
sunt quasi pastores unde dicebat Ia-
cob quod sunt pastor Gen. xxxi. Fugiebat
quod somnus ab oculis meis. Luc. ii. Pasto-
res erant in regione eadem vigilantes et
custodientes vigilias noctis. Secundo quia
sunt navis eorum gubernatores Prov. xxiii.
Eris quasi dormiens in medio mari et quasi so-
pitus gubernator amisso clavo. Tertio
quia sunt urbis ecclesie ianitores. Ecclesia enim nunc
obsessa est a demonibus et tyrannis. Et ideo
periculosum esset si isti ianitores dormirent
unde primus ianitor reprehenditur. Mat. xxiii.
Primo Regum iv. quod sicut [illegible] est in secunda Re-
gum ubi dicitur quod Rechab et Banaias in-
gressi sunt domum Ysbosech latenter

et ipse dormiebat super stratum suum
cari ad cenam que erit tam nova et
tam iocunda Apoc. xix. Beati qui ad
cenam nupciarum agni vocati sunt etc.
Eternitas decentur. Et hoc est vocari
admiracionem id est ad denarium in quo ioue(?)
5m iocunditas eternitas designatur. Quintum potest
remuneratorum dignitas. Unde dicitur operarios
Idem cum digni sunt eterna remuneracione
quia non fuerunt ociosi sed in continuo labore.
Ociosis enim non competit eterna remunera-
cio sua nec in inferno. Ideo enim competit
eis esse in mundo qui est locus laboris Job
v. Homo nascitur ad laborem etc. Nec esse
in celo quia datur laborantibus sed prius
hic. Prov. ult. Laudent eam in portis
opera eius etc. Nec esse in terrestri pa-
radiso quia homo ibi positus fuit ad operandum
Gen. ii. Ut operaretur et custodiret
illum etc. Nec esse in purgatorio quia
ibi non purgatur nisi laborantes post
in laborem homines non sunt etc. Relinquitur
ergo quod erunt in inferno qui non est ad
operandum aptus sed ad recipiendum
Eccl. ix. Quodcumque potest manus tua
instanter operare quia nec opus nec ratio etc.
6m Sextum potest debiti preciositas. Unde
dicitur Redde illis mercedem scilicet dena-
rium id est eternam vitam que per denarium significatur

multiplex ratione. Primo quia ibi erit apta cla-
ritas. Secundo quia ibi erit dulcis suavitas.
Tertio quia ibi erit plena copiositas. Primo quod
vita beata per denarium significatur quia ibi erit
apta claritas. Io. dicitur Quia nichil adyan
quam clarum [illegible]. ii Cor. iii. Nos vero omnes
revelata facie gloriam domini contemplantes
in eandem ymaginem transformamur a claritate
in claritatem. Illa de clara visione speramus
inebriari in clara contemplacione domini,
de clara contemplacione domini transibimus ad
claram visionem speramus. Secundo significatur
per denarium vita beata quia ibi erit dulcis su-
avitas. In hac enim vita nichil dulcius amatur
a beatis quam nummus, et in vita beata nichil
dulcius amabitur quam deus. Aug. de doc. xpiana.
Quid nos sic clare pecuniam ut inde
amor pecunie superpiat labores [illegible]
tollerent nunc cupiditas vetera fluctibus
vos committatis sic iure amare sicut nolo
amari aut deus. Tertio vita beata significatur
per denarium quia ibi est plena copiositas.
Illa secundum opinionem vulgi vita pecuniam ha-
bentium. Unde quia in pecunia omnia continentur,
sic et in deo omnia continentur. Et ideo eo habito
omnia habentur. Hoc xxxiii. Ego audiui
et [illegible] etc. Anselmus. Anima unum bonum
in quo est omne bonum et sufficit ei. Iste autem de-
narius sufficit cuique quia omnes habebunt
idem celum ad habitandum, sed tamen ibi sunt diverse man-
siones Joh. xiiii. In domo patris mei
mansiones multe sunt. Omnes habebunt eandem
claritatem ad contemplandum, sed tamen stella
differt a stella in claritate sic et in resurreccione
mortuorum ut dicit Paulus i Cor. xv. Omnes
habebunt eandem suavitatem et dulcedinem ad fru-
endum, sed in alia est dulcedo sicut alia
lactis alia mellis. Istam autem dulcedinem
deum tangit etiam cum dicit In illa die
stillabunt montes dulcedinem scilicet dulce
vinum et colles fluent lac et mel. Et est
proprie de [illegible] Joel ult. Sic enim in illis
est deus in dulcedine. Secundo et [illegible]

primum

in divina perdurant. Quinto potest peteri
cum magna consolacione. Unde dicitur Erunt
primi novissimi et novissimi primi. Exemplum
de illis qui ad penitenciam tarde veniunt tamen
remunerantur quam illi qui venerunt tempestive
quia tamen devocius currere [illegible] tamen remunerati
sunt latro quam Petrus. Vel illi qui sunt novissimi
in oculis suis sunt primi in oculis dei. Ysaie
xv. Nonne cum parvulus esses in oculis
tuis caput in tribubus Israel factus es. Vel
illi qui sunt novissimi in dicto hominum sepe
sunt primi in iudicio dei. Regum. Deus non con
siderat exteriora cordis sed interiora cordis
Reg. xvi. Homo videt que foris patent deus
autem intuetur cor. Vel potest dici quod erunt no
vissimi primi quia sepe illi qui tarde ad pe
nitenciam veniunt tempore precedunt alios in
fervore. Seneca. Conficiamus quod in tempore
fuit consumere ut quod tardius cepimus velo
citate compensat mora. Beda. Erunt primi
novissimi et novissimi primi. Multi prius
sunt fervidi postea torpent. Alii sunt prius
frigidi postea inardescunt. Alii sunt in
hoc seculo despecti qui in futuro sunt glorificandi.
Alii sunt apud homines gloriosi qui in futuro
sunt dampnandi. Sexto potest presumi in
magnificationis intrusio (?). Unde dicitur Multi enim
sunt vocati pauci vero electi. Ad quid enim
sumus vocati? Primo scilicet ut in celestes reges
et episcopos eligamur. Secundo sumus vocati ut
in stadio certe militantes per viam manda
torum dei curramus. Tercio ut in acie milita
ntis ecclesie pugnemus. Quarto sumus vocati ut
in domos celestes tanquam lapides vivi
edificemur. Quinto ut in celestem patriam
intremus. Primo quod sumus vocati ut in
celestes reges et episcopos eligamur. i Pe.
ii. Vos estis genus electum regale sacerdo
cium gens sancta etc. Videmus enim quod ad elec
tiones regum et episcoporum multi vocantur
sed tamen unus solus eligitur. Sic multi vocantur
ad fidem pauci vero eliguntur ad celestem
et regalem dignitatem. Secundo sumus vocati ut
in stadio certe militantes per viam ma
datorum dei curramus. Videmus enim quod
vocantur multi ad stadium sed tamen unus
accipit bravium ut dicit apostolus. Cor. ix. Sic
et multi sunt vocati ut per viam fidei
et mandatorum dei velociter currant sed
tamen pauci perseverant. Unus enim id est perse
verans solum. Glossa. Accipit bravium id est preci
pium celestis victorie et dignitatis
corone. Tercio sumus vocati ut in acie mi
litantis ecclesie pugnemus et eundem Luce
iii. Cuius ventilabrum in manu eius
et permundabit aream suam etc. Videmus
enim quod multum de palea in area relinquitur
et parum de tritico in horreum reconditur.
Sic eciam multi sunt qui bonis operibus
vacui existentes relinquuntur et comburentur
igni infernali. Pauci autem in horreum
dei reconduntur. Luce iii. Congregabit triticum
in horreum suum paleas autem comburet
igni inextinguibili. Quarto sumus vocati
ut in domos celestes tanquam lapides
vivi edificemur. i Pe. ii. Ipsi tanquam
lapides vivi superedificamini in do
mos spirituales. Domus autem celestis
non edificatur nisi de lapidibus preciosis
dicitur Thob. xiii. Ex lapide precioso cir
cuitus murorum eius. Videmus enim quod
multi sunt lapides communes sed lapi
des preciosi sunt pauci. Sic ad edifi
candum domum celestem multi sunt vocati
sed tamen communes id est illi qui tenent tamen fidem
et non opera relinquuntur et de eis domus
infernales edificantur. Pauci autem sunt
lapides preciosi qui fidem tenent et opera
qui in celeste edificium assumuntur.
Quinto sumus vocati ut in celestem
patriam intremus. Videmus enim quod multi
filiorum Israel ad terram promissionis vocati
sunt sed pauci ad introeundum sunt electi.
Et ideo dicitur quia via que ducit ad
perditionem nimis est lata. Que autem ducit
ad vitam nimis angusta. Matthei vii.
Lata porta et spaciosa via est que ducit ad
perditionem et multi sunt qui vadunt per eam. Quam
angusta porta et arta via est

que ducat ad vitam et pauci sunt qui
inveniunt eam etc. Dnica in lx. Sermo iiii.

Exiit qui seminat seminare semen suum.
Et dum seminat aliud Luc. viii.
cecidit secus viam et conculcatum
est et volucres celi comederunt illud.
Et aliud cecidit supra petram et natum
aruit quia non habebat humorem.
Et aliud cecidit inter spinas et
simul exorte spine suffocaverunt illud.
Et aliud cecidit in terram bonam et
ortum fecit fructum centuplum. Hec
dicens clamabat Qui habet au-
res audiendi audiat. Interroga-
bant autem eum discipuli eius que
esset hec parabola. Quibus ipse dixit
Vobis datum est nosse misterium regni dei
ceteris autem in parabolis ut videntes non
videant et audientes non intelligant.
Est autem hec parabola. Semen est verbum
dei. Qui autem secus viam hii sunt qui au-
diunt deinde venit diabolus et tollit
verbum de corde eorum ne credentes sal-
vi fiant. Nam qui supra petram qui
cum audierint cum gaudio suscipiunt
verbum. Et hii radices non habent quia
ad tempus credunt et in tempore temptationis
recedunt. Quod autem in spinas cecidit
hii sunt qui audierunt et a sollicitu-
dinibus et divitiis vite euntes suffo-
cantur et non referunt fructum. Quod
autem in terram bonam hii sunt qui in corde
bono et optimo audientes verbum
retinent et fructum afferunt in pa-
tientia. Consuetudo fuit domino lo-
qui sepe in parabolis ad turbas ut
more palestinorum ubi predicabat gerit(?)
ut doctrina misteria indignis non pan-
deret ut bonis et humilibus occultata se
ocius(?) [illegible] et quod dicebat melius(?)
melius imprimeret. Est autem parabola sicut
dicit [illegible] rerum [illegible] sibi dissimilium
[illegible] facta comparatio. Et subdit
[illegible] parabola grece similitudo dicitur

la. ut quid quod intelligere volumus per ali-
qua comparationem meditamus ut fortius diligere
durare et velocius [illegible] et audire capiamus.
In ista autem parabola mentio fit de tribus scilicet
de seminatore de semine et de terre varie-
tate. Primo autem primo agitur de seminatore. In secundo
de semine. Et in tertio de terre varietate. Se-
minator est ipse christus. Predicator ac pauci(?)
et cooperarius seminatoris est seminator. Aug.
in li. de doc. christi. Ego quid ille seminat quid
sum in cooperarius seminans. Ille est in me
ponens digitum est quod spargo vobis. Nolite
attendere ad vilitatem cophini sed ad caritatem
seminis et ad potestatem seminatoris. Debemus autem
seminatorem quatuor [illegible] que fuerunt in christo
et in [illegible] denotantur. Primo magna
magna dilectio quod notatur cum dicitur Exiit. Secundo
et magna [illegible] quod notatur cum dicitur Seminare
semen suum. Tertio et magna prudentia quod no-
tatur cum dicitur Aliud cecidit in terram bonam et ortum
fecit fructum centuplum. Quarto et magna patientia quod
notatur cum dicitur Et fructum afferunt in patientia.
Primum est quod magna dilectio quod notatur cum dicitur
Exiit. Bonus autem seminator debet exire non
debet ocio torpere sed ad agros suos seminandos
frequenter exire. Eccl. xi. Tanquam bonus seminator
exivit multipliciter. Primo de sinu patris et
venit in uterum virginis. Secundo exivit de utero
virginis et venit in mundum. Tertio exivit per
resurrectionem suam de mundo et nunc in celum.
Quarto exivit de sinu patris et venit in
agrum [illegible] [illegible] et ibi terra seminat(?)
scilicet semine et in [illegible] antiqua et Novum id est di-
vinitatem suam que est [illegible] Carne sua que est
antiqua id est ab Adam traducta. Et aliam suam
que de novo fuit creata. De his tribus
tanquam ex tribus farine satis [illegible] antiqua
et nova factus est id est panis celestis qui
dicit Ioh. vi. Ego sum panis vivus qui
de celo descendi. Quod figuratum est Gen.
xviii. Accelera tria sata farine simile
commisce et fac subcinericios panes

Tunc est pura .i. virgo beata tu sacra proles
qui inistitit quod xpus cum te in thronis celestibus sedes
de spiritus gaudent virtutibus. Tercio convenit
deuoto virginis et vocatur in mundo portans
secum tria secundum Bernardum doctorem. Bernardum
gratie et Bernardum vitae. Primo portatur secum sermo
doctorum. Mundus est erat multis erroribus
tenebratus. Et erat dei inimicus et dyaboli seruus.
Iesus xpus de paradiso attulit sermone doctrine ut
omnes errores dyaboli dissoluet. Prima Joh. iii.
In hoc apparuit filius dei ut dissoluat opera
dyaboli. Propter hoc est officium venit in mundum ut
secundum sermone doctrine predicando peregit lucas iiii.
Oportet me et aliis civitatibus euan
gelizare verbum dei quia ideo missus sum. Secundo
attulit secum gratie ut mundus dei inimicus
vivificauit et reconciliaret. Ephes. ii.
Gratia dei saluati estis per fidem. Tytum iii.
Iustificati gratia ipsius heredes simus secundum
spem vite eterne. Tercio attulit secum vitae ut
mundus de seruitute dyaboli redimeret. Psalmus
Quoniam apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio.
Tytum iii. Secundum suam misericordiam saluos nos
fecit. Iesus dei filius celestibus dedit primo Corinthios primo. Qui
factus est nobis a deo sapientia et iustitia et sancti
ficatio et redemptio. Sapientia magistri mundi
illuminatur. Iustitia et sanctificatione magistri mundum
iustificatur et reconciliauit. Et redemptio
magistri mundi redemit. In signum significatus
de xpo corde eius exierunt tres fontes
emanauerunt secundum aqua et sanguis et
lacrime. Per aquam est intelligitur eius sapientia
sive doctrina qua mundum ab erroribus ab
luit. Eze. xxxvi. Effundam super vos
aquam mundam et mundabimini etc. Et effu
dit sanguis quo nos redemit. Apocalypsis. v.
Redemisti nos domine in sanguine tuo etc. Et
effluxerunt lacrime quibus nos patri recon
ciliauit. Heb. v. Cum clamore valido et
lacrimis offerens exauditus est pro sua re
uerentia. Tercio per suam resurrectionem
conuenit deuoto et vitae in celum. Et licet

in agro celesti plantasset tunc lilia au[...]
post ascensionem tamen ibi plantauit ro
sas martirum. Ecclesiastici xxiiii. Quasi pla
tatio rose in Jericho. Et violas confes
sorum et lilia virginum. Canticum primo. Ego
flos campi et lilium conuallium ad primos. Et lilium
conuallium quo ad secundos. Vel potest dici quod
deus est quasi agros secundum celum et terre
siue paradisum et mundum et virginis utero
in celo quidem seminatur. Nam angelicam
sed aliquorum corporum fecit fructum tamen tota secum una
die superbe cogitationis per eos tunc secum fecit
cecidit. Et sic malus voluntate .i. superbia
illud deuorauit. In terrestri paradiso seminatur
primos parentes. Sed quia non habebat alti
tudinem terre .i. plenitudinem gratie comparatur
in orto post temptationis dyabolo aruit
in agro mundi seminatur genus humanum
sed sicut omnes a spinis diciarum et solli
citudinum suffocatur. In agro uteri
virginalis seminauit semper ibi fuit clau
sura custodie custodis. Altitudo terre compu
tata gratia et multe fuit spine
sollicitudinis mundane. Et ideo eius terra fecit
fructum trecentesimum in quo fuit virgo. Quinta
sexagesimum in quo fuit primo mox vidua
delicta. Et centesimum in quo fuit virgo per
petua. Quinto nascitur in puro et bono
seminatore magistro pura corde. Unde eum
dicit. Seminare sermone sum. Pura autem
seminator non acquirere eo vivo actu secundum
conceptu vero seminatur. Lucas. At
apostolo mundi seminare incipit. Seminauit
autem patriarchas prophetas prophetas deinde
apostolos deinde martires deinde confesso
res deinde virgines. Et insuper sua semina
seminatur in suis. Nam in patriarchis se
minauit magnam fidem et in magistris in
prophetis magnam sapientiam. In apostolis magnam
plenitudinem gratiae et plenitudinis gratiam. In
martiribus magnam constantiam. In con
fessoribus magnam continentiam. In virginibus

Om

magna inedicia. Ista significatur
Ysa. xxviii. Numquid tota die arabit
arans ut serat, proscindet et sarriet hu-
mum suam? Nonne cum adequaverit faciem
eius seret gith et ciminum sparget
et ponet triticum per ordinem et ordeum
et milium et viciam in finibus suis.
Gith secundum Glo. est genus leguminis
simile cimino insipidum sed nigri coloris
et in pane dulcorando spargitur. Cimi-
num est species aromatica et semine aromatico
et medicinale. Triticum secundum ysidorum dicitur
a terendo eo quod in area teritur et purum
in horreis collocatur. Vicia secundum eundem
dicitur a victoria eo quod victores te inde
coronabantur. Milium secundum eundem dicitur a multi-
tudine vel secundum quosdam dicitur a mille eo
quod unum granum seratum sepe componitur in
mille. Ordeum dicitur quasi aridum. Tunc cre-
dens seriat gith qui prelatos de-
dit qui tedio insipidum sua fide dul-
corant. Tunc seriat ciminum qui prophe-
tas produxit quorum medicinalia verba egre-
scentes infectos sanant. Tunc seriat
triticum qui apostolos dedit qui tribulacionibus
triti reponi in horreis celestibus premis-
sum meruerunt. Tunc seriat vici-
am qui martires dedit qui victores
coronam vite acceperunt. Tunc
seriat milium qui multitudinem confessorum
adduxit que est tanta ut numerari non
possit. Apoc. vii. Vidi turbam magnam
quam dinumerare nemo poterat. Tunc seriat
ordeum qui virgines protulit que ab omni
humore male concupiscentie sua corpora desicca-
verunt et arida fecerunt. Potest etiam
iste seriator corda nostra seriare non ces-
sat et sua desideria seriat. Unde pervenit
Ysa. xxviii. Numquid tota die arabit
arans etc. ¶ Tercio requiritur in bono
seriatore magna prudencia ut scilicet terram
diligenter colat. Quod notatur cum dicitur aliud
cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum
etc. Terre cum agros dedit deus nobis

scilicet corpus animam et pauperes. Ut scilicet corpus
sicientius puniatur et iudicia animam puniat
et devocione interna pauperes pascat et
una. Et si isti agri tali fuerint seriati
centesimum fructum reddent. Centesimus est
fructus debitus virginibus quorum corpus pure dilec-
tioni concoluerunt. Hic cum numerus centenarius de
leva transit ad dexteram et circulum facit. Sic
virginitas hominem de condicione humana trans-
ire facit ad dignitatem angelicam et celestem
acquirit coronam que debetur contemplativis. Unde
dicitur. Gen. xxvi. Seminavit autem ysaac in terra
illa et invenit in ipso anno centuplum. Ysaac
qui interpretatur risus significat virum contemplativum qui
facit risum deo gaudium angelis et ipse etiam
gaudet in corde suo. Debetur etiam pauperibus
qui omnia relinquunt propter deum et pauperibus
dederunt. Mat. xix. Omnis qui reliquerit domum
etc. Et sequitur. Centuplum accipiet et vitam
eternam possidebit. Quod sic dicit Lincol. Non
videtur sufficere prudencia serendi in via vel super
petram vel inter spinas seriasse. Et addit
cum hoc assignare. Quia id est quod sic ille
qui seriat sine discrecione mittit semen.
Sic predicator non debet indicare inter divitem
et pauperem studiosum et desidiosum. Ro.
i. Grecis ac barbaris sapientibus et insi-
pientibus debitor sum etc. Glossa id est quia
quantum ad seriacionem materialem secundum eundem Lincol.
non est prudencia in tali terra seminare
quia non est possibile via non esse via petram si-
ve terra vel spinas non esse spinas. Quantum
autem ad seriacionem spiritualem prudencia est quia
ille qui erat via potest non conculcari. Ille non
qui erat petra potest pinguis terra fieri. Et in
illo in quo erant spine potest ipse spine e-
radicari. Glossa id est obprobriatorum con-
solacionem ut non conficiatur si semen suum
in multis perire conspexit quia in Christo hoc
accidisse videt. Mat. x. Non est discipulus
super magistrum etc. ¶ Quarto requiritur in bono
seriatore magna paciencia. Quod notatur cum dicitur.

Et fructum afferunt in paciencia luc. Jaco. v.
Ecce agricola paciens exspectat preciosum
fructum terre paciens ferens donec accipiat
temporaneum et serotinum Sepe enim deus ali
cui innittit aliquod bonum propositum vel per
suam predicacionem aliquod bonum verbum et tamen
paciens expectat donec fructum accipiat
aut per temporaneum in iuventute vel serotinum
in senectute Sic significatum est luc. xiii
in ficulnea quam per tres annos fructum non fe
rebat Et eam succidenda esset rogat agrico
la ut adhuc annis expectaretur primus annus
est puericia Secundus iuventus Tercius est maturi
tas Quartus est senectus ysa. xlvi. Usque
ad senectam ego ipse et usque ad canos
ego portabo etc. Deus enim portat pecca
tores usque ad canos id est usque ad maturi
tatem et usque ad senectam id est usque ad se
nectutem etc. Sermo secundus de eodem

Semen est verbum dei etc. Ista quidem verba
sunt desideratiue dicta et hic de semine
Est enim semen verbum dei quod christus de ce
lo attulit et in terra seminavit Nisi enim hoc
semen christus attulisset totus mundus in peccatis ste
rilis permansisset ysa. primo Nisi dominus
exercituum reliquisset nobis semen quasi sodoma
fuissemus etc. Est autem modo notandum quod duo
semen unum quod seminat christus scilicet verbum suum
Aliud quod seminare debet homo scilicet largitio ele
mosinarum Secundo primo videndum est quare verbum dei
dicitur semen Et primo quare dicitur semen
vocatur Dicitur autem verbum dei semen ratione
primo quia in semine est calor naturalis quo planta
fovetur Secundo quia in semine est humor nutritiue
talis quo planta nutritur augetur et aug
mentatur Tercio quia est in eo spiritualis quedam vis
seminis ordinalis generatiua Dicitur quoque verbum dei
semen triplici ratione Primo eo quod habet virtutem calefac
tiuam Secundo quia habet virtutem nutritiuam Tercio quia
habet virtutem generatiuam Primo quod verbum dei dicitur
semen eo quod habet virtutem calefactiuam et
inflammatiuam Psalmus. cxviii. Ignitum eloquium
dei ignitum clippeus est sperantibus in se

prouerbiorum Ignitum eloquium tuum vehementer
Et si sermo dei est ignitus tamen peccatores
sunt frigidi Jere. v. Sicut frigidam
facit cisterna aquam suam sic fecit maliciam
suam Quare ad verba dei non pertinens inflam
matur Respondeo Dicendum quod accidit triplici
de causa Primo racione elongacionis Secundo
racione oppositionis Tercio racione congela
cionis Primo quod dico peccatores ad verba
dei que sunt ignita non inflammantur quia
ad istum ignem non appropinquant sed aut
corde aut corpore se elongant Qui
autem appropinquant corpore attente audiendo
et corde deuote intelligendo isti il
luminantur et inflammantur psalmus Accedite
et illuminamini Deutero. xxxiii. Qui appro
pinquant pedibus eius accipient de doc
trina illius luce. Ita illi duo discipuli
qui appropinquabant inflammati erant
luce. vltimo dicentes Nonne cor nostrum
ardens erat in nobis dum loqueretur etc.

Secunda causa est quia inter se et ignem istum
ponunt magnum obstaculum et impe
dimentum scilicet peccatum mortale Treno. iii.
Opposuisti nubem tibi ne transeat oracio
Eze. iiii. Sume tibi sartaginem ferream
et pones eam murum ferreum inter te
et ciuitatem peccatum enim mortale dicitur nubes
quia facit animam tenebrosam Et dicitur mu
rus ferreus quia facit animam obstinatam
Et dicitur sartago quia facit animam ignem
male concupiscencie inflammatam Tercia causa est
quia per longam consuetudinem peccata dicit sunt
congelati et non liquefiunt per timorem
tortis Calefieri autem non possunt in presenti
igne spiritualis Ecclesiastici xliii Frigidus
ventus aquilo flavit et congelavit cristallus
ab aqua Aquilo dicitur quasi aquas ligans
Et est ventus gelidus et peccatum Cristallus
quasi lapis dicitur glacies Peccatum igitur
congelatum non dissoluitur dum liquet de malo
procedit Jere. v. Aperuit adolescencia sua de die
dum malum Et quod dicitur ysa. xiiii.

Sedebo in lateribus aquilonis. Iste
s. aquilo ligat aquas quia corporis ne
fluat in animam suam. Quamvis animam al
tiorem devotionis sicca et inspi
ritualem dei amorem extinguere facit. Eo
tota frigida. Et dicitur ypocritis quia terra ma
iori gelu constringitur. In secundo quod stom
acho quia bonus quod incipit congela
ri fortius congelatur. Quia mali. Secundo v
erbum dei dicitur semen dei quia habet virtutem
nutritivam. Matthei iiii. Non in solo pane
vivit homo etc. Et tamen ipsi peccatores ista
istud cibum vivum et quod quamvis cibum
non sumunt. Secundo et quod quis cibum re
tinere non potest. Tertio et quod quis cibum
non digerit. Quarto et primo peccatum et
quod quis cibum non sumit. i. verba dei
fastidit. Psalmus. Omnem escam abhominata
est anima eorum etc. Sed tales potius
mortem quam vicium timeant ne efficiatur
in eternum. Secundo peccatum est quod quis cibum
retinere non potest. Gregorius. Certe mortis
peccatum fornicandi si cibum sancte confor
tationis accipimus sed in ventre memorie
commendando non retinemus. Tertium peccatum est
quod iste cibus non digeritur. Tunc autem verbum
dei non digeritur sed in stomacho memorie
crudum moratur quod opere non impletur.
Iacobi primo. Estote factores verbi et non
auditores tantum etc. Et secundo. Verbum dei dicitur
semen quia habet virtutem generativam. Iacobi primo.
Voluntarie enim genuit nos verbo veri
tatis. Est autem quintuplex generatio quia non potest fi
eri publica. Prima est naturalis. Secunda legalis.
Tertia spiritualis. Quarta sacramentalis. Quinta
est supersubstantialis. Prima dico quod naturalis est
que fit per carnis propagationem. Nullus
enim filius potest legitime generari per verbum
i. non mere generaciones pudentes inveniat
corporis verbi. Unde etiam dicitur. Viri accipio te
in meum. Et mulier dicit accipio te in meum.
Secunda est legalis quia fit per adoptionem.
Et ista fieri debet fieri per verbum i. per principis
imperium vel rescriptum. Codice de generatione. Ex ea generatione

qua in filios dei adoptamur debet fieri per verbum
patris. Romanorum viii. Non accepistis spiritum servitutis sed spiritum adoptionis. Ver. vero
Ioh. Tertia est spiritualis que fit per baptismum rege
nerationis. Et ista fieri debet fieri per verbum. Unde ad
dicitur. Ego te baptizo in nomine patris et filii
et spiritus sancti amen. Augustinus. Accedit verbum ad
elementum et fit sacramentum. Iohannis iii. Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto etc. Et po
test ... illud quod ... matris
sed aqua ... Et illud quod habet ...
mulieris ... Sed ...
... verbum. Quarta est sacramentalis
que panis transsubstantiatur in corpus Christi. Et ista
fieri debet fieri per verbum cum dicitur. Hoc est enim corpus
meum. Eusebius. Invisibilis sacerdos vi
sibiles creaturas verbo dei secreta potestate com
mutat. Quinta est supersubstantialis quia filius dei
generatur a patre. Et ista fieri debet fieri per verbum
patris. Psalmus. Eructavit cor meum verbum bonum
etc. Tunc enim verbum bonum pater eructavit
quod filium de prima substantia generavit. Tertia autem
istud semen verbi dei ipsi peccatores et cauda
Primum est ne quis seminet bonum semen et recol
ligat malum. Tales sunt predicatores qui fu
erunt quod seminant verba vite et recolligunt
spinas cupiditatis. Iere. xii. Seminaverunt triticum
et spinas messuerunt. Secundum est ne alius
seminet et alius metat. Tales sunt predica
tores vana gloria quia verba seminant de quibus
auditores congruentur utiliter et ipsi sterilitate
sicut cymbalum quod alios provocat et se non excitat.
Corinthiorum. Tu seminabis et non metes. Tertium
est quod quis seminat multum et recolligit parum.
Tales sunt predicatores verbosi qui seminant
alys multa verba et ipsi recolligunt pauca
opera. Et ideo recolligunt pauca premia.
Aggei primo. Seminastis multum et intulistis
parum. Ysa. v. Triginta modii sementis
faciunt modios tres. Tales enim in mandatis
verbis seminant triginta modios monent
ut faciant fidei tenentes decalogo per
... et ipsi vix fidem tenent observant.
Secundo videndum est quare cleropia semen dicitur.

Assimilatur autem largitio elemosinarum semi-
nationi tempore vere. Primo vere seminatis
Secundo die seminis. Tertio vere tertie seminande. P-
rimo quidem vere seminans quia dum seminat
sapiens fidelis et privatur insipiens se-
minator esset qui post tergum semen iacta-
ret. Sapiens autem sciat quod ad faciem suam
semen iactat. Est autem elemosina instar can-
dele lumen preferens. Et ideo dicitur in Tobia
non pati. Tob. iiij. Ubi loquitur de elemo-
sina Non patietur animam ire in tenebras.
Est instar pupille animam diligentis. Eccli.
xvii. Ubi loquitur de elemosina Gratiam hominis
quasi pupillam conservabit. Est instar semi-
nis recipientis fructum reddentis sic dicitur quod quarto i.
vult tamen post mortem elemosinas facere tamen
eius anima de terra congregatur lumen lucet post tergum
suum. Et ideo videat quod iter incertum non potest clare
videre oculos sed post caput suum. Et ideo sepe
contingit ipsam in fovea purgatorii incidere.
Sciatur post tergum suum. Et ideo non potest re-
colligere tam copiosum fructum. Secundo debet
seminare et recolligere fidelis. Ille seminat
et colligit fidelis qui de quo suum est accipit
et domino suo ... reddit. Secundo Genesis
xlvii. Et Joseph dixit egipciis Accipi-
te semina et serite agros quintam partem regi
dabitis reliquas quatuor permitto vobis.
De omnibus autem operibus bonis vult deus ut quintam
partem habeamus. Primo est iocunditas conscientie. Psalmus
Justicie domini recte letificantes corda. Secundo
est remissio culpe. Tertio est vitatio mortis
eterne. Quarto est acquisitio glorie. De hijs dicitur Thob.
xij. Elemosina a morte liberat et ipsa est
que purgat peccata et facit invenire vitam eternam.
Quinta autem pars est gloria. Illa enim non nobis sed
deo dare debemus. Psalmus Non nobis domine non nobis
sed nomini tuo da gloriam. Vulgare. Qui semen
iactum in terra bona fructum attulisse vult
illius est gloria qui dat semini proprietatem fecun-
ditate terre et pluvie incrementum. Tertio debet
seminare perseveranter. Eccl. xi. Mane semina
semen tuum et vespere ne cesset manus
tua hoc est in iuventute et in senectute

et prosperitate et adversitate. Quarto assimilatur
elemosina seminationi vere seminis.
Oportet enim elemosinam instar seminis
esse occultam puram et irriguam. Oc-
culta quidem absque mundana laude. Eccli.
xxix. Conclude elemosinam in sinu
pauperis et ipsa orabit pro te. Matth. v. Te
autem faciente elemosinam nesciat sini-
stra tua quid faciat dextera. Pura sine admixti-
one zizanie i. rei aliene. Eccli.
xxxiiii. Qui offert sacrificium ex sub-
stantia pauperis quasi qui victimat filium
in conspectu patris sui. Irrigua compas-
sionis lacrimis sicut qui ibant
et flebant mittentes semina sua.
Job. Flebam quondam super eum qui afflictus
erat et anima mea compaciebatur pauperi.
Quinto elemosina comparatur seminationi vere
tertie seminande quia non debet committi
terre ... i. malis ac-
... qui sunt ... et
malis temptationibus ... Nec
terre petrose i. superbis et in malo
obstinatis Nec terre spinose i. ...
... Sed debet
committi terre bone i. bonis et mansue-
tis et egenis. Ysa. xxxii. Beati
qui seminatis super aquas omnes immit-
tentes pedes bovis et asini id est pau-
peres cum et divitem ... ...
et ... ...
Et divites boves dei ... portant
iugum prime. Et divites asini dei et
iumenta dei ... sicut mansuetudine
et simplicitate innocentie. Cum igitur
... tales seminant sunt boni et ...

Sermo tertius

Quod autem cecidit in terram bonam hij sunt qui in corde bono et optimo etc. Quia in ... de seminatore et semine videndum est de terre qualitate et varietate. Terra autem ista duplex est. Prima enim est bona alia est mala. Terra non mala triplex est. Prima est terra via. Alia est petrosa

Alia est spinosa Tertia ia. q̄ e strictus
via si nō claudit͛ efficit͛ via Tertia pe
trosa si nō cōpluit͛ efficit͛ arida et
in modū petre dura Tertia spinosa
si nō colit͛ efficit͛ spinis plena Est
ergo pa terra q̄ efficit͛ via ⁊ signat luxu
riosos qui nullā clausurā hn̄t in
mēbris suis quia libent͛ vidēt illi
cita Nec in auribz suis qꜫ libent͛ au
diūt carnalia Nec in ore suo quia
libent͛ loquit͛ vba scurrilia Nec in
corde suo qꜫ libent͛ cogitat in munda
Et qꜫ nulla hn̄t clausura io de
mones corp corda frequent͛ perambulant
Job xix. Omnis mea formicacio q̄
stetit in via conculcabit͛ Venerunt
latrones et fecerunt sibi viam prime
libent͛ ea conculcant Item vo. Omnis
mea fornicatura q̄ stetit in via con
culcabit͛ libent͛ ea inhitat Sunt
enim demones sicut porci Et io libe
tius stat in corde immūdo q̄ in ster
quilinio ii. pe. ii. Sus lota in volu
tabro luti Sunt sicut corvi Et io
libencius stat in cadavere q̄ in flore
Sunt p3 de corvo q̄ noe de archa
emisit qui devoratorem carnium se
dedit Sunt sicut species infernales
Et io libencius stat in squamis spe
cierum q̄ in flore iudicie Serpentes
enim fugiunt odorem vinearum ⁊ delec
tantur in squamis pulverum ⁊ in meditacionum
In cordibus enim luxuriosorum nulla
bona semine crescere sunt qꜫ volucres
celi .i. demones qui corp corda p
ambulant qui ea conculcant qui ea
inhitant om̄ia asportant dicunt͛
at volucres demones celi sive spe
cies inhitacōm sive spē natura
celeste sive spē velocitate adma
lum Sed ut luxuriosi nullū bonū
appetere sunt ondit Crisostomus sup ap
p talē comp̄m Si leonem videas carne(m)
pan vincere nō cociatur eius appetitus
qꜫ nō e in natura sua cameder sed ...
cias sed carnes Sic et anima luxuriosi
si nō cociatur ad desiderandum celestes

amicicie sed carnes voluptates. In Corpore ei
malis bonū nō percipit ea q̄ sunt spūs dei
Quarta est terra petrosa ⁊ signat superbos Supra
eā facta cor ponderosū frigidū et durū
fruticat supra cor tam ponderoso ut
celum ipm̄ nō potuit sustinere Luc. x.
Videbam sathanā sicut fulgur de celo
cadentem Item Tam frigidum ut nullus igne
divini amoris ipm̄ possit calefacere
ps. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit
Item Tam durum ut nullus malleus divini
timoris ipm̄ frangere possit nulla vnctio
divini amoris ipm̄ emollire possit Hugo
ad Eugenium Cor durum e quod nec cōpunctione
frangitur nec scinditur nec precibus mollitur nec
movetur precibus nec minis cedit flagellis
induratur In corde ergo superborum sic ponderoso
sic frigido sic duro nullum bonum semen
crescere potest Hemius comp̄at Crisostomus v. 8.
Si pluvia mitt͛ sup lapidem descendat
lapis a foris balneatur intus at sicut
consistit Sic et pluvia verbi dei vel inspi
racionis divine cor superbi attigerit foris
quidem remanet intus at interius nō penetrat
Quinta e terra spinosa Et signat avaros
divicie enim spine dicunt͛ sive quasi lati
bulū specierum infernalium pa. thim. vi.
Nam volunt divites fieri incidunt in
temptacionem et in laqueum diaboli ⁊ desideria
multa ⁊ voluptates q̄ mergunt homines in in
teritum et in perdicionem Item Sunt qꜫ sunt
materia ignis infernalis ysa. xxxiiij
Spine congregate igni comburentur Item
Sunt qꜫ subfloret inanes glorie pungunt
laborem acquirendi timore conservandi et
dolore perdendi In corde ergo sic spinoso
i. sic latibulum demonum effecto sic materia
ignis repleto sic laboribus doloribus
et timoribus laterato semine dei fructificare
nō potest Hemius comp̄at Crisostomus v. 8.
Si enim vasi aceto pleno gutta mellis
infundas ⁊ mel perdes ⁊ acetum non
mutabis Mel sunt verba dulcia ps.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua

suppunct ei in meo Sunt asto spiritui ipsa
ta ipsa Vapa accepta sunt avarorum cor
da anxietatibus plena iniquitatibus et collecte
dent. pdi. et dura inspiratio suffocatur.
Set terra scilicet bona fidelium tempore est una que
profert fructum centesimum. alia sexagesimum
alia tricesimum. Greg. Mt. xiii. Et sunt
quidem ad centesimum ad sexagesimum porro ad
tricesimum. Ista autem terra dicitur fructum potest
considerari scilicet primo quantum ad tres status fidelium
Secundo quantum ad tres status salvandorum Tertio quantum
ad tempus victorie mundi. Primo quod dico
quantum ad tres status fidelium. Primi sunt incipi
entes sunt tanquam terra que profert fructum tricesimum
quia sufficit eis servare fidem trinitatis cum imple
tione decalogi. Proficientes sunt tanquam terra
que profert fructum sexagesimum quia non solum tenent
servare fidem trinitatis et facere decem precepta sed etiam
exhibere sex misericordie opera. Perfecti sunt tanquam
terra optima que profert fructum centesimum quia
servant duplicem perfectorum sanctos veteris legis
precepta et evangelica consilia. Iste triplex gradus scilicet
incipientium proficientium et perfectorum Marc. iiii.
ubi dicitur Ultro enim terra fructificat primum herbam
deinde spicam deinde plenum frumentum in spica
Greg. ubi exponens Gregorius super Ezechielem dicit
Cum desideria bona concipimus semen in terra
mittimus Cum vero opera recta incipimus
herba sumus Cum autem ad profectum boni operis
crescimus ad spicam pervenimus Cum vero in eiusdem
operis perfectione solidamur plenum fructum
in spica proferimus. Secundo potest considerari quantum
ad tres status salvandorum scilicet coniugatos
viduas et virgines. Istum vero assignat
Augustinus in sermonibus communibus (?). Tricesimus
enim fructus pertinet ad coniugatos. Nam et
ipsa digitorum connexio quasi se molli osculo
complectens et federans maritum pingit et
uxorem coniuge. Sexagesimus pertinet ad vi
duas quia in tribulatione et angustia sunt posite
unde in superiori digito deprimuntur. Centesimus
autem fructus pertinet ad virgines qui numerus de
sinistra transit ad dextram et circulo facto
exprimit virginitatis coronam. Tertio potest considerari
quantum ad tempus victorie mundi. Ista ratione
assignat Augustinus ibidem Quidam enim sunt qui pugnant
cum amore mundi ut eos amor non vin
cat. Isti sunt tricesimi. Alii sunt qui pugnant
et sic superant ut si demum resurre
xerint facile reprimantur. Isti sunt
sexagesimi. Alii sunt qui omnino extinguunt ut
sic omnino nulla pre eo moveat. Isti
sunt centesimi. Vel potest dici quod secundum Vir
gilium et Palladium terra bona potest co
gnosci. Primo possessione et repletione
Si enim defecerit erit reproba Si certa
fuit erit mediocriter bona Si super
habundaverit erit optima. Illi deficiunt
qui multa mala committunt et pauca bona
opera faciunt. Isti sunt terra reproba. Hebr.
vi. Proferens terra spinas et tribulos
reproba est et talibus dicitur. Dan. v. Appe
nsus es in statera et inventus es mi
nus habens. Illi adequantur qui quantum peccave
runt deo satisfaciunt. Ro. vi. Sicut exhi
buistis membra vestra servire immundicie
et iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhibe
te membra vestra servire iustitie in sancti
ficationem. Istis dicitur. Appensus es in
statera et inventus es satis habens.
Illi superhabundant qui opera perfectionis
faciunt servantes mandata et consilia
Luc. x. Quodcumque supererogaveris ego
cum rediero reddam tibi etc. Istis dicitur.
Appensus es in statera et inventus es
multum habens. Secundo colore. Pro colore
quia pinguedini terre nigredo attes
tatur. Illi sunt bona terra qui se deni
grant id est qui se despiciunt et humiliant
Niger autem color visum congregat
albus minus (?) se ponit magis colorat
et pupilla oculi illuminat. Magis
lucet pupilla que est nigra quam si esset
alba. Sic et humilitas animam mun(dat?)
se cogitat ut vilem se ut vile se non
estimat pro Deo. Non est exaltatum
cor meum etc. Humilitati admittat (?)
magis ipsam ... honorat. Eccl. iii.
Quanto magnus es humilia te in omnibus
et coram deo invenies gratiam etc. Bernardus
Non est magnum in abiectione esse hu
milem magna prorsus est humilitas

honorata. Humilitas etiam in conspectu
dei facit animam clariorem. Et ideo quanto
quis est nigrior .i. humilior in conspectu
suo tanto maior est in conspectu dei. Prover.
xv. Donec eum pulchriores sunt in
oculis tuis caput in tenebris ipsos
factus es etc. Ut b° bo. terra cognoscitur
per saporem quia de gleba terre apposi-
ta aqua et si exit sapor ibi amarus vel
salsus mala est. Si dulcis bona.
Amaritudo autem est ira. Jaco. iii. Quod
si zelum amarum habetis et contentiones
sunt in cordibus vestris nolite gloriari etc.
Salsugo autem est avaritia. Ps. Terram
fructiferam in salsuginem a malicia
etc. Salsugo enim est salsus humor terre
quae ipsam sterilem facit. Nichil autem
magis animam sterilem facit et reddit quam
avaritia. Ecc. x. Est mala terra autem
que vel est amara per iram vel est salsa
per avaritiam. Illi autem sunt bo. terra qui
sunt dulces .i. qui habent dulcia cor-
da. Prov. xvi. Dulcedo autem est sanitas
ossium. Omni habent dulcia verba.
Eccl. vi. Verbum dulce multiplicat amicos
et mitigat inimicos. Omni habent dul-
cia et mansueta opera. Eccl. xi. Bre-
vis in volatilibus apis et initium
dulcoris habet fructus illius. Eccl. iii. In
mansuetudine opera tua perfice et super ho-
minum gloriam diligeris etc. Dominica in quinquagesima.

Assumpsit ihesus xii.
discipulos suos et ait
illis. Ecce ascendimus Jerosolimam et consummabuntur
omnia que scripta sunt de filio hominis.
Tradetur enim gentibus et illudetur
et flagellabitur et conspuetur. Et
postquam flagellaverint occident
eum et die tertia resurget. Et ipsi
nichil horum intellexerunt. Et
erat verbum istud absconditum
ab eis et non intelligebant que
dicebantur. Factum est autem cum

appropinquaret iericho. Cecus quidam sede-
bat secus viam mendicans. Et cum
audiret turbam pretereuntem interroga-
bat quid hoc esset. Dixerunt autem
ei quod ihesus nazarenus transiret. Et clamavit
dicens. Ihesu fili david miserere mei. Et
qui preibant increpabant eum ut taceret. Ipse
vero multo magis clamabat. Fili david
miserere mei. Stans autem ihesus iussit illum
adduci ad se. Et cum appropinquasset
interrogavit illum dicens. Quid
tibi vis ut faciam. At ille dixit.
Domine ut videam. Et ihesus di-
xit ei. Respice. Fides tua te sal-
vum fecit. Et confestim vidit. Et
sequebatur illum magnificans
deum. Et omnis plebs ut vidit
dedit laudem deo. Scribitur Luce
xviii°. nichil deficit propterea nisi.

Dominica in quinquagesima

Dicit dominus beatus Gregorius. Redemptor im-
prudens corporis sua discipulis suis prenun-
tiandos eis longe ante et passionis sue penas
et resurrectionis gloriam predixit ut cum morientem
eum cernerent etiam resurrecturum non dubi-
tarent. Et tamen ipsam verbum passionis intellige-
re non potuerunt. Cuius triplex causa attendebatur
ut dicit Beda. Prima est quia eum nimis ama-
bant. Et ideo eius mortem audire non pote-
rant. Sicut mater que filium suum nimis
tenere diligit non potest audire verbum de eius
separatione. Secunda vero est quia credebant eum verum
deum esse. Et ideo suspicari non poterant ipsum
mori posse. Tertia est quia credebant ipsum parabo-
lice loqui sicut eis sepe solitus loqui. Duo
... dixit ... sua ... scilicet sua passio
et sua triumphum. Circa passionem autem suam
quinque ponuntur scilicet traditio illusio flagella-
tio conspuitio et occisio. Tradidit autem ... quod est
... illuditur ... quod est dei sapientia. Fla-
gellatur ... quod est prima misericordia. Conspuitur
dei gloria. Et occiditur vel vita ista autem

quęq; que x. passus a iudeis tolleri patitur
ab hominibus malis Ps. nam e tradicio
fuit ab eodem a iuda q eum tradidit salu
tando amplexando osculando 2 pecu co
medendo Sic etiam mala in ista q degentia
salutabunt eum ore ordine diuina supplica
do Quociens ei pr in dig diaius tociens
dedo salutamus ab hultis 2 xpm amplexabitur
brachio amoris 2 brachio timoris Dignus
ab q ho amplexatur xpm brachio timoris
est qui vitat peccata Prov. xv. per timorem
dni declinat ois ho a malo Dignus ab
q ho amplexatur xpm brachio amoris e qui
sancte bos 2 seruat diuina mandata Ioh. xiiii.
Si quis diligit me simonem meum seruabit
2c abhulti 2 ista xpi xpm osculabitur
2 xpc cos Quos id ps thia 2 ueritas ob
uiauit sibi iustitia 2 pax osculate sunt
Veritas et dz ee propter peccatoris mia
no propter dei Si ei pecca de se diat
veritatem peccata sua uacat confitendo mox
mia dei ob uiat indulgendo Si ista
propter peccatorem dz ee iustitia 2 propter dei
pax Si ei pecca de se satis iustitiam
se per primam puniendo mox de ipsum
osculatur iusticia sua ipsum recipiendo
abhulti etiam eum xpc tradere qui corpus xpi
in pascha recipiet Et tunc ad plenitudinem
inde xpm sic salutatio sic amplexatio
sic osculatio sic i mensa associatio prodi
tore tradidit dum ad peccata redeunt 2 xpm
de corde suo expellunt et diabolo introdu
cunt fuit ab xpc traditus a tribus scilicet a iuda
qui eum pauca traditit vnde dicitur ch. xxvi.
Quid vultis mi dare 2 ego eum vobis
tradam Ite a iudeis q eum tradiderunt per ma
licia 2 per inuidia ch. xxvii. Sciebat
et q per inuidiam tradidissent eum Ite a py
lato q eum tradidit crucifigendum propter timore
2 pusillanimitatem quam illa sic scriptum
luc. xix. Cum iudei dixissent pylato
Si hunc dimittis non es amicus cesaris pyla
tus timore ductus eum tradidit Sic autem
peccatum aut fit ex cupiditate male in

flamante per Thio. vi. Radix omnium
malorum e cupiditas Isti tradunt
xpm cum iuda Tales sunt Symoniaci
auari 2 vsurarii Aut fit per ma
licia scilicet inuidiam quam peccate Isti
tradunt eum cum iudeis Tales sunt in
uidi 2 maligni qui dona sibi spiritus
in alys perimunt Aut fit per pusil
animitate quam aliquotiens inducere
Isti tradunt eum cum pylato Tales sunt
timidi 2 pusillanimes q plus ti
ment hominem mortalem q deum Sic
e illusio Illuditur ab xpc 2 iuda
maxime a tribus generibus hominum scilicet per a
duris et obstinatis Sic accedimus
Tcº a cupidis 2 auaros Prº q sunt illu
ditur xpc a duris 2 obstinatis Pri
Reatum 2 remisse eum Et io deus
cos in fine irridebit vnde subditur
Ego q in interitu vro ridebo 2c P
ubi iussi Illusores ipse deridet
Duris Alii putant sicut qui uocando
perdiat propter ipse ridendo loquitur apli
xpc infatiliter quemet per loci non sunt
nisi tormenta intraduntur ysaias
ferra ferratur Daniel denotatus leo
nibus exposuit Petrus cruce desursum
suspenditur Si uocandi sunt passi est dominus
2 uocando locuti Sic tunc sides ma
portus sunt uocabit temporum Tunc
uocando non saluent 2 irridebat
ipse de nobis accedimus Secundo e
quitar in celis irridebit eos Sic
illuditur xpc a accedimus ypocri
sor 2 non vere penitere e q aliquid
agit quod peccat Cum talibus eum
diabolus ludit sic cattus cum mure q
aliquantulum abscedere permittit 2 mox
super ipsum ascendit 2 interimit Sic
diabolus aliquando dimittit peccatorem peccatore
per modicum eum facere in peccatum re
dire Prov. xxiii. Stultus illuditur
peccatum i diabolus qui fuit inuentor
peccati Tcº illuditur xpc a cupidis 2
auaros Tertio per Viderunt eam hostes

et destruxerunt sabbata eius. Et dixit
sabbata in psalmo meo. Tales autem
faciunt sabbatum quo ad deum vacantes
ab oratione. Faciunt quo ad seipsos vaca
ntes a viciorum mortificacione. Faciunt
insuper quo ad proximum vacantes ab ope
bono. Et quia tales Christo illudunt da
ntes ei aquam tepidam ad bibendum
idest hostes .i. domus sabbata corrum
pendo. Notandum autem quod quater vicibus
Christus fuit illusus. Primo in domo Cayphe
sacerdotis cum velamine capitis ut habetur
Luc. xxii. Secundo in domo Herodis regis
cum veste alba ut habetur Luc. xxiii.
Tercio in domo Pylati cum purpura ut habetur
c. xxvii. Quarto a iudeis in cruce quando
eius verba pervertebant dicentes c.
xxvii. Vah qui destruis templum dei et
in triduo illud reedificas etc. Et eius fidem
deridebant dicentes Math. Si rex
ysrael est descendat nunc de cruce etc. In
hiis quatuor modis factis videbantur
Christo illudere. Primo cum capipha parte
capitis cum ipsum accepto in capite
assumunt quod designat spem celestium.
Ephe. vi. Galeam salutis assumite etc.
Ipsi autem non sumunt in ecclesia pro celesti
veritate sed pro terrena cupiditate. Secundo
illudunt ei in veste alba cum Herode
cum ipsam albam induunt quod significat mun
diciam. Psalmus i. Ps. Lavabis me et super
nivem dealbabor etc. Ipsi autem non sunt
mundi sed mente et corde impuri. Tercio in
purpura cum militibus cum induunt capu
tam purpuream quod significat caritatem et suo
rum carnis sed sanguinea rancoris.
Quarto cum iudeis in cruce quando eius verba
pervertebat et eius fidem deridebat. Et
ipsi verba dei pervertunt et contempnunt cum sto
lam quod significat graciam .i. verbum dei indigne
assumunt et scutum fidei quod significatur per
manipulum despiciunt. Ephe. v. In
omnibus sumentes scutum fidei etc. Item
est flagellacio. in qua flagellacione sanguis

de omnibus Christo membris ponit. Flevit cum
prius oculis sed tunc flevit omnibus membris
Christus enim in passione quadrupliciter flevit. Primo
corde pro immensitate doloris. Trenorum primo
O vos omnes qui transitis per viam etc. Secundo la
crimosis verbis c. xxvii. Deus meus deus meus
ut quid me dereliquisti. Tercio oculis placationem
effusionis. Hebr. v. Cum clamore valido
et lacrimis etc. Et tale cum omnibus membris
per sanguinis emanacionem quando scilicet fuit tam
crudeliter verberatus et flagellatus. Notandum
autem quod quater vicibus iudei Christum flagellaverunt.
Primo in capite ipsum harundine percucientes
ut habetur c. xxvii. Secundo in facie eum ve
lantes et percucientes ut habetur Luc. xxii.
Tercio in collo eum cedentes ut habetur c. xiiii.
Quarto in toto corpore ipsum flagellantes ut
habetur c. xv. Flagellat Christum in capite
qui persequitur prelatos ecclesie. Flagellat eum
in facie qui contemplativos qui sunt pulchrior
pars ecclesie in sua quiete perturbat. Flagel
lant in collo qui predicatores impediunt
a dei sermone. Flagellat in toto corpore
qui activos et inferiores molestat in
sua operatione. Sed de tali flagello dicit
Aug. Quando superbit impius si de ipso
flagellum facit pater meus. Pater flagello
filium corripit et postea flagellum ad co
mburendum in igne mittit. Quintum est con
spuicio. Significat autem conspuicio magnam vili
tatem et vilipensionem. Unde super illud Job xxx
Faciem meam conspuere non verentur dicit Glossa. Fa
ciem conspuere est iniustos et in pura conuitationes
et in corpore contumelias verba fluxa qui flu
entes salivas emittere. Ista conspuicio
.i. vilipensio aliquibus est ad suffocacionem et
perturbationem. Sicut legitur de quodam viro ma
tre sororis Moysi quod iudeorum spinis suffo
catus est aliquibus est ad correctionem. Sic figu
ratum est Deut. xxv. ubi dicitur quod quando homo volebat
accipere uxorem fratris sui in facie eius conspu
ebatur. Et quid est uxor fratris nisi persona
quam Christus pro nobis accepit quam personam qui accipere
noluit tenuerit de ipsum sinus dimis

flagellis affligit quibus licet sepe cor-
rectionem accipit. Aliquibus non est adsimilandum.
Unde legitur quod Diogenes philosophus fuit invi-
tatus a quodam qui habebat speciosam faciem et pul-
chram domum. Et cum diu ille philosophus spuere
vellet in faciem illius spuit dicens se non
vidisse in tota domo aliquem turpiorem locum quo
spuere posset. Hoc autem fecit philosophus ut licet se recto
[illegible] et de pulchritudine domus non super-
birent sed de turpitudine proprie humiliarentur. Sunt ali-
qui qui sunt ad illuminationem et perfectionem virtutum sicut
tota natura sic habetur Job v. Tales erant
apostoli de quibus Actus v. Ibant apostoli gaudentes
a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine
Jhesu contumeliam pati. Unde et Cassiodorus. Ha-
buit autem Christus quedam vulnera que fuerunt [illegible]
post mortem. Io. et fuit flagellatus in tantum
quod inter illa flagella aliquis compunxisset.
Deinde fuit in manibus et in pedibus perforatus.
Et tandem cum esset mortuus fuit in latere vul-
neratus. Per corpus [illegible] illi de cetera qui
adhuc sunt infirmi et corporalibus dediti. Isti
occiduntur quando eis temporalia auferuntur. Eccl.
xxxiiii. Qui aufert in sudore panem quasi qui
occidit proximum suum. Romanus [illegible] activi
isti occiduntur cum in suis operationibus impedi-
untur. Prov. iii. Noli prohibere benefacere eum
qui potest; si potes et vales ipse benefac. Per
pedes [illegible] contemplati qui suis orationibus
sitiens aliter radius solis candens
illa indigentia iste potestate. Si quis
ergo vult scire utrum peccator sit suscitatus
et videat utrum vivat videat si sit
motum et signum. Sunt quidam qui habent
signum id est fidem vite de deo sentientes sed
non habent motum scilicet bonorum opera vo-
cantes sed mali christiani. Isti non sunt
vivi sed mortui. Unde dicit Jaco. ii°
Fides sine operibus mortua est. Alii
sunt qui non habent signum quia de deo non recte
sentiunt. Videntur tamen habere motum quia
aliquid de genere bonorum faciunt sicut
heretici. Isti etiam sunt mortui quamvis ali-
quibus videantur vivi. Apoc. iii°.
Scio opera tua quia nomen habes quod vi-
vas et mortuus es. Alii sunt qui habent
signum fidei recte et motum operationis bone
sicut boni christiani. Isti videntur surrexisse
et vivunt. Ad Tyt. ii° Sobrie et iuste et
pie vivamus in hoc seculo etc. Isti enim
vivunt pie quantum ad deum sobrie quantum
ad seipsos et iuste quantum ad proximos.
Alii sunt qui nec habent signum nec habent
motum. Sunt sicut plerique qui falso
nomine dicuntur christiani qui nec de fide

vita fide sicut nec bonorum opera se movent.
Similes lapidibus et statuis qui nec
sentiunt nec movent. Ps. Simulacra gen-
tium argentum et aurum. Os habent et non
loquentur etc. Item surrexit potest ex
virtute propria. Invenimus enim quod aliquis vi-
vus suscitat mortuum sicut petrus tabi-
tam ut habetur Act. ix. Aliquis mortuus
suscitat mortuum sicut corpus helisei su-
scitavit quendam defunctum in sepulchro
suo positum ut habetur iiii° Reg. xiii. Sed
Cristus autem et vivus suscitat mortuum
sicut lazarum. Et mortuus suscitavit
mortuos quia in passione sua multa corpora
sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et
mortuus suscitavit seipsum. Unde Joh.
ii° Solvite templum hoc et in tribus diebus
excitabo illud etc. Per hoc datur intelligi quod
sancti viri qui sunt vivi possunt suscitare
mortuos in peccatis. Mortui autem non sic
alios suscitare possunt. Si enim carbo-
nes vivi ponantur cum vivis multo
amplius se inflammant. Si autem carbo-
nes vivi ponantur cum mortuis eos
accendunt et vivificant. Si autem mortui
ponantur cum mortuis amplius se deni-
grant. Ita si boni cum bonis morantur
in amore dei se amplius inflammant. Unus
enim ab alio discit patientiam ab alio tem-
perantiam ab alio [illegible] et sic de singulis
aliis. Prov. xxvii. Ferrum ferro acuitur
et homo exacuit faciem amici sui. Si vero
boni cum malis morantur ipsos sepe vi-
vificant et inflammant [illegible]
Ps. Carbones
succensi sunt ab eis etc. Ro. xii. Si esu-
rierit inimicus tuus ciba illum si sitit
potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres
super caput eius etc. Inimicus enim est peccator
quem tunc pascimus quando sacra doctrina ipsum re-
ficimus. Et tunc potamus quando per lacrimas
vinum sancti spiritus sibi propinamus. Et tunc
carbones super caput eius congerimus
quando ipsos in dei amore accendimus.
Si autem mali morantur cum malis tunc
amplius se denigrant. Osee iiii°.
Sanguis sanguinem tetigit. Tunc sanguis

sanguine t

sanguie tangit qd vnus pto insflat
aliu ¶ Et sic spuali intellig~ quia
deposita omni miseria Nichil et insco
sunt qd glificatu no sunt Ergo nos
intellig~ resurgamus ut nichil in nob
remaneat qd a pcto no resurgat In
hoie quod intelle st po sz potencia in
tellectiua meditatiua affectiua z opa
tiua Sunt ir quedam qd pozz intellectiua
dat do meditatiua pcto Affectiua mudo
Et opatiua dyabolo In talibz tres pces
sunt mortue z grta vivit Et io intellig~
no resurgunt Vivunt ei qd ad intellec
tiua qz ipam dat do p fide talr ei
vivunt demones Jaco ij. Tu credis quia
vnus est deus z bn facis demones credunt
et contremiscunt Sunt at mortui qz med
itatiua dat pctis de aliquibz insudicijs
z iniurijs z carnalitatibz sepius meo
rando Sicut illis qui dixerunt Nu. xi.
Recordamur pisciu qs comedebamus in
egipto in mentez nob pepones z cucu
meres porri cepe z alia etc. Affectiua
dat mudo Amat ei divicias delicias
et honores Cu tn dicatur p^a Joh. ij^o Nolite
diligere mudu neqz ea que in mudo sunt
etc. Opatiua etia dat dyabolo qz facit
opa placita dyabolo et grta Joh. viij^o
Vos facitis opa patris vri Ille homicida
erat ab inicio et in vitate no stetit qz
vitas no e i eo Cu loquitur mendacium ex
ppris loquitur etc. Sap. ij^o Invidia di
aboli mors intravit i orbe terrarum etc.
Job xli Ipse e rex sup omes filios
supbie etc. Quibz vbis habetur q opa
dyabolica st occidere mendacia dicere invidere
et supbire Et io qui talia opa agunt
opa dyabolica faciunt Opt igr hoiem integralr
resurgat optz qz do totum cor suu tri
buat ut sic vivat intellectiua i deum
videndo i deo Vivat i meditatiua xpi
passionem z eius beneficia meditando reti
nendo Vivat in affectiua deum sup omnia
diligendo Et vivat in opatiua pye
opa faciendo Et sic integraliter resurgat
Cum esset sero Dnica in octa
die illa sabbatorum pasche s^o p^a
et fores essent clause ubi erat
discipuli congregati ppter metum
iudeorum Venit ihus et stetit in
medio Et dixit eis Pax vobis
Hoc cu dixisset ondit eis manus
et latus Gavisi sunt ergo discipuli
viso dno Dixit ergo eis iterum Pax
vob Sicut misit me pr z ego
mitto vos Hoc cu dixisset insuf
flavit et dicit eis Accipite spm
scm Quorum remiseritis pcta re
mittuntur eis Et quorum retinueritis
retenta sunt Thomas at unus
ex duodecim qui dicitur didimus no
erat cu eis qn venit ihus Dixerunt
ergo ei alij discipuli Vidimus dnm
Ille at dixit eis Nisi videro
in manibz eius fixura clavorum
et mittam digitu meu in locum
clavorum et mittam manum meam
in latus eius no credam Et post
dies octo iterum erant discipuli
eius intus et thomas cu eis Venit
ihus ianuis clausis et stetit in
medio et dixit eis Pax vob
Deinde dicit thome Infer digitu
tuum huc et vide manus meas
et affer manu tua z mitte
in latus meu et noli esse incredulus
s fidelis Rndit thomas z dixit
ei Dns meus et deus meus Dicit
ei ihus Quia vidisti me credi
disti Beati qui no viderunt z crediderunt
Multa quidem et alia signa fecit ihus
in conspectu discipulorum suorum que
no sunt scripta in libro hoc Hec
at scripta sunt ut credatis qz ihus
e xpus filius dei Et ut credentes
vitam habeatis i noie eius Joh. xx^o
¶ Post pa^m xpi discipuli remanserat
in multo merore iuxta id Joh. xvj.
plorabitis z flebitis vos etc. Vnde
cantat de eis ecclia Tristes erat
apli de nece sui dni etc. In multo
timore Ideo tenebat fores clau
sas ppter metu iudeorum In multo
errore qz xpm i ii nez aplis no spe
rabat vnde dixerunt vnus de eis luc
ult. Nos at sperabamus qz ipse esset

redemptionis isr(ae)l. Sed x(ristu)s resurgens
et eis apparens mestos letificat.
Joh. xvi. Iterum autem videbo vos et
gaudebit cor v(estru)m. Timidos (con)forta(vi)t
Luc. ult. Ergo singulariter tunc erro-
neos illuminavit (ibid.) Tunc aperu-
it illis sensum ut intelligerent scripturas.
Tres istos effectus ea ponit(ur). Videlicet
p(ri)mo po(nitur) qualiter mestos letificavit
cum dicitur: Venit ihesus et stetit in medio et
d(ixit): Sanasti sunt discipuli viso d(omi)no et cetera.
S(ecund)o po(nitur) qualiter timidos (con)fortat, cum
dixit eis pax vob(is) et cetera. T(er)cio po(nitur) qualiter
discipulos errone(o)s in fide (con)firma(vit), cum
fecit p(ro)mis quoque suis corporis. Circa
p(ri)mo quod in isto evv(angeli)o po(nitur) quali-
ter discipulos mestos letificat(ur) cum dicitur:
Venit ihesus et stetit in medio discipulorum
suorum et cetera. Et sequitur: Sanasti sunt discipuli
viso d(omi)no et cetera. Ideo in ipso die resurrectionis
quinquies eis apparuit scilicet quod maiore
tribulati erant et quod (con)solatione maiore
indigebant. Illa p(ri)mo apparuit marie
magdalene quae se fletibus macerabat ut
habetur Joh. xx. S(ecund)o apparuit ei et
aliis mariis quae anxie multum erant ut
habetur ca. ult. T(er)cio apparuit petro
qui propter negationem in tribulatione erat ut
habetur Luc. ult. Ubi dicitur: Surrexit d(omi)n(u)s vere et apparuit Symoni. Et no-
ta nisi forte tunc quando admonitus
fuerit ut habetur ibidem. In histo-
ria scholastica legitur quod petrus cum christum negasset
in quadam fovea que galli cantus dicitur
fugit et ibi per tres dies in lacrimis
fuit et ibi forte (Christus) apparuit. Quarto
duobus discipulis euntibus in emaus
qui multum tristes erant ut habetur
ibidem. Quinto discipulis (con)gregatis et in
multo timore positis ut hic dicitur hic.
Due prime apparitiones et due ulti-
me fuerunt manifeste. Media vero eis
fuit occulta. Hoc representat sacerdos
in missa quando quinquies populo se manifestat
ita quod due prime et due ultime ma-
nifestationes fiunt voce aperta, media
vero fit voce submissa. Nichilominus
tamen hoc tunc apparuit qui in merore
erat in quo magis pietas xpi de-

monstratur qui propter unum solum vel cetera. Crisost(omus):
Considera dominatoris piissimi clementiam,
qualiter et quanta cura ostendit se ipsum ultra
fere et attendit ut salvet unum. Boetius(?)
post quilibet x(ristu)s deposuit passibilitatem suam non tamen
compassionem suam. Et tamen honores (con)suevit ma-
la inducere (con)suetudines scilicet. Primo oblivionem.
S(ecund)o elationem. T(er)cio morum mutationem. Circa
compassionem. Primo quod honores inducunt
oblivionem. Unde legitur Gen. xl. Et prin-
ceps pincernarum prosperitatis succedentibus prosperis oblitus
est interpretis sui. S(ecund)o elationem. Gregorius:
ad regiminis culmen quis ascenderit in elatione
pravitatis punitur. Unde Saul qui indignum
se prius considerans fugerat mox ut re-
gni gubernacula suscepit intumuit. T(er)cio
morum mutationem. Unde dicitur: honores mutant
mores. Qui enim prius habebat mores
mansuetos incipiunt habere pompaticos.
Quarto incompassionem. Recolite duobus se-
nioribus. Optimates capita populorum
ingredientes pompatice domum d(omi)ni et cetera.
Et sequitur: Et nichil compatiebantur super con-
tritione ioseph et cetera. Crisost(omus): ab exaltatione
vero suorum pauperum sunt obliti sed eos
benigne visitavit. Nec super eos elatus
sed fratres eos appellat. Joh. xx. Vade ad
fratres meos et cetera. Nec in moribus immutatus
sed humiliter cum eis comedit et bibit. Nec dum
incompassibilis factus. Ideo discipulos in
merore et timore et errore positos visitat
et dulciter consolatus fuit. S(ecund)o po(nitur)
qualiter timidos (con)fortat, quod quinque
utique fecit. Primo exhibendo verbum (con)so-
lationis cum dixit: Pax vobis. S(ecund)o eos
(con)fortat ostendendo gratie (con)sortium cum dicitur:
ostendit eis manus et latus et cetera. T(er)cio eos
(con)fortat promittendo quod de auxilio cum
dixit: Sicut misit me pater et ego et cetera.
Quarto eos (con)fortat dando quod de solatium
cum dixit: Accipite spiritum sanctum. Quinto
eos (con)fortat dando super inimicos gratiam
d(omi)nii cum dixit: Quorum remiseritis
peccata et cetera. Sexto eos (con)fortat promitte-
ndo quod de premio cum dicit: Beati qui non viderunt
et crediderunt. Primo igitur (con)fortavit discipulos
timidos exhibendo eis verbum

consolatorum. Unde dixit: Pax vobis. Luc. xxiiii.
Nonne ardore refrigerabit vos. Secundo et v-
bi melius quam datur etc. Et potest hic tribus
rationibus pax admirando quia christus pax
a xpo nobis datur: scilicet pax temporis, pax pecto-
ris et pax eternitatis. Cuius significationem
in missa pontificali ter pax nominatur.
Sed prima vice nominat eam vertendo se ad
populum quia pax temporis iustiorum secundo
virorum aliquid datur. Secunda vice se non ver-
tendo. Prima pax temporis non acquiritur
tumultibus populorum se immiscendo sed sibi
soli vacando. Tertia vice a toto clero can-
tatur quia ab omnibus pax eternitatis deside-
ratur. Hic eos confortat ostendendo gaude-
dum. Unde dicitur: Ostendit eis latus et manus.
Et Luc. ult.: Ostendit eis manus et pedes
ut consultum eius milites [illegible] quando
vere forti dimicatione videt. Sic disci-
puli [illegible] debebat videntes eum tam
fortiter dimicasse et vicisse. Si quis igitur
frigidus est in amando videat latus xpi
[illegible] cor perforatum et inflammabitur ad amo-
rem. Cant. viii. Pone me ut signaculum
super cor tuum etc. Si tepidus in operando
videat eius manus perforatas et incita-
bitur ad laborem. Ysa. xlix. Ecce in mani-
bus meis descripsi te. Si remissus in
adversa sustinendo videat eius pedes per-
foratos et animabitur ad supportationem
[illegible] pes tuus [illegible]. Tertio
eos confortat promittendo gaudere auxili-
um. Dixit: Sicut misit me pater et ego
mitto vos, id est sicut pater me misit ad pa-
tiendum et tamen mecum semper fuit. Joh. viii. Qui
me misit mecum est. Sic ego ad patiendum
vos mitto et tamen vobiscum ero. Mt. ult.
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus etc.
Ps. Cum ipso sum in tribulatione etc. Deus
ei tribulationes malas supportat. Et ideo
dicit: Cum ipso sum in tribulatione. Ibi ipse nos
liberat. Ideo dicit: Eripiam eum. Et ipsis re-
muneratur. Ideo dicit: Et glorificabo eum. Quarto
confortavit eos dando gaudium solacium. Unde
dixit: Accipite spiritum sanctum scilicet vos consoletur.
Ideo vocatur paraclitus id est consolator. Ps. Secundum
multitudinem dolorum meorum in corde meo consola-
tiones letificaverunt animam meam. Animo magis tam
consolationes divine superat tribulationes. Unde Se-
neca. Punctum hora momentum dies hora

Annus dies de duobus post dicit Ysa.
liiii. Ad punctum in modico dereliqui
te et in miserationibus magnis congrega-
bo te. In momento indignationis abscon-
di faciem meam parumper a te et in misericordia
sempiterna misertus sum. Tertio potest perpendi
quod dicit Aug. Sicut dominus quadraginta horis
iacuit in sepulchro quod fuit tristicie
Et resurgens cum discipulis quadraginta
diebus mansit quod fuit leticie. De quo
dicit Ysa. lxi. Predicare annum placabilem
domino et diem ultionis deo meo. Ecce pro die
ultionis reddit annum placabilem. Quinto
eos confortat dando super [illegible] gaude-
dum. Unde dicit: Quorum remiseritis peccata
remittuntur eis etc. Sic ei aliquis rex
mitteret aliquem [illegible] dat ei potestatem
mittendi in carcerem et liberandi. Sic
est quod dicit dominus: Quorum retinueritis peccata
etc. Greg. Ecce non solum de se securi
ipsis securitatem sue sed et principatum superni
iudicii sortiuntur ut vice dei quibusdam
peccata retineant quibusdam relaxent. Horum
locum tenent episcopi. Grandis honor
sed grave pondus honoris. Durum quippe
est ut qui nescit tenere moderamina vite
sue iudex fiat vite aliene. Crisos.
Sacerdos et si bene disposuerit propriam
vitam aliorum non vite curam condili-
genter habuit cum reprobis in gehennam
vadit. Sexto eos confortat promittendo
gaudium premii. Unde dicit: Beati qui non vi-
derunt et crediderunt. Et nota de fide
formata quod sit secum caritatem et opera. Sicut
enim uterque fides ne opera sunt deo ac-
cepta. Hebr. xi. Sine fide impossibile
est placere deo. Caritas debet esse cum
fide ne fides sit vana. prima Cor. xiii.
Si habuero omnem fidem ita ut mon-
tes transferam caritatem autem non habuero
nihil sum. Opera cum fide ne sit mor-
tua. Jac. ii. Fides sine operibus
mortua est. Tertio potest quali-
ter discipulos [illegible] in fide confir-
mavit quod quidem fit. [illegible]
[illegible] pandiculum [illegible]
[illegible]
[illegible] pandiculum. Unde
dicit: Pax vobis. [illegible] [illegible] nobis [illegible]

Rm

ut ipsi sequamur verba pacis et non divi
sionis et dissensionis. Contra detractores dicitur
Eccl. xxviii. lingua tertia multos com
movit et dispersit illos de gente in gentem.
Contingit aliquando magis in monstris scilicet
quod unius caput tres linguas habet. Una
est adulationis que blanditur in facie. Secunda
detractionis que mordet in absentia. Tertia
dissensionis que seminat iurgia. Omnes
iste lingue esse abscidende. Prima quia
decipit. Ysa. iii. Popule meus qui te
beatum dicunt ipsi te decipiunt. Secunda quia
infamat. Unde sapiens admonet nos
ne cum talibus assidui simus. Eccl. xxiii.
Ne sit assiduitas tua infatuatis
in reverentia patrum et maluisses non
nasci. Tertia quia generat. Eccl. viii. Ca
lumpnia generat sapientem. Secundo proposito
cum dicitur ostendit eis manus et pedes. Quia
ei corporis credebant ipsum esse spiritum
ideo dixit palpate et videte etc. Alii
credebant ipsum alienum corpus assumpsisse
sed non suum ideo dixit Videte manus
meas et pedes meos etc. Alii cre
debant ipsum assumpsisse corpus non ve
rum sed fantasticum ideo dixit habetis hic aliquid
quod manducetur etc. Tertio palpacio pre
cipiens in sufflamine statim ei [illegible] erat
valde odorifera. [illegible] ab illo pertrans
procedebat quod apostata omni cum [illegible]
erat. Ita erat cum odor myrre magis
procedebat a carne mortificata. Secundus
odor thuris magis procedebat ab anima
devota. Tertius odor balsami magis pro
cedebat a divinitate [illegible]. Quarto
pro gustu magis pisce asso manducat
et favum mellis. In favo et cera lu
minosa et mel. In hoc non sunt tres
[illegible] scilicet caro anima et divinitas. Illi re
cedunt pisce asso quod delectatur caro
eius carne crucifixa. Illi cedunt favum
mellis quod delectatur caro eius autem luci
dam et divinitatem dulcissimam. Quinto pro
tactu cum dixit Infer digitum tuum huc
Iohannis. Dicit nobis [illegible] ut verbum pec
catorum dictamus tangi id est reprehendi.
Sed sunt quedam animalia que non permittunt
se tangi quia superba ut leo. Quedam
quia sunt hispida sicut ericius. Quedam

que sunt silvestria sicut lupus. Superbi enim
non permittunt se reprehendi propter suam arro
gantiam. Tales erat videtur pati ipsi apostoli
quod dicitur nolimetangere. Exo. xix. Omnis qui
tetigerit montem morte morietur. Avari et
qui sunt hispidi et spinis divitiarum pleni non
sustinent reprehendi. Ut Reg. iii. Qui spi
nas tangere voluit armabitur ferro et lin
guo lanceato etc. Oportet quod sit munitus
armis ad pungendum scilicet lorica ferrea
id est impenetrabili patientia. Et ad feriendum
scilicet lancea id est obiurgatione severa. Luxuriosi
qui non sustinent reprehendi quia silvestres
sunt et nichil quod sit dei et salutis pre
possunt. [illegible] Cor. ii. Animalis homo non per
cipit ea que sunt spiritus dei etc. De eodem sermo
Venit Ihesus et stetit in
medio discipulorum suorum
etc. Magna dignatio est quod
deus ad suos servos venire dignatur
et cum eis morari. Ioh. xiiii.
Ad eum veniemus et mansionem apud eum
faciemus. [illegible] quod cum eis [illegible]. Apoc.
iii. Cenabo cum illo et ille mecum. Si
quis igitur vult recipere deum venientem ma
nentem et reficientem seipsum disponat. Non
enim ad omnes venit ut cum aliis mansionem
faciat ut omnes reficiat sed tantum quosdam quia
prosperos [illegible] devotarum. Primo
venit ad perseverantes quod notatur cum dicitur
Cum esset sero. Secundo venit ad quiescentes
quod notatur cum dicitur Una sabbatorum. Tertio
venit ad clausos quod notatur cum dicitur Et
fores erant clause. Quarto venit ad
congregatos quod notatur cum dicitur Ubi erant
discipuli congregati. Quinto venit ad timora
tos quod notatur cum dicitur propter metum iudeorum.
Primo quidem salvator noster venit ad perse
verantes quod notatur cum dicitur Cum esset sero
etc. Sic enim permanet plus operis et
perveniendo medium operis. Sic per sero
finis operis intelligitur. Hora non serotina
est hora terminati laboris et percipiende
mercedis ut habetur Matt. xx. Unde dicitur
Prov. iiii. Iustorum semita quasi lux splen
dens procedit et crescit usque ad perfectum
diem. Lux splendens est opus initium
et in inchoatione lux procedens pertinet
in perfectione. Perfecta dies sunt est

in consummacione. In lege erat preceptum ut
deo tota hostia offerretur scilicet caput corpus
et cauda. Per caput possumus intelligere inventutem
que est prima etas. Per corpus virilem etatem. Per cau-
dam senectutem. Set sunt quidam qui dant
dyabolo suam iuventutem. Isti auferunt de hostia
dei caput. Alij sunt qui dant filij dyaboli suam
virilem etatem et volunt deo dare solummodo
senectutem. Isti auferunt caput et corpus
et offerunt deo solummodo caudam. Nos autem offeramus
deo totum. Et iuvam iuventutem bene incipiendo
et iuvam virilem etatem viriliter progrediendo
et iuvam senectutem feliciter consummando. De
unguento aaron dicitur in psalmo. Sicut unguentum
in capite quod descendit in barbam barbam aa-
ron etc. Per caput iuventus, per barbam etas
virilis, per horam vestimenti senectus intelligitur. Ita
nunc idem sit sponsus deus hoc scilicet ut in iuventute
et in virili etate et consummacione in senectute.

Hic fecit adquiescere. Sed nota circa dictum
una sabbatorum. Sabbatum enim quies inter-
pretatur. Hinc est quod apostoli receperunt spiritum
sanctum sedentes id est a tumultu noxijs quiescentes.
Et filij israel non receperunt mannam nisi postquam
mare transierunt. Gracia nullus potest
recipere mentis dulcedinem nisi habeat mentis
quietem. Sunt tamen quidam qui quiescunt
mente set non corpore sicut filij dei qui carnem
suam crucifigunt mente tamen circa deum quiescunt.
Ecclesiastici xi. In omnibus requiem quesivi. Istud
est sabbatum de quo dicitur leuitici xvi. Sabbatum
requiecionis dum est et affligetis animas
vestras religione perpetua. Alij sunt qui quiescunt
corpore set non mente sicut peccatores. Ecclesiastici xlviij.
Requiescet in sortibus suis. Luce xij. Anima
mea habes multa bona reposita in annos
plurimos requiesce et comede etc. Istud
tale sabbatum abhominabile deo est. Trenorum
primo. Viderunt eam hostes et deriserunt sab-
bata eius. Nota ei pertinet hec verba dicere
ysaie i. Ysaie lvij. Impij quasi mare fervens
quod quiescere numquam potest. Alij sunt qui quiescunt
mente et corpore sicut beati. Ysaie xxxij. Se-
debit populus meus in multitudine pacis in taber-
naculis fiducie et in requie opulenta.
Istud est sabbatum de quo dicitur ysaie ult.
Erit sabbatum ex sabbato quia ex quiete
mentis pervenitur ad quietem eternitatis.

Alij sunt qui nec quiescunt mente nec cor-
pore sicut dampnati. Ysaie xvi. Omnis
ibi dicitur absinthium die ac nocte qui
non dabunt vobis requiem etc. Christo
venit ad clausos sed nota circa dictum. Et
foris erant clause. Set ad duo cor-
pus suum clausis ianuis introduxit.
Hoc fuit miraculum. Augustinus. Queritur
disputat. Si corpus erat quo hostia
clausa intrare potuit. Si comprehendis
modum non est miraculum. Ubi deficit ratio
ibi est fidei edificacio. Hoc etiam fuit divine
potestatis indicium. Job. Omnibus autem et
dicis. Si per hostia clausa intravit
ubi est corporis moles. Et ego inquio
si super mare ambulavit ubi est corporis
ponderis. Sed fecit id dominus. Tamen dominus
Augustinus quod surrexit dedit de duobus
hoc etiam attestatur quod corpus humanum
glorificatum unius nec est ut corpus non gli-
orificatum ei resistere non posset. Gregorius
clausis mirum si ianuis clausis post
resurrectionem ad discipulos suos intravit
qui antea non aperto utero virginis natus prodivit.
Mystice. Ei quod ad clausos venit datur
intelligi quod venit ad illos qui portas sen-
suum claudunt. Spiritualiter autem porte
celorum sunt clause quia magis
sunt periculose. Claudit autem quia oculos
non claudit in adulterium
et homicidium ce-
cidit. Ita autem
has portas qua-
[illegible] consideranda et at-
tendenda scilicet primo ut i-
ficiam oculos non fi-
gamus. Secundo ut for-
mosas magis [illegible] fu-
giamus. Tercio ut videndo pulcras
que fede sunt interius cogitemus.
Secundo ut amplius libidinosa despi-
ciendo iniciemus. Job. Est attende
ut iniciam oculos non figamus.
Augustinus. Oculi enim et si iaciantur
in aliquam feminam in nullam figantur.
Luce. Invenit pater quod quedam ab-
bas sororum quoniam aliquando in hominis aspicere
intravit incentivum dixit.

Et cum quasdam mulieres formosas vi
disset et in eas oculos fixisset mo(na)cho
graviter huiusmodi res esset. Cum abbas
Anfridus fili fuit. Cum quidem ad monasterium
redisset ille flens dixit abbati
Pater da mihi unam de angelis illis quam
amicus meus in amorem illarum conver
sit. Tunc sanctus pater fratres ammonuit
ut a specialis mulierum se caverent
Nam inquit puer iste numquam mulierem
viderat et ecce quam cito aspectu ipsarum
concupiscere cepit. Ideo ut formosas
maxime fugiamus. Unde legitur quod cum Pau
hele nam duxisset uxorem post quoddam
ad eam videndam pergentes et eius pulc
tudine videntes vultum suum operuerunt
dicentes fugiamus fugiamus. Hec enim
magis nocet videntis oculis [illegible] ut
albam valde quam nigram. Hic magis
nocet ac respicere mulierem pulchram
quam fedam. Eccl. ix. Averte faciem tuam
a muliere compta. Et ideo ut videntes pul
chras quae sunt fede intrinsecus cogitemus
qualia enim quae linces vocantur visus
sui subtilitate corpora opaca penetra
re dicuntur. In videndo igitur mulieres
formosas linceos oculos habeamus
ut quod sunt fede interius videamus
et cogitemus. Quid est enim
aliud corpus mu
lieris quam pulcher
rima stercoris. Quamvis
autem recipi possit si vi
deret stercora. Cant. iiij
Pulchra es amica
mea absque eo quod in
trinsecus latet. id est pul
chra es interius sed exterius feda
Quarto ut a muliere libidinosa aspi
ci devitemus. Probabile enim videtur
quod quando mulier vetula libidinose aspi
cit fumus libidinis ad eius oculos
ascendens aerem inficit. Et aer in
fectus similiter inficit oculos viri. Et
sic ista talis infectio ad cor de
scendit. Sicut enim suo visu speculum
mulier menstruosa secundum philosophum inficit

non est mirum si animam inficit mulier libidinosa
Sicut enim basiliscus visu igniculo aves
volantes occidit sic aspectus mulieris igne
concupiscentie inflammatus animam inficit. Eccl.
xxvj. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum
Et dicitur fornicatio quasi foris necatio quia foris
necat virum. Secundo valet ad congregatos
Quod notatur cum dicitur Ubi erant discipuli congregati
et Matthei xviij Ubi sunt duo vel tres congregati
in nomine meo ibi sum in medio eorum. Sed
congregationes ac multiplex utilitas acquiritur. Prima
est quia tales non possunt extingui a gratia dei
Secunda est quia non possunt vinci a temptatione diaboli
Tertia est quia non possunt per adunationem amodo frangi
Quarta est quia non possunt amodo propria [illegible]
Prima utilitas quam congregationes acquirit est quia
tales non possunt extingui a gratia dei. Vide
mus enim quod una candela cito extinguitur
Sed multe iuncte extingui non possunt. Sic
enim dei sunt lux mundi Mt. v. Vos estis lux
mundi. Sunt carbones accensi. Ps. Carbo
nes succensi sunt ab eo. Sunt lapides
igniti. Ezech. xxviij. In medio lapidum
ignitorum ambulasti etc. Sicut quod lux
sine igne non melius accenditur quam ig
ni applicando Sic servi dei non melius
inflammantur quam in simul habitando. Et sicut
carbones invicem se accendunt. Sic illi
invicem se calefaciunt. Et sicut commu
tua collisione lapidum ignis excutitur
Sic communia cohortatione ignis spiritus
sancti augetur. Eccl. iiij. Si dormierint
duo fovebuntur invicem. Unus quomodo cale
fiet. Secunda utilitas est quia non possunt vinci
a temptatione diaboli. Videmus enim quod acies
militum iuncte non possunt vinci ab hostibus
Sed si quis acie egreditur cito capitur
Sic est de servis dei in mundo. Cant. vj. Terri
bilis ut castrorum acies ordinata. Unde et
cum Thomas a discipulis victus fuit quia ab aliis
apostolis recessit. Diabolus enim non vult impu
gnare tamen sic dixit Golias primo Re.
xvij. Eligite ex vobis virum et descendat
ad pugnam certamine singulari. Tertia utilitas est
quia non possunt amodo frangi per adunationem
Videmus enim quod una virga cito frangitur
Sed simul plures iuncte frangi non possunt
Legitur quod quidam habuit tres filios [illegible]

morti appropinquaret dedit eis unam virgam
ut frangerent et confestim fracta est. Dedit
eis duas et vix fregerunt. Et dedit
eis tres et frangere non potuit. Et ait
eis: Sic est de vobis. Si enim divisi fueritis
cito ab inimicis superabimini. Si autem uniti
fueritis non poterit superari. Et ergo in simi-
litudine corporis difficile rumpitur. Certa uti-
litas est quia non potest seduci quando
per prophetam. Videmus enim quod cum diu durans fuerit
in grege fortis secure. Sed si aliqua se separat
se a grege cito errat. Sicut consuevit dici a
blandimentis mundi decipi non potest. Tu
es firmamentum pastoris id est prelati tegimen.
Tu es lacteum caput id est doctrina predica-
torum munimen. Tu es costis corporum
quibus sunt fulcimentum. Ille autem qui solus
est cito decipitur. Unde clamat propheta Ecclesiastes
iiii: Ve soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem.
Quinto valet
ad timoratos erudiendos. Unde dicitur: Potest
metum multorum. Hilarius super Iohannem. In
Vitis patrum dicitur: Nichil ita efficax ad gratiam
promerendam et retinendam quam si coram
deo omni tempore inveniaris non alta sa-
pere sed timere. Timor et salus ad gratiam
promerendam. Ecclesiastes dicit: Et propter. Qui
sine timore est non poterit iustificari. Sexto
valet ad gratiam consolandum. Unde Ysaias xxxvi:
Nisi in timore domini tenueris te instanter, cito
subvertetur domus tua. Septimo ad gratiam
perditam recuperandam recuperatur et per fal-
sa desideria per falsa suspiria et per falsa et
bona opera. Ysaie xxvi: Sicut alia liciam
a facie tua domine concepimus et parturivimus
et peperimus spiritum salutis. Crisostomus: Respi-
ciat fetum dum est in ventre parturientis dum
est in dolore parturit, dum fetum emisit.
Virtute gratie timoris dei concepimus sancta de-
sideria. Parturivimus sancta suspiria
et parimus bona opera. De eodem.
Infer digitum tuum huc et vide manus meas. Iohannes. Sermo
vicesimus
manus meas. Christus ut dictum est triplici sta-
tus fuit ubi unus fuit in vita alius
est fuit et in morte tertius est fuit co-
rporat in morte ubi est status

Christus discipulos suos dilexit scilicet in vita
sua eis sua secreta manifestando et
amicos eos vocando Iohannis xv. Vos
autem dixi amicos quia omnia que audivi a patre
nota feci vobis. In morte sua pro eis
animam suam ponendo. Ibidem: Maiorem
hac dilectionem nemo habet ut animam suam
ponat quis pro amicis suis. Et post mor-
tem suam eis sepe apparendo. Signa
duo signa amoris ostenderat beato
Thome sicut et ceteris. Primum autem non
dum sibi ostenderat quia non dum sibi
apparuerat. Secundo ostendit apparuit et
tertium provisum quod etiam praestitit eum assistens
vidimus dicens: Infer digitum tuum
huc et cetera. Circa autem istam apparitionem
tria notabilia videri possunt scilicet Primum
quod cicatrices vulnerum Christus in carne ser-
vavit. Secundum quod Christus cicatrices Thome
palpandas exhibuit. Tertium notabile
est quod Christus per passionem multorum vulnerum
Thomam in fide sanavit. Primum
notabile est quod Christus cicatrices vulnerum
in carne servat. Alia tamen de causa ser-
vavit eas post resurrectionem. Alia autem
servat in celo. Alia servabit in iudicio.
Et alia post iudicium post resurrectionem
quidem eas servat ut et in dignitatis
et in nobis fidem afferret. Beda. Ad
dubitantium corda sananda vulnerum
sui servata vestigia. Gregorius in omelia.
Egit namque miro modo superna
clementia ut discipulus dubitans
dum in magistro vulnera palparet car-
nis in nobis vulnera sanaret infide-
litatis. Plus enim nobis Thome infide-
litas profuit ad fidem quam fides disci-
pulorum. Quia dum ille ad fidem
palpando reducitur, mens nostra omni
dubitatione postposita in fide solidatur.
Secundo servat nunc eas in celo. Et
hoc ut patri eas representet et nobis
eum reconciliet. Cicatricum enim rep-
resentatio est quedam apud patrem pro
nobis advocatio. Sicut miles cicatrices

ab imperatore impetrat quod voluerit
que pro eo pertulit sibi demonstrat legitur
in historiis scol. Cum antipater dominus
noster primi magni herodis in quodam
prelio insinuatum imperatoris multis
vulneribus et confossus qui tamen habeamus
accusatus verecundibus vestibus dixit Ego
cesar nolo me excusare verbis apud
te Sed ista vulnera que suscepi pro te lo
quuntur pro me si ego diligo te Tunc
cesar ipsum in graciam suam recepit. Hec
ille. Christus vulnera pro omnibus ut insinuet
quantum nos dilexit Vnde Bernardus Certum
accessum habes homo ad deum patrem ubi
habes matrem ante filium et filium ante
patrem Mater ostendit filio pectus et ubera
filius ostendit patri latus et vulnera Nulla
igitur poterit esse repulsa ubi tot
occurrunt caritatis insignia Secundo servabit
eas in iudicio ut mali videant
quam iuste sunt condempnati Vnde dicit eis
hec verba ubi dicit Crisostomus super Mattheum Ego
propter vos homo factus sum propter vos al
ligatus [illegible] et [illegible] ubi est ca
tenarum mearum [illegible] fructus Ecce
precium sanguinis mei quod dedi in redempcionem
animarum vestrarum Ubi est fructus in [illegible]
[illegible] pro precio sanguinis mei michi
debetis Ego super gloriam meam vos ha
bui cum essem deus apparens homo et
viliorem omnibus rebus vestris me fecistis
Nam omnem [illegible] vilissimam [illegible] aspicis
dilexistis quam me et quam iusticiam meam
et fidem Tercio servabit eas post
iudicium in celo Et hoc ipse se ostendit
suis ipse se quando ut [illegible] defecerat
insignia sue victorie glorie Beda
super lucam Achilles fortiter agens in
prelio et victoriam optinens multis
vulneribus confossus est Dicat cum medici
vis sanari sine omni cicatrice vel
cum cicatricibus sine omni deformitate
puto quod insignum sue victorie ci
catrices servaret Ille enim cicatrices
non sunt in deformitate in Christo

sed ad magnam pulchritudinem Vnde dicit
Crisostomus Que super radios solis erunt luci
diores Dicitur enim honor est militi de prelio
revertenti scutum fractum deferre Sic
et Christus scuta deferet victorie sue glorioso
triumpho Glossa super lucam Non impotencia
curandi cicatrices servavit sed ut perpetuum sue
victorie circumferat triumphum Servavit eciam
eas ipse suis ut videres quam infelices
sunt redempti tacet in eternum [illegible]
nos illud psalmi Confitemini domino quoniam bonus
quoniam in eternum misericordia eius dicat nunc qui re
dempti sunt a domino etc. Non solum autem
circa cicatrices Christi sed eciam circa cicatrices
martirum sic afficiemur Augustinus de civitate dei Et
Nescio quo sit affectu amore beatorum
martirum ut velimus in illo regno videre
cicatrices vulnerum que pro Christi nomine pertulerunt
et fortasse videbimus Non enim deformi
tas in eis sed dignitas et pulchritudo
erit. Secundo notandum est quod Christus cicatrices
thome palpandas exhibuit ut per
illarum palpacionem auferret illius du
bitacionem Vnde mox certificatus dixit
dominus meus et deus meus Per quod datur
intelligi quod vulnera peccatorum nostrorum non
debemus abscondere sed ea per confessionem
manifestare Secundo notandum quod vulnera aliquando
sunt recencia Aliquando putrida Recencia
cum sanantur unctione sine emplastri
apposicione Inveterata adustione pu
trida incisione Tunc enim vulnera peccatorum
nostrorum sunt recencia quando adhuc sunt in volun
tate vel in recenti opere Et tunc sanari possunt
unctione id est prius spiritus inspiracione vel
emplastri apposicione id est levis pene in
posicione Tunc [illegible] languor prolixior
gignat medicinam brevem languorem precidit
medicina Cum sedem vero in unguentis
faciet unguenta suavia et unctiones
conficiet sanitatis Tunc sunt inveterata quando
plaga conversionis sunt iterata post Inveterata
sunt ob meas [illegible] Et tunc indigent
adustione id est ad ustiva [illegible] maxime
post renes meos et cor meum

Zach. xiij. pingue veram eos sic viri
augetur Tunc e pueda qui tā diu stat
homo in peccatis q ipse stetit cora deo
et cora hominibus Iacob p° Concupiscentia
iuncta in statione sua in quorum persona
dicit ps. putruerunt et corrupte sunt cica
trices mee etc. Et tunc indiget incisione
i. incisiva tribulatione Tunc ei sepe cicatr
ices putride auferuntur et ipsi adductu
quatiuntur ps. multiplicate sunt infirmitates
eorum postea acceleraverunt etc. de ista in
cisione dicit Job xvj. Concidit me vulnere
sup vulnus etc. Et tandem est quod xpc per
ostensionem vulnerum vulnerum i. fidem sanat
thoma Ipse quidem erat tribulatus de xpi
passione desperatus de eius resurrectione
Et tepidus factus in eius amore Sed
xpc per suorum vulnerum tribulatum letificat
desperatum certificat Et tepidum inflammat
Ista etiam tria in xpi vulneribus invenimus vide
licet quod ibi tribulati inveniunt consolationem Secundo de
sperati inveniunt spei corroborationem Tercio
in xpi vulneribus frigidi inveniunt inflammationem
Primo namque in xpi vulneribus tribulati inveniunt
consolationem Unde Sicut xpi passio admixta
tribulationi mentis nichil est quod non equo
animo tolleret Hoc figuratum est Exo. xv.
Ubi lignum missum in aquas amaras eas
dulcoravit Omnia mea et omnes tribu
lationes in dulcedinem convertit Refert Alexander
quod si vas cere nove undique clausum
in mari ponatur aqua que subintrabit in dul
cedinem convertitur Istud vas fuit de cera
nova i. corpus xpi factum de carne virginea
Quod undique fuit clausum quia nulli vel
temptacioni pervium Si ei mittimus aquas
amaras i. tribulationes nostras in poros
i. in vulnera istius vasis i. xpi omnes in dulce
dinem convertuntur Unde Augustinus Tua dulcedo
xpe lapides torrentes stephano dulco
rat Tua dulcedo laurencio craticulam
dulcem fecit Per tua dulcedinem ibant apostoli
gaudentes a conspectu concilii Secundo in xpi
vulneribus desperati inveniunt spei corrobo
rationem In passione enim partim sanguinem vel omnibus
venia dari promisit partim enim tibi modo
sanabat Aut manum percussione aut

signi erectione Aut aque effusione de
duobus primis dicit Josue ult. de tercio ha
betur Pro. xi. viij. Sicut enim in aqua effusione
ut dicit aqua remanet neque quantum ad colorem
neque quantum ad saporem sic de illis qui
passionem eius fragrantes nullum debebat
remanere vestigium Christus tamen ut patrem
nobis placaret quod omnibus venia daretur
fuit non tantum in manibus sed etiam in pedi
bus inflatus et in toto corpore percussus
Ysa. liij. ipse scelus populi mei per
cussi eum Fuit in cruce exaltatus Joh.
iij. Sicut exaltavit moyses serpentem
in deserto etc. Eius iij. Sic exaltatus
fuit a terra omnia traham ad me ipsum etc.
Fuit sic aqua effusus quia nichil ei re
mansit nec anima quia eam in morte depo
suit nec caro quia tota attrita fuit nec
sanguis quia totum effudit nec spolia quia
eum dereliquerunt nec vestes quia eis spoliatus
fuit Et ideo potuit dicere cum propheta Sicut
aqua effusus sum etc. Tercio in xpi vulneribus
frigidi inveniunt inflammationem Hoc figuratum
est in ij° machab. p° ubi dicit quod ligna
aqua crassa aspersa fuerunt vehementer
accensa Et quid est ista aqua crassa nisi
sanguis domini qui spiritus sancti dulcedine perfusus
qua si ligna i. corda nostra arida a
spargantur certe inflammabuntur Istud aliter
figuratum est p° machab. vj. ubi dicit
quod elephantis ostenderunt sanguinem vue et
mori ad acuendos eos ad prelium
Sicut mori fructus Ambrosius primo est albus
postea rubens post ea niger Sic
xpc primo fuit albus et purus in toto sua
conversatione Rubeus in cruce Niger in
morte huius mori sanguis dum attenditur
cor nostrum ad bellum et gratis vita to
taliter inflammari etc. Dominica prima post

Ego sum pastor octavas pasche
bonus Bonus pa sermo primus
stor animam suam dat Johannis
pro ovibus suis Mercenarius
autem et qui non est pastor cuius x.
non sunt oves proprie videt lu capitulo
pum venientem et dimittit oves et
fugit Et lupus rapit et dispergit

·6e·

oues. Mercenarius autem fugit quia
mercenarius est et non pertinet ad
eum de ouibus. Ego sum pastor
bonus. Et cognosco meas et co-
gnoscunt me mee. Sicut nouit me
pater et ego agnosco patrem et animam
meam pono pro ouibus meis. Et ali-
as oues habeo que non sunt ex hoc ouili
et illas oportet me adducere et vocem
meam audient et fiet vnum ouile
et vnus pastor.

In puri vita nullus debet seipsum lauda-
re, ab alio velle laudari. Et ideo e-
tiam si cogitat tempus sui peccati vide-
bit quod multa fecit vnde debet dolere. Si
futurum videbit multa iminere vnde debet
timere. Si presens inueniet ipse multos
defectus pro quibus debet erubescere et se
humiliare. Et non tantum debet se laudare
vel velle laudari quod habeat causam tanti
doloris et timoris et ruboris et humili-
acionis. Christus autem non sic est quia de nullo
tamen facto quod fecit doluit quia cau-
tissimus. De nullo futuro eum timere
oportuit quia erat omnipotentissimus. De
nullo defectu in puri vita [illegible] eru-
bescere debuit quia erat perfectissimus.
Si ergo petit a nobis deus laudari
hoc non est propter se sed propter nos. Aug.
super ps. Laudari se vult deus et hoc
non proficias non ut ille sublimetur.
Non hoc amat ut illum augeas sed
ut te ad illum perducat. Sibi quidem
se laudat hoc non facit propter se sed propter
nos. Greg. in moral. Deus qui
nos prohibet ne ipsi ore laudemur
propria sacra laudes suas loquitur
non quia ei ipse indigeat quod preconiis
laudibus mereatur. Sed dum sua magnalia
nobis narrat in nos ad se inspiratum
sublevat et nobis hoc sua edocet
quod dum hoc non cognoscere si de se tacere
voluisset. Unde subdit: Idcirco
quoque laudes suas indicat ut valeamus
cum audientes agnoscere cognoscentes
amare amantes sequi sequentes
adipisci adipiscentes frui ipse nos igitur
non ipse se vult in hoc euangelio commendat se
dicens: Ego sum pastor bonus. In isto igitur
euangelio de quatuor fit mencio scilicet primo de pa-
store. Secundo de mercenario. Tercio de lupo.
Quarto de ouibus. Circa primum pastor bonus
est vnus. Christus tamen ponit signa. Et ista ta-
liatore [illegible] pastore ex quibus
fideliter primum signum est quia pro ouibus animam
suam ponit. Secundum est quia oues cognoscit.
Tercium est quia oues ad ouile deducit. Primum
signum est quod vult esse bonus pastor quia animam
suam pro ouibus suis posuit. Sed tunc ha-
beat tamen secundum res proprias et personam
propria ista pro ouibus sit ponenda. Bernar.
super Cant. Non occurrit totiens repetitum
est pro te animas me in commissione omnium
denique dicat Ihesus Nisi me valde ac per-
fecte amares hoc est plus quam tua plagiis
tuos plus quam te nequaquam suscepisses tunc
dare non te inimicitias de omnibus meis
pro quibus sanguis meus effusus est. Qua
autem non ponit pro ouibus quod temporalia eis non
tribuit. Primo Ioh. iii. Qui habuit substanciam
huius mundi et viderit fratrem suum necessi-
tatem et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei est in illo. Quos non
ponunt quod [illegible] insufficientes per
monetam facere. Sepe autem quod carnaliter vi-
uunt secundum carnem agunt. Ioh. iii. Quod
natum est ex carne caro est et ideo Petrus ductus
est in atrium pontificis per ancillam
Christum negauit quia sepe quod caro quod est ancilla
anime inducit Christum non cognoscit. Prima
non ponunt quod malis non resistunt. Ez.
xiii. Non opposuistis vos murum pro domo
Israel. Christus autem pro ouibus suis ista
tria posuit. Ier. xii. Reliqui domum meam
id est familiam meam secundum alios dimisi here-
ditatem meam id est tota celeste patriam meam
dedi dilectam animam meam in manum inimicorum
eius. Secundum signum est quia oues cognoscit
vnde dicit: Et cognosco meas et cetera. Cognoscit
autem per imaginem suam quam eis impressit
ps. Signatum est super nos lumen vultus
tui domine et cetera. Parma et vestimenta virtutum
quibus fideles ornantur Ro. xiii.

Induam arma lucis et infra. Induimini
dominum ihesum christum etc. Iste per signa honoris
operum quibus eos decoravit ij. thimo. ij.
Firmum fundamentum dei stat habens sigillum
hoc. Cognovit dominus qui sunt eius et discedit
ab iniquitate omnis qui invocat nomen domini
qui dicat. Hoc est signum quod sunt domini quando
a malis discedunt et sancti verbo predicacionis
sue qua eos informavit. Johannes xiij. In hoc
cognoscent omnes quia mei estis discipuli si
dilectionem habueritis ad invicem. Arma non mala
si ista non habuit ideo non a christo immediate
non consecrati. Unde et Crisostomus super math. Sicut
quibus in principio x dicit. Pater cognoscit filios
suos per ymaginem suam. Rex milites suos
per arma sua. Pastor oves per signa
sua. Magister discipulos per doctrinam suam. Ego
autem non cognosco vos tamquam pater filios meos
quia ymaginem meam non habetis. Nec tamquam
rex milites meos quia mea arma abie-
cistis. Nec tamquam pastor oves meas quia
mea signa non portastis. Nec tamquam magister
discipulos meos quia meam doctrinam contemp-
sistis. Tercium signum est quia oves ad ovile
deducit. Ideo dicit. Alias oves habeo que
non sunt de hoc ovili etc. Manifestum autem quod quidam
sunt qui totaliter sunt intra ovile. Quidam boni
xpiani qui sunt de ecclesia et merito et numero. Qui-
dam sunt qui totaliter sunt extra ecclesiam sicut heretici
qui nec fidem habent nec opera. Quidam sunt
qui sunt partim intra et partim extra sicut mali
xpiani. Quia in quantum habent fidem sunt intra et in
quantum habent mala opera sunt extra. Prelatus
itaque oves que sunt intra debet fovere morbidas
non que sunt extra debet effugare. Illas vero que
partim sunt intra et partim extra debet convertere. Istud
episcopus officium … reputat baculus pastoralis
… per reflexionem ad innuendum
quod ea que aliis predicat ad se reflectat
ut sic oves que sunt intra … nutriat.
Acumen autem habet rectitudinem et est
aptum ad pungendum ut sic oves morbi-
das compellat. In fine vero habet stimulum
et punctum ut sic pigros in ecclesiam
introducat. Ecclesiastici xij. Verba sapientum
sicut stimuli etc. Secundo sit mercennarius
de mercennario. Quod autem aliquis sit mercenna-
rius tamen signum ponit dicendum est quod de
omnibus nulla cura gerit quod non est
suum. Dicit. Mercennarius videt lupum ve-
nientem etc. Secundum signum est quod fugit. Unde
subdit. Mercennarius autem fugit. Quia
mercennarius est etc. Tercium signum est quia
tamen lana vel temporalia querit. Primum signum
est mercennarii quod de omnibus nulla
curam gerit quod non est suum. Dicit. Mercenna-
rius videt lupum venientem et dimittit
oves. Augustinus. Si ovis errat non
revocat. Si infirmatur non pascit-
tur. Si devoratur non lacrimatur.
Si subtrahitur temporalia que ipse a-
mavit fugit. Secundum signum est quod fugit.
Unde subdit. Mercennarius autem et qui
non est pastor fugit quia mercennarius
est. Augustinus. O mercennarie lupum vidi-
sti et fugisti. Forte dicis. Ecce hic
sum non fugi. Fugisti quia tacuisti.
Et corpore stetisti et spiritu fugisti. Gre-
gorius. Lupus veniens indicat quis
quisque animo super gregis custodiam
stabat. Aliquando tamen prelatus potest fugere
quod scilicet ipse solus queritur. Sic fugit
Paulus ut habetur ij. Corin. xj.
Mamma … Augustinus … persecucionem
ut fugaret se aliorum utilitati. Ali-
quando debet se opponere quod scilicet persecucio
populo imminet. Aliquando non debet fugere
nec se opponere sed pacienter sustinere
quod scilicet tamen lana vel temporalia diripi-
untur. Math. v. Qui vult tecum in iudi-
cio contendere et tunicam tuam tollere dimitte
ei et pallium etc. Tercium signum est quia
tamen lana vel temporalia querit unde subditur.
Et non est cura de ovibus. Augustinus. Sunt
quidam prepositi in ecclesia dei non deum
querentes sed temporalia commoda
sectantes honores ab hominibus appe-
tentes. Qui sunt tales est mercennarius
… ei. Gen. xxxi. Quando
Laban iniit ad tondendas oves
Iacob fugit. Quia mercennarius prelatus
insubditis tamen querit temporalia etc.

abeo recedit. Tercio fit medio de
lupo. Cuius typus officium ponit scilicet
rape dispergere et mactare. De duobus
primis dicitur hic, de tercio dicitur Io. x. Fur non
venit nisi ut furetur et mactet et
perdat. Lupus id est infernalis dispergit
animas dispersas rapit et raptas
occidit. Primo id est dispergit id est per diversa
vicia spargit. Illa maxime spargit per
superbiam, Mammona per avariciam, Asmodeus
per luxuriam. Tanto autem spargit crudelius
quanto sentit se habere tempus brevius.
Ut in libro de animalibus: cum lupus se
nescit quia non potest predari vadit de
nocte intra civitates et hominibus insidiatur.
Sic dyabolus sciens tempus suum esse breve
iam de hominibus bestialibus non curat
sed bonos devorare festinat. Ysid.
de summo bono. Tunc dyabolus gustat eos quem
possidet acius servit quos se dimittere
sentit ab eo compellendo. Cognoscit
Apoc. xii. Ve terre et mari quia
descendit ad vos dyabolus habens iram
magnam sciens quod modicum tempus habet.
Secundo animas dispersas rapit ad penam
et hoc quadam cathena anulos multos
habente. Cogitatione scilicet mala suggesti-
one delectatione consensu opere consuetudine
et necessitate. Prov. v. Funibus peccatorum
suorum constringitur unusquisque. Quamvis
ei eciam sine sint baliste in corde de
demonis et sagitte et eciam fundes sic la-
pides tamen propriis dyabolus sic eum in castel-
lum vix compelli potest sine per sagittas
eciam sine per lapides. Unde
Iob xli. Non fugabit eum vir sa-
gittarius in stipulam versi sunt ei la-
pides funde. Tercio animas sic raptas
occidit in morte eterna. Ideo mors pec-
catorum pessima. Est eciam mors peccatorum
mala quia animas depascit. Ideo mors
depascet eos. Glo. Sicut dicit ad similitudinem
iumentorum que non radicitus herbas e-
vellunt sed summitates carpunt ut iterum
vastantur ad pastum. Sic et illi ibi
in morte depasti reviviscunt. Quia

non deficiunt. Est peior quia non potest maior.
Aug. de ci. dei. Nulla quippe mors ma-
ior et peior est quam ubi non moritur mors.
Est pessima quia utraque occiditur scilicet corpus
et anima. Idem ibidem. Mors anime fit cum
eam deserit deus, mors corporis cum eam dese-
rit anima. Mors utriusque cum anima a deo
deserta deserit corpus. Ita enim ut nec a deo
vivit ipsa nec corpus ab ipsa. Quarto
fit medio hominibus de quibus tria sic
ponuntur. Et primum est quod pastorem cog-
noscunt. Secundum quod vocem eius audiunt.
Tercium est quod pastorem sequuntur. Primum ibi
sequuntur est quod pastorem cognoscunt ubi dicitur:
Cognoscunt me mee. Homo eciam cognoscit
deum non tamen cognitione innata que est per in-
stinctum naturalem de qua Iob xxxvi. Omnes
homines vident. Non tamen cognitione specula-
tiva que est per fidem de qua I Cor. xiii. Vi-
demus nunc per speculum in enigmate. Sed
maxime cognitione practica que est per mandatorum
dei observacionem. Ps. Intellectus bonus
moralis xi. Item ibidem perveniet ad cognoscendum
que est aperta. Item ibidem. Tunc autem videbimus
facie ad faciem. Secundum est quod vocem
eius audiunt ubi dicitur: Oves mee
vocem meam audiunt. Et Io. x dicitur: Non nove-
runt vocem alienorum. Tres enim sunt voces
alienorum. Est quidem veri pastoris. Prima
est vox lupi. Secunda est vox furis. Tercia est
mercenarii. Quarta est vox veri pastoris.
Prima id est vox lupi id est demonis qui vocat
oves ad occidendum. Gregorius: Lupus est ma-
lignus spiritus qui caulas fidelium insidi-
ans circuit et animarum mortes querit. Secunda
illi^s audiens iii talos et ami
misit ut abeo sapiam emerent Ille
no in cedula scripsit dns In omnibz
q actingens sp cogita quid tibi
possit accide Qd cu mittis deri
dent 2 cedula vellet pn^c at por
tate secure ad dnm vn q^r bene
valet ptm Qd cu pnceps acce
piss litteris aureis i hostio palacij
i^r scribi fec^t P^t multu vo tpis qda
eius inici ad barbaru ordiauit
ut ipm pncipe iugularet Qz cu
p hostiu intraret 2 scriptura i^s legeret
eo q^d lege sciebat cepit treme et
palle^e Qno viso pnceps eu capi
fecit 2 minis 2 tormento vicitte
eo torques e pepat 2 actores sce
leris mi fec^t Pqd p^z q^d sit utile
in oibus fine pspicere Sm^m q^d bo^s
oslarius dz here e iusti^a ut sc^z
nec amore nec odio nec tiore nec pcio
oslm delinqt Ambro v. e^u Illi
viro salute ma[illegible] [illegible] committimus
qui sit iustus et [illegible] p[illegible]
et iusti^a ut nulla [illegible] sit fraudis
metus fa^c P[illegible] ut nulla sit
erroris suspicio P[illegible] impeius q^z
viro iusto nos [illegible] mittimus q^z
P[illegible]ti q^r oslm viri iusti frequenti
sapientissimi ingenio ppondera^t
T^rcm e innocen^a sine bona vita

Ambrosius v. s[uper]. Assuerus q[uod] i[n] q[ui]b[us]
consiliis plurimum adiungatur vite p[ro]
bitas, virtutum prerogatiua, beniuolencie
usus. Quis enim in ceno fonte refrigerat?
Quis de turbida aqua potum petat?
Itaque ubi luxuria est, ubi intemperancia,
ubi viciorum et peccatorum confusio, quis sibi
aliquid exinde hauriendum
credat? Quis utile causis anime sue iudicet
quod videt inutilem vite sue?
Quando potest [illegible] eum iudicare con
silio superiorem [illegible] esse quem videt
inferiorem [illegible] moribus. Numquam
me esse [illegible] dum cum contra
pecto alium non eum idoneum putabo
qui michi det consilium qui non dat
sibi ipsi, et michi vacare credam
qui sibi non vacat. Tria autem sunt a
bono consiliario vitanda. Hugo de Libro.
Primo vitanda est festinacia precipitata.
Secundo vitanda est libido. Ut patet. Tercio
vitanda est crudelitas nimia. Primo quod
vitanda est festinacia precipitata, Proverbiorum
xix. Qui festinus est pedibus offendet.
Gregorius in mor[alibus]. Consilium in die sua
quanto fit diu tanto altius impletur.
Prohibet esse precipites. Boetius de
loco: consilium sequitur penitencia. Ideo legitur
in libro de vij sapientibus quod Augustinus dice
bat quod festinacio et temeritas ma
le in iudice conveniunt duo. Cato
celerius fit quod bene fit. Ideo etiam
dixit Varro: Impiger sequitur est quod
difficulimum est corrigere cito fiet. Secundo
vitanda est libido, Ut patet. Ecclesiastici non
impedit animum ne possit videre verum.
Gregorius in registro. Tria si semel
mente possederit [illegible] restat iniustum esse
deputat quod [illegible] etiam est dolendum sit.
Crisostomus. Nemo [illegible] potest pacifice loqui
qui habet cor [illegible] turbatum. Ideo dixit
Socrates [illegible] quod consilio duo maxime
sunt contraria scilicet festinacio et ira. Tercio
vitanda est crudelitas nimia. Sepe
autem contingit quod illi qui dant consilia
crudelia super eos pena devoluitur.

Ecclesiastici xxvij. Facienti nequissimum consilium
super ipsum devoluetur et non agnoscet unde
adveniat illi. Refert Orosius quod dum
Phalaris tyrannus multos innocentes dissi
paret, Perillus argentarius volens sibi
placere thaurum eneum fecit
cui ex latere ianuam apposuit per quam disposi
ti possent includi dicens quod eo tyrannus
ut quos occidere vellet ignibus suppositis
intus includeret, et tunc gemitus emitterent
non gemitus hominis sed mugitus pecudis videre
tur. Sed tyrannus factum execratus dixit: ut primus
intraret ut sic per thaurum qualiter
mugitum emitteret faciendum possit. Et sic
eum intus inclusit et puniuit. Cristus
enim fuit verus consiliarius quia in ipso fuit
iusticia et sapiencia. Ieremie v. Regnabit rex et
sapiens erit et faciet iudicium et iusticiam
in terra. Fuit in ipso etiam vite innocen
cia. Prima Petri ij. Qui peccatum non fecit nec inventus
est dolus in ore eius. Fuit etiam in ipso
in conversacione maturitas. Johannis v. Sicut
audio, id est sicut a patre accipio, sic iudico. Fuit
etiam in ipso in iudicando magna tranquillitas.
Sapiencie xij. Tu autem dominator virtutis cum tran
quillitate iudicas. Fuit in ipso in peccatoribus
magna pietas. Matthei xij. Misericordiam volo et
non sacrificium. [Sermo] Secundo ponitur magna sapientia
oportet vos. Cum videret Nisi quis natus fuerit
denuo etc. Certa quod nos et quod ipse
multitudinem predicit Naturalis, Spiritualis
et celestis. Prima quidem nativitas est natu
ralis, id est qua est natus naturali nativitate, non potest
intrare in regnum celorum nisi iterum na
scatur nativitate spirituali que fit in baptismo.
Quicumque enim etiam fit natus nativitate
spirituali adhuc intrare non poterit nisi
iterum nascatur nativitate tercia scilicet nativitate
celesti que fit in morte iuxta illud: sicut vivi
Prima nativitas est hominis ad similitudinem
Secunda ad iustificacionem. Tercia ad beatitudinem.
Puer quidem nascitur nativitate carnali
tria facit que sunt nobis ad similitudinem
mortaliter, scilicet quia nascitur non videndo
sed flendo. Sapiencie vij. Primam vocem similem

omnibus eius ploratus Aug. de ci. dei.
Puer qui nascitur a ploratu incipit
ne sciens prophetat quantorum malorum passu
rus sit. Solus quidem natus est risisse fertur
Zoroastes et tamen risus monstruosus fuit et
parum ei profuit. Fuit enim inventor artium ma
gicarum. Et tamen esset rex bractrianorum a
nino rege assiriorum interfectus est. Isido. et
de. Solinus ad tyrannidem quod dominus flevit quando
lazarum suscitavit eo quod aliud carissimum
post alios salvandos ad hostilem vitam
revocare iterum cogebatur. Unde et apud
multos est consuetudo ut dicit Solinus quod quando
puer nascitur a parentibus et a propinquis defletur.
Quando vero quis moritur cum tripudio deportatur.
Secundum est quod puer inde bestiarum
scilicet omnibus quatuor in quadrupedibus nascitur.
Ad innuendum quod conceptus est inmunctus nisi
parentibus et filiis factus est illis propter
et enim innecti oculos ad terram facit. Et quia
ad hoc avarus est bestialis patet. De eos qui
os statuerunt declinare in terram. Item
pedibus est innecti una sera contentum non esse.
Et quia ad hoc bestialis est luxuriosus Ier.
v. Equi amatores in feminas emissarii
facti sunt unusquisque ad uxorem proximi
sui hinniebat. Item propter est innecti
non regi ratione sed feri impetu re
gi. Et quia ad hoc bestialis est superbus
qui dicit Bap. ... Erit autem fortitudo
mea lex iustitie etc. Tertium est quod mox
puer manum ad os ponit. Ad innuendum
quod ad tria tam debet inspicias peccatorum
peccatum primorum parentum omnes fecit. Illa
inter peccat omnes per mala suasionem
quod scilicet ut de pomo comedit persuasit
Aut peccat omnes per fatuam occupationem
Aut peccat omnes pelliciam confessionem
Alii autem tali peccant. Aut mala
consilia dando. Aut male se occupando.
Aut nimis se ingurgitando. Secunda
nativitas est spiritualis que fit in baptismo
Ubi spiritus sanctus tenet locum patris. Sig
nificatam locum matris verbum est tamquam
semine divino. Unde quia dicit Aug. Accedit
verbum ad elementum et fit sacramentum. Ephes.

v. Mundans lavacro aque in verbo
vite. In baptismo autem ter in aqua pu
er immergitur. Sive ad representandam
triduanam Christi sepulturam. Sive ad
innuendum quod ibi remittitur peccatum ori
ginale veniale et mortale. Sive
ad innuendum quod ibi tota trinitas operatur.
Unde etiam ad hoc innuendum in baptismo
Christi tota trinitas se manifestavit. Scilicet pater
in voce filius in carne spiritus sanctus
in columbe specie. Tertia est nativitas
celestis que fit viri de ventre matris
ecclesie cum decedens in celo nascitur.
Et ideo mors sanctorum natale vocatur.
Ideo autem est quod infans in utero matris
completus est ad debitum complementum
prorumpit de ventre et appetit exire
quia requirit ampliorem locum ad ma
nendum uberiorem cibum ad vescendum
liberiorem aerem ad respirandum
et maiorem lucem ad videndum. Sic
et sancti viri appetunt in celo nasci
quia ibi recipient locum ampliorem
ad manendum. Quando est in loco
alto ad manendum quia tota latitudo re
spectu celi est quoddam punctum. De
amplitudine autem celi dicit Baruch. iii.
O Israel quam magna est domus dei et
ingens locus possessionis eius etc.
Illa autem domus habet infinitam ampli
tudinem. Ideo dicit. Quam magna est domus
dei etc. Infinitam cogitamus. Ideo
dicit. Magnus et non habet finem in
finitam altitudinem. Ideo dicit. Excelsus
et immensus. Est enim longior quam oculus
possit aspicere. Est latior quam auris
possit audire. Est altior quam cor
possit cogitare. p. Cor. ii. Quod
oculus non vidit nec auris audivit
et in cor hominis non ascendit etc. Secundo
tunc recipient uberiorem cibum ad
vescendum quia erunt in perfecta sacietate.
Sed sacietas est tamen de fastidio
ne ibi sit fastidium. Eccli. xxiiii.
Qui edunt me adhuc esurient

desiderium est tam placabile ne in se sit pe-
na. Ps. Satiabor cum apparuerit gloria
tua. Et utrumque est tam placabile ne in
sit timor. Prov. xv. Secura mens
quasi iuge convivium. Tertio tunc recipiet
liberiorem aerem ad respirandum quando
ei sua viri pro respirare prius multo
dolore depressi multo labore afflicti et
multo timore anxii. Job x. Et si iustus
fuero non levabo caput. Ecce quanto do-
lore depressus. Saturatus afflictione.
Ecce quanto labore afflictus. Et miseria.
Ecce quanto timore propter statum miserum anxius.
Sed tunc libere respirabunt quia nullum
habebunt dolorem. Ysa. xxxv. Fugiet do-
lor et gemitus. Nullum laborem. Apoc.
xiiii. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant
a laboribus suis. Nullum habebunt timorem.
Prov. i. Qui autem me audierit absque
timore erit. Quarto habebunt maiorem
lucem ad videndum. Nam sicut habebunt
domum tam lucidam. Apoc. xxi. Clari-
tas dei illuminabit illam. Ista sic ha-
bebunt locum tam luminosum. Thob. xiii.
Luce splendida fulgebis. Ita sic habe-
bunt animas tam illustratas. Ysa. lviii.
Implebit splendoribus animam tuam. Hoc
sic habebunt corpus tam glorificatum. Math.
xiii. Tunc iusti fulgebunt sicut sol
in regno patris eorum etc. **Sermo**
Amen amen dico vobis **tercius**
quia quod scimus loquimur et **de eo**
quod vidimus testamur et **dominica**
testimonium nostrum non accipitis. Sicut
dicit Ieronimus ad Eliodorum. Grandes mate-
rias ingenia parva non sufferunt. Illa
materia grandior et preciosior de qua
loqui desideramus in preciosis cunctis. Dicit
enim Augustinus in libro de trinitate. Ubi queritur unitas
trinitatis scilicet patris et filii et spiritus sancti nec peri-
culosius alicubi erratur nec laboriosius
aliquid queritur nec fructuosius aliquid
invenitur. Nos igitur alta scrutantibus reli-
quentes humilia et plana dicamus.
In verbis igitur premissis tria ponuntur scilicet
fides vera testificatio vera et ingratitudo
prim dura. Est autem fides vera ut credas

quod in deo sit personarum pluralitas et essentie unitas.
Pluralitas in personarum et simul patris quod dicit in
persona. Quod scimus loquimur et quod vidimus testa-
mur. Unitas autem essentie innuitur quod non dixit
testimonia nostra sed testimonium nostrum. Hec i. va-
riter et credendo et non esse aliquod aliud
inquirendum. Vulgare ad exigendum dicamus
tres personas sed non ad prohibendum unitatem
dicimus unum non ad excludendum trinitatem.
Quicquid quo posset hic esse. Sufficiat
tibi credere ita esse. Sermo trinitati hic trinitas
est credere pietas et nosse vita eterna et
Nichilominus tamen ipsa beata trinitas et unitas
in divinis comprobatur per omnia videlicet primo
scripturarum testimoniis. Secundo ipsa trinitas
et unitas ostenditur creaturarum vestigiis.
Tertio ipsa trinitas et unitas demonstratur
operis signis. Quarto ipsa trinitas et unitas
demonstratur operis miraculis. Primo quod
ipsa trinitas et unitas ostenditur scripturarum
testimoniis in quibus errare vel falsitas
non potest inveniri. Tres enim sunt qui mentiri vel
falli non possunt scilicet ipse deus qui est prima et
summa veritas et vita. Joh. xiiii. Ego sum
via veritas et vita. Angelus qui omnia videt
in ipsa veritate. Math. xviii. Angeli eorum semper
vident faciem patris mei qui in celis est. Et
prophete qui receperunt influentiam ab ipsa
prima veritate. ii. Pe. i. Spiritu sancto inspirati
locuti sunt sancti dei homines. Quamvis autem
prophete et apostoli potuissent fallere et falli
in quantum erant homines puri tamen non in quantum
immediate a deo erant edocti. Primo hic
auditur testimonio dei. Secundo hic auditur testi-
monis angelorum. Tertio hic auditur auctoritate
prophetarum. Primo hic auditur testimonio dei Gen.
primo. Faciamus hominem ad ymaginem et simi-
litudinem nostram. Non autem potuit hoc verbum esse ad
angelos quia ipsi creatores non sunt. Quod autem
dicit faciamus et nostram indicat pluralitatem
personarum. Quia si non esset ibi pluralitas personarum
non diceret faciamus sed faciam et nostram
sed meam. Quod vero non dicit ad ymagines et similitudines
pertinet ad unitatem substantie quia si non esset
ibi unitas substantie non diceret ad ymaginem

sed ad ymagines id est ad similitudinem sed ad similitudines
Tertio hoc ostenditur testimonio angelorum. Nam
sicut habetur Ysaie vi. angelus alter ad alterum clamat
et dicit Sanctus sanctus sanctus dominus deus
exercituum plena est omnis terra gloria eius. Ecce
cum ter dicit sanctus respicit trinitatem
personarum. Cum autem semel dicit dominus deus respicit
unitatem. Sic quarto hoc ostenditur auctoritate prophete
dicentis Benedicat nos deus deus noster benedicat
nos deus et metuant eum omnes
fines terre. In hoc enim quod dicit ter deus ostenditur
trinitas personarum. In hoc vero quod in singulari
semper dicitur eum ostenditur essentie unitas. Et
quia apostoli eodem modo quo prophete spiritu sancto fuerunt
inspirati, ideo etiam hoc ostenditur auctoritate
apostolica cum dicitur prima Johannis v. Tres sunt qui
testimonium dant in celo pater verbum et spiritus sanctus
et hii tres unum sunt. Quinto ipsa unitas
et trinitas ostenditur creaturarum vestigiis. Nulla
enim tamen aliqua creatura que non valeat assimilari.
Creatura enim umbra assimilatur corpori
cuius est umbra id est vestigium pedi cuius
est vestigium. Nec ymago ei cuius est ymago. Potest
tamen aliqua similitudo trinitatis inveniri. Et hoc
in creaturis superioribus mediis et inferi
oribus. Primo in creaturis superioribus. Sicut
in sole. Unde frater Augustinus. In sole tria consi
derantur, scilicet corpus et quod lucet et quod calet,
id est substantia solis calor et radius. Radius
scilicet de sole nascitur, quia filius de patre generatur.
Calor ab utroque procedit, quia spiritus sanctus
ab utroque spiratur. Ipse autem sol a nullo
procedit, quia pater a nullo et factus id est creatus
id est genitus. Et tamen omnia tria sunt unus sol quia
omnes persone sunt unus deus. Secundo invenitur in crea
turis inferioribus sicut in elemento aque. Fons
enim generat rivum sicut pater generat filium.
Fons et rivus faciunt stagnum quia pater
et filius spirant spiritum sanctum. Fons autem
a nullo procedit quia pater a nullo consistit. Et
tamen in fonte rivo et stagno est eadem
aqua, quia in patre et filio et spiritu sancto est
eadem substantia. Tertio invenitur in creaturis
mediis sicut in homine. Iuxta illud Augustinus

in libro de trinitate. Tria sunt mens et noticia
eius et amor eius tria quidem sunt mens
cum novit se et amat se. Nec enim posset
se amare nisi se nosset. Ipsa autem mens
est quasi pater, noticia eius est quasi proles
et tamen amor qui de ipsa mente et
noticia procedit. Dum mens cognoscens se di
ligit se. Nullo enim posset se diligere nisi se
cognosceret. Sexto ipsa trinitas et unitas
demonstratur diversis figuris. Quarum
una ponitur Genesis xviii. Ubi abraham
vidit tres viros et unum adoravit.
Ubi secundum Glossam trinitatis et unitatis misterium
declaratur. Secunda figura ponitur Genesis xl ubi
dicitur quod pincerna pharaonis vidit tres
propagines in una vite. Per quod signatur
tres persone in una deitate. Tertia figura ponitur
Danielis v°. Ubi dicitur quod apparuerunt
tres digiti quasi manus hominis scribentes
Appendit in manu et dixit Chaus
ista est ipse deus qui omnia creavit
et creat in cuius manu sunt tres digiti id est
tres persone in una substantia de quibus dicitur
Ysaie xl. Quis appendit tribus digitis
molem terre. Quamvis autem isti tres
digiti scribant appendant numerant et dividant
pater tamen proprie potentia omnia appendit id est
omnia portat et custodit. Filius per
sapientiam suam omnia numerat id est cognoscit et
investigat. Spiritus sanctus per suam bonitatem
omnia dividit id est dona sua omnibus distribuit.
Septimo ipsa trinitas et unitas demon
stratur diversis miraculis quorum tria
tantum ponamus. Legitur in historia scolastica.
Et Eusebius etiam testatur quod circa nativitatem
Christi tres soles apparuerunt in oriente
qui paulatim ad se appropinquantes in unum
solem redacti sunt. Per quod significatur quod cognitio
trini et unius dei toti imminebat orbi.
Secundum miraculum est quod narrat Eutropius.
Cum enim quidam sacerdos Arrianus
quendam baptizaret et formam trinitatis
mutaret dicens Baptiso te in nomine
patris per filium in spiritu sancto volens
ostendere filium et spiritum sanctum patri

equale no esse subito aqua disspa
ruit 2 bap9 ad eccliaz catholica
9fugit Terciu miraclm e qd narr
rat Sigisbertus et i qda e cronica
le. Cu ei int gallias Arriana
heresis pullularet q filiu 2 spm
scm minore esse pre affirmaret
Veritas pbe tu p a9 eundem mira
demonstrat. Na cu qda quida qu
gentos quinquaginta in urbe vasate
si dn eiusd urbis epus missam
celebraret vidit tres guttas eqles
magnitudinis clarissimas de celo sup
altare emissas q se paulatim appro
quantes vna gemma pulcherrimam
effecerunt Qua cu in crucem aurea
ceteris auree posuissent alie gemme
q i erant tanta eius excellentia no fe
rentes subito ceciderunt In inundis
at hoibz videbatur terribilis 2 obscu
ra mundis aut 2 piis amabilis 2 cla
In infirmis multis dabat sanitatem 2 ado
rantibus spem tercium augebat virtutem

Q[uint]m Quinto in vbis prmissis potest certificari
vel eu dr Qd scimus loqm 2 qd
vidimus testamr In hoc aut q dicit
Qd scimus loqm aut dat nobis
intellige q nos de deo loqi ul testi
ficari debemus ni q aut p diuinam
scriptura scimus aut qd p dei revela
cognoscimus Alias ei piculum nobis eet
si ea velleus curiose inquirere q nram
intellam excedunt Et istud ondit
pcta goa pr 2 in apocrifis Esdre
Cu ei ipe Esdras miraret cur
mali sic florent 2 boni deprimunt
ut no 2 qda alia secreta dei vellet
inquire angls q appruis dixit Si va
les flamma ignis ponderare 2 flatum
venti mensurare 2 diem preteritu renoca
At si dicat Si ea q tecu sunt non
vales cprehendere quo aduca q sup te
sunt valebis attingere Sextm ro est
qd ponit Rabi moyses dicit ei q
tradiderunt ipse diuoni q quantu po
sunt ingenium circa quartum recipit
9fusione sz quo wlt scire quid

e in summo quid e in imo quid fuit ps
2 qd erit vltio Omnium no 2 p ppm vox
ipm dm ing 2 pn onij prim
at 2 vltim ing e finis om Et ho no
debemus curiose investigare Ea no q sunt
int pm 2 vltim i. diuos effectus possumus
inquire ut copiosus possimus eu laudare
Tercia at colligitur de beato Aug. Eo em
tpe q libros de trinitate componebat corp
littus maris aliis scriptibz alaq: sotiis
meditando quoda de trinitate disserens pueru
quda in littore maris invenit qui cu quoda
coclea argento in quada qua fecerat
fouea aqua maris effundebat dicens
se velle totu mare in illaz foueam se
haurire Cui Aug in risu prorupatus
ait Quo hoc fili facere posses tu mare
ta magnum sit coclear modicum 2 fouea
pua Et r facilius e m hoc agere q tibi
qd cogitas adimplere Cogitas ei i libro
tuo misterium trinitatis cprehendere tu libe
tius sit pua fouea ad recipiendu
ingenium tuum prim coclear ad ingred
Et ipa trinitas imensu pelagus et
corhamire dm Statimq: puer disparuit
2 Aug deo gras agens q sit vnus qd
puer dixat recognouit Octo pont
magna multitudo quaa cu dr Et
testiom nrm no accipitis pr em
et filius 2 sps scs fide trinitatis nos
docuerunt Et io eorum testiom fideliter
e admittendum maxie at xps hac fide
nos docuit dns M. vlt. Baptizan
tes eos in noie pris 2 filii 2 sps sci
Que ista at fides 2 confessio si ea
deuote recipimus maxie valet ad tria
Pmo ad demonu expulsione Sco ad
tribulacionum repulsionem Tercio ad malorum
9futacionem Pmo valet fides et 9fessio
ad demonu expulsione Qd signat in
quoda fideli notario apud constantinopoli
de quo legitur q cum quoda magus ad quoda
locum duxisset vbi multitudo demonu re
sidebat vnus eorum in throno sedens
interrogauit eu si suus ipis esse
volebat At ille signauit se dicens

Ego sum famulus sancte trinitatis. Audito autem
nomine sancte trinitatis et viso signo sancte crucis
omnes demones aufugerunt. Cum item ad
ecclesiam sancte Sophie misisset virgo Christi
qui ibi erat et eos adipiscimur quotienscumque perge-
ret gaudebat. Et si ipso sancto diceret sibi
Christus. Omnia confessus me coram hominibus fuisti
in terris et ego confitebor te coram patre
meo in celis. Ecce quomodo valet ad tribulationem et
expulsionem. Unde sicut ait damascenus li-
bro primo. Cum apud constantinopolim pestilentia
grauis esset quidam puer demonio plus
in celum raptus canticum sancte trinitatis scilicet
Sancte deus sancte fortis sancte et immortalis
salvator miserere nobis ab angelis est
edoctus. Quod dum rediens coram populo
decantasset mox omnis pestilentia est fuga-
ta. Tertio valet ad malorum confutationem
et confusionem. Unde refert Bonizo in li-
bro quem scripsit ad comitissam mattildim. Cum
Archiepiscopus ebrudunensis symoniacus esset
et testes ob pecuniam corrumpisset quidam
legatus vir sanctus ei precepit ut versum
sancte trinitatis scilicet Gloria patri et filio et spiritui sancto
diceret rogans deum quod si symoniacus esset
spiritum sanctum cui iniuriam fecerat nominare
non posset. Quod et factum est. Et sic est depre-
hensus peccatum suum humiliter confessus fuit
et penitentiam egit. Illum autem versum scilicet Gloria
patri et filio et spiritui sancto synodus nicena
edidit. Sed sanctus Ieronimus in fine psalmorum
ipsum decantandum instituit etc.

Dominica prima post festum trinitatis sermo primus. Luce xvi

Homo quidam erat dives
et induebatur purpura et
bysso et epulabatur
cottidie splendide. Et erat
quidam mendicus nomine lazarus
qui iacebat ad ianuam eius ul-
ceribus plenus cupiens saturari
de micis que cadebant de mensa
divitis et nemo illi dabat. Sed
et canes veniebant et lingebant
ulcera eius. Factum est autem ut
moreretur mendicus. Et portaretur
ab angelis in sinum abrahe. Mor-
tuus est autem et dives et se-
pultus est in inferno. Elevans
autem oculos suos cum esset in tor-
mentis vidit Abraham a longe
et lazarum in sinu eius. Et ipse
clamans dixit. Pater abraham
miserere mei et mitte lazarum
ut intingat extremum digiti sui in
aquam ut refrigeret linguam meam
quia crucior in hac flamma. Et dixit
illi abraham. Fili recordare quia
recepisti bona in vita tua et la-
zarus similiter mala. Nunc autem hic
consolatur tu vero cruciaris. Et in his
omnibus inter nos et vos chaos ma-
gnum firmatum est ut hii qui volunt
hinc transire ad vos non possunt
neque inde huc transmeare. Et ait
Rogo ergo te pater ut mittas eum in
domum patris mei. Habeo enim quinque fra-
tres ut testetur illis ne ipsi veniant
in locum hunc tormentorum. Et ait
illi Abraham. Habent moysen
et prophetas audiant illos. At ille
dixit. Non pater abraham. Sed
si quis ex mortuis ierit ad eos
penitentiam agent. Ait autem illi. Si
moysen et prophetas non audiunt
neque si quis ex mortuis resur-
rexerit credent. Luce xvi

Sepe dominus illud quod docebat
verbo post modum confirmabat exemplo.
Cum quidem homines ab appeti-
tu divitiarum retraheret et ad facien-
das elemosinas induceret pharisei
autem qui erant avari eum deridebant
ideo contra eos istud exemplum induxit
ubi verificatum est quod dicit augustinus unde
Quia lata via est que ducit ad perditionem
et arta que ducit ad vitam. Dives
quidem intravit per viam latam et in perditionem
intravit. Lazarus vero per viam artam et
ideo vitam invenit. Sicut ait Augustinus
Status hominis triplex consideratur scilicet in
vita in morte et post mortem. Quantum

p^m

cuiusque adeptio temporalis status designatur per duos
hic dives et pauper Primo ei ostenditur
et describitur quod status divitis in vita
fuit valde gloriosus in divitiis honoribus
et deliciis Primo quod fuit valde
gloriosus in magnis divitiis Esse
autem divitem non est culpabile Deus autem
potentes et divites non abiicit cum
sit ipse potens ut dicitur Job xxxvi
Multi enim sancti divites fuerunt qui deo
placuerunt sicut abraham et ceteri patri-
archae Sed non quod circa divitias quatuor
modis culpa incidere potest Aut avara
re retinendo Aut inordinate expen-
dendo Aut nimis ardenter amando Aut
iniuste acquirendo Et quantum ad istos quatuor
modos quatuor divites reprehensibiles
in evangelio invenimus Et saltem tribus
primis iste dives reprehensibilis fuisse
videtur Primus dives fuit qui avare
retinebat ille scilicet qui dixit anima mea
habes multa bona reposita in annos plu-
rimos ut habetur luc xii Talis erat iste
dives qui avare omnia retinebat
ut medico quantum volebat Refertur
de alexandro quod cum exercitu suo sitim pateretur et ipse
cum suo exercitu fere periret
deficiente aqua quidam miles parum aquae in casside
ei dedit quam potius effudit quam
bibit Noluit enim solus bibere propter
suis militibus non potat etc. quantum
Econtra dicitur avarus Eccli xi Inveni
requiem mihi et nunc manducabo de bo-
nis meis solus et nescit quod tempus
praeteriat et relinquet omnia aliis et mo-
rietur Secundus dives fuit qui vane
expendebat filius scilicet prodigus qui
accepta substantia sua consumpsit ut habetur
luc xv Talis fuit iste dives qui
expendebat in vestibus curiosis et
delicatis Et tamen sicut dicit Crisostomus de
dispensatore divitiarum suarum nos
esse voluit non dominos Propter quod patet
quod divitiae non sunt nostrae proprie sed nobis

accommodatae Et ideo non debemus eas
expendere ad nostram voluptatem sed ad sua
utilitatem Sed autem non fuit iste prius in
morte Si enim canis duos habes
tamen sit ista Sed cum adinvicem separa-
rantur canis dominum suum sequitur Econtra dives
prius sequitur hos et mundus et canis sit dives
honores autem mundi modo non videtur Sed in
morte divitiae recedunt a mundo et hos
mundus recedit a mundo Tertius dives
fuit qui nimis ardenter divitias diligebat
ille scilicet cui dixit dominus ut habetur luc xviii
Vade et vende omnia quae habes etc. Et scilicet his
auditis contristatus est quia dives erat valde
Talis fuit iste dives qui divitias ni-
mis amavit Contra tales dicitur pa thes.
vi Qui volunt divites fieri incidunt
in temptationes et in laqueum diaboli et deside-
ria multa et inutilia et nociva quae mergunt
homines in interitum Et ideo nos possemus eas
mergere debemus sicut dicitur Jeronimus de Crate
sive Socrate thebano philosopho qui collecto
magni auri pondere in mare proiecit dicens
Abite male et viles cupiditates in pro-
fundum Ego vos mergam ne ipse merger
a vobis Quartus dives fuit qui in-
iuste acquirebat Iste fuit villicus ini-
quitatis qui de bonis domini sui fuit ditatus
ut habetur luc xvi Contra tales dicit
Augustinus Res qua cupiditas mancipata est
dum capis capis dum tenes alterum
teneri a diabolo Iste dicitur Osee vii Factus
est Effraym quasi columba seducta non habens
cor Quia cum avarus quod alienum sibi
vult capere a laqueo diaboli capitur Et
bene dicit non habens cor quia avarus non habet
cor in corpore sed in archa Secundo iste di-
ves fuit in magnis honoribus quia in-
duebatur purpura et bysso purpura ad
ostentationem et bysso ad delectationem Nota
tamen hoc debet glorificari de vestibus respi-
ciendo ad peccatum suum ad statum suum et ad finem
suum Peccatum enim fuit causa vestium quia
homo ante peccatum nudus erat nec vestes

indigebat quia indutus erat innocentia et
tunc. Videmus enim quod sol non indiget ve
stimento quia indutus est suo splendore. Sic
amictus lumine sicut vestimento. Sic et lilium quia
indutum est suo candore. Matthei vi. Considerate
lilia agri quomodo crescunt non laborant neque
nent. Dico autem vobis quod nec Salomon in gloria
sua coopertus est sicut unum ex istis. Sic et
ager quia indutus est suo viriditate. Luce xii.
Si autem fenum quod hodie est et cras in cli
banum mittitur deus sic vestit etc. Homo
igitur non indigebat antequam peccatum vestimento
quia supponendo quod fuit creatus in gratia ipse
instar solis indutus erat luce, gratie
instar lilii candore innocentie, instar
agri virtutum viriditate. Sed post peccatum in morte
advenit verecundia et tunc deus vestes
pelliceas homini fecit. Homo enim post peccatum
fuit vulneratus excecatus et in frigore dep
rehensus. Et ideo tamquam vulnerato ligaturam
adhibuit. Tamquam excecato velamen ap
posuit. Et tamquam frigido cauterium imposuit.
Tale est igitur de vestibus gloriari quale esset si
aliquis vulneratus gloriaretur de eo quod habet liga
ture pretiosas vel excecatus de eo quod habet
ligamen deauratum vel frigidus de eo quod habet
cauterium pulcrum. Bernardus. Qui gloriatur
de veste stultus est et frigidus gloriatur de cauterio.
Secundo non debet vel debet homo de vestibus
gloriari respiciendo ad fructum suum. Homo quidem
est tamquam pomum in quo est tria scilicet cortex
exterior substantia media et granum interius. Per
corticem exteriorem intelligitur substantia exterior.
Sicut enim cortex pomi est alba et rubea
sic homo in diversis coloribus vestium de
lectatur. Per substantiam pomi intelligitur ipsum corpus.
Per granum interius intelligitur anima. Unde etiam ipsum
granum vocatur anima pomi. Stultus autem esset
qui totum pomum alteri daret et sibi solam
corticem retineret. Tales sunt vana gloria
qui dant diabolo corpus et animam et sibi tantum re
tinent vestitorum gloriam vanam. Sed aliquando
contingit quod homo pomum exterius corticem
preciosam habet et interius cecidit et granum dispergit.
Sic ergo quando homo superbus moritur vestibus
denudatur. Caro a vermibus comeditur et anima
per diversas penas dispergitur. Tertio
non debet homo de vestibus gloriari respiciendo
ad finem suum. Qui enim induitur vestibus
preciosis cito induetur sacco vilissimo.
Job xvi. Saccum consui super cutem
meam. Qui induebatur molli bisso
cito induetur aspero cilicio. Psalmus. Po
sui vestimentum meum cilicium. Qui etiam
pretia capitis sui ornabat saphiris
et margaritis cito decorabitur vermibus
infinitis. Job xxx. Qui me comedunt
non dormiunt. Multitudine enim eorum
consumitur vestimentum meum scilicet corpus meum
et quasi capitio tunice succinxerunt
me. Tertio iste dives fuit in magis
deliciis quod notatur cum dicitur Epulabatur
cotidie splendide. Cibus enim quinimmo
fuit lautus ideo dicitur epulabatur. Epulae
enim ab opulentia sunt dicte. Et talia
quinimmo ducunt ad inopiam. Proverbiorum
xxi. Qui diligit epulas in ege
state erit. Fuit continua ideo dicitur cotidie.
Et talia faciunt per dei tranquilla. Proverbiorum
xxiii. Noli esse in conviviis pota
torum. Fuit etiam nimis delicata
ideo dicitur splendide. Et talia quandoque
cum ... Gregorius. Celebrari quinimmo
vix potest sine culpa. Prope enim semper
epulas comitatur voluptas. Nam
dum corpus in refectionis delectatione
resolvitur cor ad inane gaudium
relaxatur. Status autem pauperis
fuit status divitis omnino contrarius. Ille
enim fuit in divitiarum ubertate. Iste
in extrema paupertate. Ille purpura et
bisso amictus. Iste ulceribus erat
datus. Ille abundabat deliciis.
Iste indigebat micis. Et contrariis
patiebatur quinque temptationem cordis.
Ista enim tamen pauper patiebatur scilicet extrema
paupertas ulcerosi infirmitas et quinque
temptationes. Et tamen quodlibet istorum ad pe
nam sibi sufficiebat. Aut paupertas
sine infirmitate aut quinquies temptatio
sine necessitate. Ista tamen tangit Gregorius dicens
Certius putamus fratres karissimi tumulus

temptacionis tunc in corde pauperis fuit
cum potat ad penam sufficit paupertas
vel egritudo. Sed ut apostolus probatur
simul fuit et paupertas et egritudo ta
bescit. Civitas fuit egenum et ul
ceribus obsessum temptaciones venitis
in sua cogitacione sollicitasse cum ipse
egeret pane et non haberet etiam tormentis
famis atque ante se videret divitem
famem corporalem et divitias habere et de
licias cum voluptate. Lazarus enim erat
aurum dei margarita dei et stella
dei ut post probatur. positus est aurum
in camino paupertatis. non potuit cor
rumpi. posita est margarita in sterqui
linio ulcerum infirmitatis et non potuit
inficere. posita est ista stella in nebula
temptacionis et non potuit obscurari. Sed
modo contractum est istud aurum de cami
no et positum est in celesti thesauro
servata est margarita de sterquilinio
et posita est in regis corona. Purgata
est stella ab omni nebula et data est
B 37 nobis in celo. ¶ Posito itaque statu
utriusque in vita post statum utriusque in
morte. Item quidem mortuus est et
raptus. Sed differunt. Dives quidem mor
tuus est triplici morte scilicet morte culpe
dum esset in mundo quo separatur anima a deo
morte nature qua separatur anima a corpore ppo
Et morte gehenne qua separatur anima
a dei visione et a beatorum consorcio. Lazarus
autem mortuus est una morte scilicet
morte nature. Fuit enim vivus in mundo
per graciam et modo vivit coram deo per gloriam
Item etiam raptus fuit de hoc mundo
sed differunt. Nam lazarus in sinum abra
he ab angelis est portatus. Ista autem por
tacio facta est ab angelis in tutamentum cu
stodie. Item angelis suis deus mandavit
de te etc. Item in signum reverencie sicut ipsi
portatur in manibus qui venerantur
Item in manibus portabunt te etc. Et
in signum leticie. Crisostomus. Sufficiebat
ad portandum pauperem unus angelus
sed ideo plures veniunt ut chorum
leticie facerent. Dives autem tamquam

diabolus precipitatus ad tenebras infra
se est deductus a demonibus et ibi sepultus
de qua sepultura dicitur Job xxi. Sepultura
asini sepelietur putrefactus etc. Sepultura
asini talis est quia corona pellis a
domino possidetur carnes a canibus laceratur
ossa pluviis et grandinibus relinquuntur.
Sic quando aliquis dives iniquus moritur
parentes possidere terrena sua, vermes la
cerant carnem suam. Supplicia infernalia
animam suam torquent quasi canes ossa. Habet
quia cor suum inique posuit. Eccl. x. Cum
morietur homo hereditabit serpentes scilicet in
fernales quantum ad animam et bestias id est pa
rentes devastatores terrena sua. Bestia
enim quasi vastia dicitur et vermes corrodentes
carnem suam. ¶ Tercio vide de statu
utriusque post mortem qui valde dissimilis
fuit. Quia dives positus fuit in tormen
tis et pauper erat in loco quietis. Primum
hoc dicitur in textu. Elevans autem dives
oculos cum esset in tormentis etc. Dicitur
autem tormentum quasi torquens mentem. Tor
quebatur autem dives de gloria lazari quam
videbat et de sua pena quam senciebat
et de impossibilitate remedii de quo de
sperabat. Item peccator videbit et irascetur
quia ad plenum dentibus suis fremet et tabe
scet quia ad plenum desiderium peccatorum peribit
quia ad eternum. Pauper autem erat in loco quietis
scilicet in sinum abrahe dicitur autem sinus abra
he locus superior inferni habens aliquan
tulam lucem. Et dicitur sinus ipse quietem
et tranquillitatem. Sicut sinum maris
dicimus locum ancoris et tempestatibus quietum.
Et dicitur a simili sinus quia ancore sunt ee
quietum. Sinus autem abrahe dicitur eo quod
abraham fuit prima via credendi et sui apte
predicavit fide unius dei. De eodem

Homo quidam erat — sermo secundus
dives etc. Visitatio — tangitur
fuit in istis duabus quod hic
dicitur Prov. xxii. Dives et pauper — vi
obviaverunt sibi et utriusque operator
est deus. Item dives egrediens

et egrediens dives pauperem ad ianuam in-
veniebat. Et pauper divitem egredientem
et ingredientem et egredientem sepe videbat
quandoque sibi obviabat. Quia duplici mi-
seria indicia operatur. Contra dives
ad omnia defecit inopia et pauper
ad omnem bonorum habundantiam. Describens
ac duas istius divitis vitam mox ad-
iungit eius penam ut omnes homines
considerantes penam non imitentur vitam.
Primo ergo describit eius vitam culpabilem
cum dicit homo quidam erat dives etc. Secundo
describit eius penam horribilem cum dicit
Mortuus est autem et dives et sepultus est.
Circa primum nota quod peccatum divitis fuit
quadruplex scilicet avaricia, vana gloria, gula
et luxuria. Primum scilicet avaricia quod notatur cum dicitur
homo quidam erat dives. Non autem dicitur dives
quia divicias habebat sed quia amore retinebat
et illicite congregabat. Et ideo non nominatur
tamen sic a deo non cognoscitur. Iustum est ei ut
non cognoscatur a deo nomine qui deum noluit
cognoscere in paupere qui dicit Mathei xxv.
Quamdiu uni ex minimis meis fecistis
michi fecistis etc. Hinc est quod virgines fa-
tue quia non habuerunt oleum misericordie a deo
non fuerunt cognite Mathei xxv. Amen dico
vobis nescio vos. Sunt autem alie tres
rationes quare nomen divitis non ponitur
et nomen pauperis dicitur. Prima est quia nomen
est quod signat substantiam et qualitatem. Cum ergo iste
dives perdidat substantiam id est verum esse gratie
et glorie retinebat autem qualitatem diviciarum
et tandem meruit casum penarum. Quia ergo
verum esse perdidit non debet nominari nomine
proprio. Quia non qualitatem diviciarum retinuerat
debuit a bipis nominari. Et ideo vocatur
quidam dives. Quia non casum penarum
meruit debuit nominari cum adiunctio
penarum. Et ideo vocatur dives in inferno
sepultus et dives in tormentis positus.
Lazarus autem substantiam conservavit quia habuit
verum esse gratie et per medium verum esse glorie

Qualitatem tribulacionum pacienter por-
tavit et casum mortis corporalis
meruit. Et ideo expresse describitur scilicet
nomine proprio quod est Lazarus propter verum
esse quod habuit et medium propter glorie
adipiscendum quod sustinuit. Et mortuus
propter casum mortis quam meruit corporalis.
Et ideo expresse describitur scilicet nomine proprio
quod est Lazarus propter verum esse quod habuit
et medium propter glorie adipiscendum
quod sustinuit. Et ~~medium~~ propter casum mortuus
mortis quam meruit. Quia mox ab
angelis sublevatus fuit. Secunda ratio est
quia nomina malorum deleta sunt de libro
vite propter quod deleantur de libro viventium etc.
Et sunt scripta in libro dissolucionis Ieremie xvii. Pec-
catum iude scriptum stilo ferreo in un-
gue adamantino et sunt scripta in pa-
lacio inferni Ieremie xvii. Recedentes a
te in terra scribentur. In terra scilicet inferna-
li quia dereliquerunt venam aquarum vive
dominum. Et propter ista duo scilicet
[illegible] nomina malorum non cog-
noscit quia non sunt scripta in libro vite.
Nomina vero bonorum cognoscit quia habet
ea scripta in libro suo. Philippenses ult.
Quorum nomina scripta sunt in libro vite.
In palacio suo Luce x. Gaudete et
exultate quia nomina vestra scripta sunt
in celis. Et in manibus suis Ysa.
xlix. Ecce in manibus meis descripsi
te. Tercia ratio est quia nullus homo honestus
ponit nomen suum patrum in medio
vel putido vel a porcis conculcato.
Peccatorum nomina sunt in luto quia ponit
ea in terra que plena est [illegible] in medi-
cia. Ps. Vocaverunt nomina sua in ter-
ris. Sunt etiam putida quia omnia
que sunt in peccatore putido putrida
censentur. Job xi. Nomen impiorum
putrescet. Sunt etiam pro ora por-
corum a quibus sepe lau-
dantur. Ps. xxviii. Cum delinquit

loqui laudat impium et q custodi
unt succedunt. Et ideo Ex. 10 no
esset quis q ulla talium pos vi.
tuperet. Job. Non incoret. nomina
corp. plabia mea. Ysa. I. propter istis
sunt vana gla qua tenet i porta
do vestes curiosas et preciosas. Cor.
cm modis pt esse reprehensio circa ve
stes s3 p. quando sunt nimis preciose. Ysa.
quando sunt nimis curiose. T°. quando non
sunt suo statui conuenientes. Qrto quando
sunt superflue. Job. qnidem pt ee circa
vestes reprehensio s3 quando sunt nimis
preciose. Gregorius. Si cultus preciosarum
vestium in culpa no eet. z sermo dei
no tam vigilanter exprimeret q diues
qui purpura z bisso induebatur apud
inferos torquetur. Materia vestium p'.
fuit multum vilis s3 pellis cum lana
Hugo. Fecit deus ade z vxori sue
tunicas pellicias. i. de pellibz ani
malium mortuorum. Deinde processum est
ad lana pura. Deinde ad lanam mul
tiplici color infecta. Deinde ad seri
cum de q. purpure sunt. Deinde ad auru
sil z seriu de q. sunt panni deau
rati. Deinde ad auri fila z lapides
preciosos. Legitur. at in hystoriis roma
norum q i°. q primus apud eos purpura
e indutus a fulmine percussus interiit
Ysa°. quando ipe vestes nimis sunt curi
ose. Greg. Neo consuetuet i studio
et studio preciosarum vestium peccatum de
esse. qz si hoc peccatum no eet Johes baptista
de vestitu suo asperitate. ullo m°. dns
laudasset. Non q cppola inani gla
vestitu quasi res ipa testatur qz nemo
preciosis vestibus vult indui ibi / vbi
ab aliis no possit videri. T°. quando
pua vestitura no sunt pro statu conueniencia
sicut quando clericus vult habere vestem
imbicatam z motchus veste z habitu
nimis plare et vir habitu muli
ebre vel eqn°. Sophonias. p°. visitabo
super omnes qui induti sunt veste peregrina. ve
stis peregrina e qua no e suij status p°.
Deut°. xxij. Non induetur mulier veste vi
rili nec vir vtetur veste femina. Qrt°. quando
quos s3 diuersa mutatoria ita q a tineis
destruuntur. z ipa demoliuntur. z xc mudu
in pauperibz desinunt. Jaco. v. Agite nunc
diuites plorate vlulantes in miseriis
vris q aduenient vobis. Diuicie vre pu
trefacte sunt vestimenta vra a tineis come
sta sunt. Hugo. Clamat nudi clamant
famelici nos magnis laborantibz fame
z frigore quid conferunt tot mutatoria
i perticis extensa vel plicata i maticas
nrm e qd effunditis qd inaniter expe
ditis. Certum peccatum eius fuit gula qz
epulabatur cottidie splendide. Facit at gu
losus iniuriam tribz s3 p°. nec. Ysa°. conuenien
ciaie. T°. ordinacionem diuine. Job°. q de
gulosus iniuriam facit nec. Non spe dr. i h°.
de aialibz. Nulli aiali tam magnum corpus
sunt dedit. nec tam paruum os z collum sic
homini ut phs. ad cibi paruitatem z paru
ciam nos monet. Hugo. Voluptas
gutturis q tanti hodie emitur. vix duorum
optinet latitudinem digitorum. Ysa°. min
viam facit conueniencie huac q e q vete
ccia tingulo refugat. Q i aliis aia
libus no muenitur. ut phs. audat. q
vnt animia tibi z potu repletione
e refugiendus. Ecci. xxxiij. Aufer a
me ventris concupias. Bene homines
ventri subditos loco aialium inuenimus
no hominum. T°. iniuria facit ordinacioni
diuine q e ut hoc os sursum spectat ut
phs. respicere. q no tantum epulas carnales
z corpales s3 maxie celestes appetat
Et ideo gulosus q circa epulas corpales
totaliter se effundit. z os suum versus terra
vertit bestialis vocatur. Job. Copacius
e iumentis insipientibus z silis factus
est illis. Certum peccatum fuit i inia
qz mendico ullam micam habere voluit

Luce .16. de diuite. In quo explebit 2 auaricia
dictum est: rapit, nunquam saciatur, non parcit
pauperi, non misero miseretur, non parcit orphano, obtem-
perat auro, fidem non seruat, viduam opprimit
et pupillum inuadit. Talis fuit auaricia
istius diuitis quod pauperi vlcerato et misero
noluit. Petrus Rauenn. Auribus diuitis
obturatis nichil erat vox viri cla-
mantis. Sed dum ad aspiciendum cor eius
totum corpus pauperis aperuit vulneribus
ut quot erant vulnera tot essent additi
ora clamancia. Non autem potuit aliquis
excusacionem habere vel quia erat multi quia
tamen vnus erat vel quia de ipsi sufficiebat
quia erat mendicus vel quia de erat ignotus
quia ante ianuam erat positus vel quia la-
borare poterat quia vlceribus erat plenus
vel quia nimis delicata petebat quia
de micis erat contentus vel quia familia
sua ei seruiebat quia nemo illi dabat.
Iste ergo diues non est punitus ut dicit Gre-
gorius eo quod aliena rapuit sed quia propria
non dedit. Et subdit ipse. Unde gloria colli-
gendum quod pena puniendus sit qui aliena diripit.
Ei infernali pena punitur qui propria non lar-
gitur. Dicit ei Bulsar. Cultus eius lazaro
vos habeo vndecis 2 plus de esca falleris
qui de proximorum miseria cogitatis. Crisostomus
de scribit huius diuitis penam horribilis
Cum dicit mortuus est autem diues 2 sepultus
est in inferno. Cetera non scripta sunt 2 Cap. xi. postquam quibus
pascat plures 2 torqueri in isto qui peccauit
peccato auaricie punitur et cum omnia paupertate.
Job. xxvii. Diues cum dormierit nichil
secum afferet aperiet oculos suos 2 nichil
inueniet. Assimilabitur eum qui aqua inopia.
Non est aliquis ita miser quod non possit aliquid
recuperare de peccato de iniusticia de falce
meditando. Ergo iste nil potuit recu-
perare peccato quia nullum peccatum secum attu-
lit. Job dicit Augustinus Job. Diues cum dormierit
non secum afferet. Nec aliquid de inuentabit
inueniet in subdit. Aperiet oculos suos
2 nichil inueniet. Non inuenit quod de dabit

modicum aque in subdit. Assimilabitur
eum qui aqua inopia. Ergo quod peccauit
peccato vane glorie vestes regias &
scindit. Et in penam peccauit valerie
vestium. Sic punitur in varie tor-
mentorum habitacionem quod de duo muta-
toria vestium scilicet purpura 2 bisso
Et in me est duo genera penarum de quibus
Job. xxiiii. Ad calorem nimium trans-
eat ad calorem nimium. Cui ei tunc
induebatur purpura nunc induitur
veste ignita. Et quod induebatur bisso
nunc induitur veste niuea purpura
eum cum colore ignis 2 bissi colore
niuis. Tercio peccauit peccato gule. Sicut
ei punis fiat profundatus in abissus
Sic mors profundatus est in tormentis.
Job dicit quod sepultus est in inferno i. fun-
dus in profundo penarum. Est ei in
fluuius talis puteus huius superficie
magis sunt peccatores minores huius me-
dium magis quod sunt peccatores maiores huius
profundum in quo sunt peccatores maximi. Psalmus
Non me demergat tempestas aque
quantum ad illos qui sunt in medio neque ab-
sorbeat me profundum quantum ad illos
qui sunt in profundo. Neque vrgeat super
me puteus os suum quantum ad illos
qui sunt in superficie. Et licet sit medio
in superficie inde tamen magis absorbetur
quia puteus vrget 2 claudit super eos
os suum. Quarto peccauit peccato in me
Jacobus. ii. Iudicium sine misericordia fiet illi
qui non fecit misericordiam. Diues iste non pe-
tebat scutellam aque nec manum plenam
aque vel digitum maiorem infusum
aqua sed minimum 2 extremum vel petebat
guttam balsami sed guttam aque et
tamen non potuit obtinere. Plus quam mille
anni sunt quod istud peciit vel adhuc
obtinuit vel imperpetuum obtinebit.
Vocabat autem extremum digitum lazari
modicum suffragium meriti sui.
Et vocabat guttam aque modicam quod

refrigeratus. Unde Gregorius: Dives iste
qui pauperi nec minima dare voluit
in inferno positus usque ad minima que-
renda pervenit. Nam guttam aque petiit qui
micas panis negavit etc. Sermo

Mortuus est autem et dives tercius
et sepultus est in inferno de eo

Luc. xvi. Dicit sapiens non quod de z
spectaculum ante oculos sufficit intueri in-
ter rerum exitus percatamenta. Si
ita quod spectaculum erat ante oculos illorum qui tunc
erant sufficit intueri scilicet divitem sic
epulantem et lazarum sic mendicantem
potius affectasset statum divitis quam pau-
peris. Sed si finem et exitum attenderent
statum divitis effugerent et statum pauperis
affectarent. Finis enim pauperis fuit con-
solacio. Finis divitis fuit pena cruciacio.
Finis divitis describitur in verbis premissis
et sequentibus cum dicitur Mortuus est autem et
dives etc. Describitur autem quantum ad quadru-
plicem penam. Nam primo describitur et
qualis est eius pena ab inferiori loco quantum
ad profunditatem suppliciorum cum dicitur Et
sepultus est in inferno. Secundo describitur eius
pena que est a superiori quantum ad visionem
beatorum cum dicitur Vidit abraham et lazarum
in sinu eius. Tercio describitur eius pena qualis
vel que est ab anteriori quantum ad remedium
desperacionem cum dicitur Inter nos et vos chaos
magnum firmatum est. Quarto describitur eius
pena qualis est a posteriori quantum ad dam-
pnacionem fratrum cum dicitur Rogo te pater ut
mittas eum in domum etc. Primo quod describitur
eius pena qualis est ab inferiori quantum ad
profunditatem suppliciorum cum dicitur Et sepultus
est in inferno. Sciendum quod est sepultura
et iusta a dextris et a sinistris [illegible]
sidet. Sicut quilibet defunctus [illegible] et iusta
a dextris et a sinistris pena sic in inferno
ac non est tamen unum sepulchrum sed multa.
Ibi enim sunt sepulcra superbi luxuriosi
et avari. De quibus dicitur Ezech. xxxii. Ibi
Assur et omnis multitudo eius per gyrum sepul-
chri sui, in circuitu illius sepulchra eius.
Ibi Mosoch et omnis multitudo eius in circuitu illius
sepulchra eius qui descenderunt in infernum cum ar-
mis suis. Ibi Elam et omnis multitudo eius
per gyrum sepulchri sui qui descenderunt ad terram
ultimam. Dicuntur autem hic tres demones prin-
cipales scilicet Assur, Mosoch et Elam, id est
Mammona, Asmodeus et Lucifer. Assur
autem interpretatur dives et significat Mammona qui
est demon super avaros. Iste enim in inferno altissimum
sepulchrum et in circuitu eius sunt sepulchra omnium
avarorum. Mosoch interpretatur captiva et significat
Asmodeum id est demonem qui est super luxuriosos quos
ipse capit et illaqueat de quibus laqueis dicitur
[illegible]. Respiciat ad varios laqueos ad
captivum tenere [illegible]. Iste enim in
inferno sepulchrum maius et in circuitu eius
sunt sepulchra omnium luxuriosorum. Elam interpretatur
supereminens et significat Luciferum qui super vult
aliis preeminere. Iste enim in inferno maximum
et altissimum sepulchrum et in circuitu eius sepul-
chra omnium superborum. Unde ad litteram mortua sunt
tres planctus unus in domo alius qui
[illegible] domum tercius qui portatur ad
tumulum. Sic isti tres demones superdicti super
avaros luxuriosos et superbos faciunt alios tres
non planctus sed plausus. Primum quando peccator
adhuc est in domo id est in corpore ipso ad pec-
catum inducunt. Secundum quando animam peccatoris extra
domum suam id est corpus suum egredientem suscipiunt. Tercium
quando ipsam animam ad sepulchrum infernale deducunt.

Secundo describitur eius pena que est a superiori quantum
ad visionem beatorum cum dicitur Vidit abraham
et lazarum in sinu eius. Verumtamen Videndo autem abraham
et lazarum in tanta requie augebatur in ipso
cruciatus pene. Crisostomus super illud Inter nos et vos
chaos magnum firmatum est. Videre possumus tamen
transire non possumus, et nos videmus quod fugi-
mus et vos videtis quod perdidistis, et nostra gaudia
accumulant vestra tormenta et vestra tormenta
accumulant nostra gaudia. Sed et Gregorius
dicit: ante diem iudicii et boni malos et mali
videbunt bonos. Post iudicium autem mali
non videbunt bonos. Boni non propter videbunt
malos ut per gaudium eorum sic crescat
contra malum supplicium quod misericordie
non pervenit. Horum autem visio quam magis [illegible]

colligitur. Primum est quia post hanc vitam boni cognoscent bonos quia abraham cognovit lazarum et lazarus cognovit abraham. Secundum est quod mali cognoscent malos. Unde dives sciens quod fratres suos cognosceret si in infernum descenderet, ideo sollicite ei petere magis attendebat nolebat quod illuc venirent. Tertium est quod boni cognoscent malos quia abraham et lazarus divitem in tormentis positum cognovit. Quartum est quod mali cognoscent bonos quia dives cognovit abraham et lazarum. Quintum est quod non tantum cognoscent illos quos in hac vita viderunt sed etiam illos quos numquam viderunt. Unde dives cognovit lazarum quem in hac vita viderat et abraham cognovit lazarum et divitem quos numquam viderat in hac vita. Et tercio describitur eius petitio que est abnuitionis quantum ad distantiam spatii tamen dicitur: Inter nos et vos chaos magnum firmatum est. Et hec duo ei veniendum petierat. Primum ut abraham lazarum ad se mitteret, sed ad hoc videt quod non possit venire dicens: Inter nos et vos chaos magnum firmatum est. Istud autem chaos multiplex potest intelligi. Primo distantia et divisio dominorum scilicet christi et dyaboli qui adeo inter se differunt quia christus vult omne bonum et dyabolus omne malum. Et ideo numquam possunt ad invicem concordare. ii. Cor. vi. Que conventio christi ad belial. Sic isti duo numquam convenire possunt sicut nec fini ipsorum. Secundo potest intelligi istud chaos distantia meritorum. Ambrosius. Inter divitem et pauperem chaos magnum firmatum est quia post mortem nequeunt merita immutari. Illi enim tamquam peccatores remunerantur morte eterna, isti tamquam iusti remunerantur vita beata. Et ideo non possunt ad invicem concordare. Ecclesiastici xiii. Si communicabit lupus agno aliquando sic peccator iusto. Tertio potest intelligi distantia voluntatum. Boni enim sunt voluntate confirmati in bono, mali autem obdurati et obstinati in malo. Et ideo boni sunt iusti et mali sunt iniqui. Et ideo non possunt ad invicem participare. ii. Cor. vi. Que participatio iusticie cum iniquitate. Quarto potest intelligi distantia affectionum. Boni enim sunt in perfectione amoris dei, mali autem sunt in perfectione odio dei. Unde boni tamquam fideles amici deo se adheserunt, mali autem tamquam infideles eum dereliquerunt. Et ideo non possunt ad invicem participes esse. ii. Cor. vi. Que enim pars fideli cum infideli. Quinto potest intelligi distantia gaudiorum. Boni enim sunt in gaudiis et dulcedine. Luce primo. Letamini in splendoribus. Mali autem sunt in gaudiis tremoris et doloris. Ysaia. Vermis eorum non morietur. Et ideo boni sunt gaudentes stantes in deo et bona, mali autem sunt gaudentes canina id est latrare et lacerare. Et ideo non possunt ad invicem concordare. Ecclesiastici xiii. Que communicatio homini sancto ad canem. Sexto potest intelligi distantia claritatis. Boni enim sunt clari, Ysaie lx. Implebit dominus splendoribus animam tuam. Mali autem sunt tenebrosi. Trenorum iiii. Denigrata est super carbones facies eorum. Et ideo non possunt ad invicem concordare. ii. Cor. vi. Que societas luci ad tenebras. Septimo potest intelligi distantia mansionum. Mali enim sunt in mansione inferni, boni autem in excelsis. Theophilus. Chaos magnum significat iustorum a peccatoribus distantiam. Unde sicut affectus eorum varii fuerunt, sic et mansiones non modicum distant. Chaos itaque bonorum est regnum celeste, chaos malorum est habitaculum infernale. Et ideo non possunt conversi ad invicem commorari. ii. Cor. vi. Quis autem consensus templo dei cum ydolis. Secundum remedium erat quod petebat ut lazarus linguam suam refrigeraret. Ubi notandum quod dives linguam habuerat corporalem sed dicitur cruciari in lingua id est in anima quia pro peccato lingue amplius torquebatur. Crisostomus. Ei in lingua flammat iste dives vel pauperem irridendo vel nimis voluptuose edendo vel inter convivas in convivio lingua ad detractionem laxando. De divitibus proverbialiter dicitur. Petrus Ravennas. Lingua magis ardet quam pauperi insultabat et pro

degustat tantum quod splendidos cibos et odorifera pocula degustat. Lectio dicit Crisostomus. Quia in comminando magis in lingua pecatur plurimum in lingua ardebat. Nullam autem potuit habere refrigeracionem quia nullam voluit impendere pauperi miseracionem pro Christo. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis ipse clamabit et non exaudietur. Multi tamen sunt qui propter peccatum lingue in anima puniuntur quia et irrisiones de pauperibus faciunt. Laute et voluptuose vescuntur et bonis de quibus non disponunt. Cxx. Septimo dicitur quod erit. Dicitur eius porcio quasi ebrietas et abhominacio quantum est ad saporem ciborum eorum dicit. Rogo te pater ut mittas eum in domum patris mei. Ista autem peticio et comperte sunt inique et comperte fatua et comperte sunt presumpta. Primo ista peticio sunt inique. Quia lazarum qui sic miseriam videbat iterum volebat miserum facere. Deum eum volebat ad vitam miseria iterum destinare. Nec. Dicit super lazarum qui pristinam similiter dicit Crisostomus ipsum ad huiusmodi miseriam iterum revocabat. Petrus Ravenn. Petit dives lazarum mitti ad fratres suos sicut dicit. Vere pauperem sentit dives in hoc seculo vere pauperem invenit. Secundo ista peticio sunt fatua. Quia quod plus mortuus quam scriptura est credendum putabat. Quod autem sit fatuum hoc asserit Crisostomus. Ecce vivum cum lazarum resurrexit et multi tunc non resurrexerunt et tamen iudei eius credere noluerunt. Immo lazarum occidere cogitabant. Secundo. Verum est quod magis est credendum scripture quam alteri homini vivo vel mortuo vel angelo. Ergo ratio est adversus quam id quod dicitur scripture dicit. Quod magis est credendum scripture quam alteri homini vivo vel mortuo vel etiam angelo.

possum et non vident quod cum lazarum resurgeret vel angelus de celo veniret aliqui dicerent quod contra scripturam esset magis scripture quam eis esset credendum. Tercio verum est quod si esset consuetudo quod mortui resurgerent et homines eis crederent aliqui diaboli alios fantastice suscitaret qui multa falsa posset dicere et multos mittere in errorem. Tercio ista peticio sunt presumpta. Credebat enim quod conditore fuerit suorum suum tractabat supplicium. Et non pium deprecabatur si hic impediebat. Cuius vero peccatores in supplicio amplius puniantur et eorum videt gloriam quos contempserunt et de illorum pena torquentur quos inutiliter dilexerunt. Rogabat tamen ut ad fratres suos lazarum mitteret. Quia sciebat eos adhuc esse in mundo. Ergo quo modo videbat eos esse in pena Abrahe cum lazaro vero positum in inferno. Potest autem huiusmodi sic dici sicut alii tres modi quibus mortui ea que in mundo geruntur sciunt ut dicit Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda. Primo sciunt sicut ab aliis animabus de mundo venientibus et ea referentibus sicut forsitan Abraham sciuit lazarum fuisse in tot doloribus et divitem fuisse in tot deliciis ipso lazaro indicante. Secundo sciunt ab angelis qui presentes sunt omnibus que aguntur. Tercio sciunt sicut aliqui quod nunciatum est eos sicut non solum presumpta sed etiam preterita et futura dei spiritu revelante.

Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos. Et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul excusare. Primus dixit ei villam emi et necesse habeo exire et videre illam rogo te habe me excusatum. Et alter dixit iuga boum emi quinque et eo probare illa rogo te habe me excusatum. Et alius dixit uxorem duxi et ideo non

Dominica secunda post Trinitatem. Luce. xiiii.

possim venire. Et reversus servus nunci-
avit hec domino suo. Tunc iratus pater-
familias dixit servo suo: Exi cito in
plateas et vicos civitatis et pauperes
ac debiles et cecos et claudos intro-
duc huc. Et ait servus: Domine factum est
ut imperasti et adhuc locus est. Et
ait dominus servo: Exi in vias et sepes
et compelle intrare ut impleatur domus
mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum
qui vocati sunt gustabit cenam meam. ¶
Cum hec ad virginem dei sit facta non est
mirandum si deus nomine virginis sue ap-
pellatur ut scilicet hec dicatur. Et sic dicit Greg-
orius: Deus vult indicare peccatrice vocatur
dicitur leo quia non sua magis dicitur hoc pristino
igitur hominem deus invitat. Prandium non vocatur
sed Cena, significatur suavitas eterne
dulcedinis quia dicitur cena non prandium. Nam
prandium est corporis refectio media: cena
non impera. Cena post prandium adhuc
restat: cena post cenam non quia nichil ultra
restat. Post prandium adhuc restat la-
bor: post cenam non non restat nisi requies.
Cena autem ista cena tria notantur in qua
hec invitat magna liberalitas. Secundo in-
vitatis magna felicitas. Tercio non votolitur
magna diuturnitas. ¶ Primo quidem notatur invitatis
magna liberalitas. Liberalitas autem invita-
tis in duobus apparet. Et in hoc quod cenam parat.
Et in hoc quod multos vocat. Cena autem ista
dicitur magna quia magna sunt fercula que ibi appo-
nuntur et quia magni sunt fructus qui ibi dantur.
De magnitudine autem ferculorum dicitur Ysaie xxv.
Faciet dominus exercituum omnibus populis in
monte hoc convivium pinguium convivium
vini de mice pinguium medullatorum vini
de mice defecati. Ex quibus verbis habetur quod
cena que datur in ista cena sunt pinguia
medullata et defecata. In presenti enim vita
anima nostra subiacet multis doloribus.
Corpus multis passionibus. Et utraque mul-
tis erroribus. Sed anima que nunc subiacet
multis doloribus tunc pinguedine id est dulcedine
et suavitate implebitur. Psalmus: Sicut adipe
et pinguedine repleatur anima mea. Jeremie
xxxi. Consolabor eos et letificabo

eos a dolore suo et inebriabo animas
sacerdotum pinguedine. Corpus quod nunc
subiacet passionibus tunc gaudebit
defecatione id est omnium malorum ablatione.
Corpus enim est tenebrosum grossum et
ponderosum et mortalitati subiectum.
Sed tunc deputabitur et defecabitur
et recipiet in corpore quatuor proprietates scilicet
claritas subtilitas agilitas et immor-
talitas et in inferno patientur contrarias
quia corpora dampnatorum erunt tenebrosa
ut numquam lucem videant. Erunt grossa
et spissa ut ignis in ea fortius agat.
Erunt ponderosa ut numquam resurgat
sed de pena in penam vadat. Erunt semper
in morte ut numquam in deficiat. Utrumque
quia autem scilicet corpus et anima que nunc sunt sub-
iecta timoribus tunc implebuntur me-
dulla id est securitate plena. Sicut enim
medulla inter ossa absconditur. Sic
sancti ab omni timore absconduntur. Psalmus:
Abscondes eos in abscondito faciei
tue a conturbatione hominum. Item fructus
autem qui ibi dantur figati sunt Numeri xiii.
In illis fructibus quos exploratores
de terra promissionis detulerunt. Qui
fructus fuerunt uva ficus et malogra-
nata. Post uvam intelligitur dulcedo que
causatur contemplatione divinitatis. Sicut
enim cetis fructus videntur insipidi respectu
dulcedinis ficuum. Sic respectu divine dul-
cedinis omnis alia dulcedo videtur
amara. Bernardus: Plena illud vero
et solum gaudium quod non de creatura
sed de creatore concipitur. Cui comparata omnis
aliunde iocunditas meror est omnis
suavitas dolor est omne dulce a-
marum omne decorum fedum et omne
postremo quodcumque delectare potest mo-
lestum. Per uvam significatur dulcedo que
causatur ex visione humanitatis Christi que
quidem uva fuit de virginea vite na-
ta. Ecclesiastici xxiiii. Ego quasi vitis fruc-
tificavi suavitatem odoris. Fuit igitur
tamquam botrus cocta. Canticorum primo: Botrus
cypri dilectus meus in vineis
engaddi. Aliam ei ille vinee

radys solaribus dum comi sunt i
torculari tris conculcata ysa. lxiii.
Quare rubrum e indumentum tuum et
vestimenta tua sicut calcantium i torcula
ri Proinde agnata sigr leta que
turpa colorem facte Cant. iii.
Sic sagine mali punici ita gene
tue Sic cum dicit Glo. Malum punicum
habet ruborem et candorem habet ecclia i
grinis magna ordinatione Sed et si
sunt grana dei psiticie et erunt in
core candidi i lucidi pre nimiam
claritatem Erunt maia rubicunde pre
fruendo caritate Erunt uit sic valde or
dinati pre rotundo pacis Et erunt
valde leti pre dulcissime melodie
suavitate Sed audi liberalitas impi
tanti cocus qui voluit multos vocat
at eos per quatuor modos scilicet preciosa
docta Per collata beneficia Per mutua
consilia Et pro rogata flagella
Preciosa docta Sed sic dicit Gre
gorius vocat multos per panem veniet
que non incipit ipsi qui ei presidet sub
iecti et non eius quoniam male vivendo
contradicunt dicit hic ipse conquiritur deus Prov.
i. Vocavi scilicet per legem et prophetas et apostolorum
doctorum preciosa docta et renuistis
extendi manus meas scilicet dando vobis
multa beneficia et non fuit qui aspi
ceret Despexistis omne consilium meum
quod vobis scilicet per mea inspiravi et incre
pationes meas i flagella que ali
quando vobis inflixi neglexistis Ideo
subditur Ego in interitu vestro ridebo
Sed potest mirari magis fidelitas cum
dicit Ascripsit finem suum i. Gregorius
ardine predicatorum dicere invitate
ut veniant quia parata sunt omnia Ite
parata sunt omnia Cuma patris et loca
Ioh. xiiii Vado parare vobis locum
Prov. Parate sunt mense Luc. xxii.
Ut edatis et bibatis super mensam
meam in regno meo Parata e panis
Sap. xvi. Paratum panem de celo
prestitisti illis Prov. Parata sunt stula
Cant. xxii. Tauri mei et altilia
occisa et omnia sunt parata venite ad nuptias
Pater et vinum Cant. pr. Bibite et in
ebriamini karissimi Parati sunt fumatores i. an
geli Heb. pr. Omnes sunt administratorii spiritus
in ministerium missi Prov. Pater et piena
i. ipse Xpus Luc. xii. Precinget se et faciet
illos discumbere et transiens ministrabit illis
Nil restat quod nisi ut magis larvemus
i. ut corda moveamus per Sicut pinc
manum marum reddet inclita
Sed vocati horatorum magis dispertis
Gregorius Tres sunt vocatorum dispositiones
et differentiae Quidam enim vocantur et non
veniunt Quidam vocantur et veniunt Quidam
autem alii compelluntur ut intrent Illorum autem
qui vocantur et veniunt contemptus tres
sunt differentie Gregorius Aug. in sermone de verbis
domini scilicet Emptionis Amoris et Luxuri Contem
ptio enim pertinet ad superbos que dicunt
Villam emi i. dominatum terrenum multo
labore acquisivi vel infelici commercio
scilicet pro anima sue regni celestis comparavi
Rogo te habe me excusatum Gregorius
Humilitas sonat in voce sed dum venire
contempnit superbia e in actione Fatuitas
nos istius non est in hoc qui non tam dominatum
emit tam carere sed etiam in hoc quod dicit
Necesse habeo exire et videre illam Prius enim
debuit videre quam emere Nullus autem dominatum
terrenum tam care emeret si bene videret
et considerasset eam scilicet Luce. Ipsius breviter
Ecc. x. Omnis potentatus brevis vita
Sic ipsius periculum et amaritudinem Rami
arboris que sunt in yme sunt in quiete que
autem sunt in vertice sunt in agitatione Re
fert Valerius quod dum quidam rex
deberet coronari coronam manu tenens
dixit O nobile magis quam felicem coronam
quam si quis cognosceret quam multis periculis et
sollicitudinibus sit plena nec humi ia
centem tolleret Sed eius periculum i ma
nitate quia quanto altior ascensus tanto
gravior casus Ceciderunt Petrus sed de i
fimo et ideo statim resurrexit Cecidit
David sed de plano quia in altum se non
extulit Eius illud, Prov. non e co

altari cor meum verus elati sunt oculi
mei etc. Et ideo cito surrexit. Cecidit
adam de alto quia de paradiso. Et ideo
tam difficulter surrexit quia tamen morte
Christi. Cecidit lucifer de altissimo celo
et nunquam resurgere potuit. Excusatio
secunda pertinet ad avaros de quibus dicitur Iuga
boum emi quinque etc. Per quinque iuga boum
intelliguntur quinque sensus corporis. Et dicuntur
iuga quia secundum Aug. in Questionibus sensum
geminatur. Duo enim sunt oculi, due aures,
due nares, duo instrumenta gustus lingua
scilicet et palatum, due manus quibus ma
xime fit tactus. Emit quinque boves terram
usam. Emit sensus avari cum terra delectatur.
Magis enim delectatur eius oculus in videndo
massam auri quam corpus Christi. Eccl. viiii.
Insaciabilis est oculus cupidi. Plus delec
tatur eius auris in audiendo nominari
aurum quam verbum dei. Iste fuit talis propheta
qui dicebat Bonum in lege oris tui super
milia auri et argenti. Nares eius si
vellet avaritia nundinas odorare
ut illuc posset ire. Tales sunt sicut
vulturi qui avaritie fetorem odorat ca
daverum et illuc vadit. Et quia sunt ista ca
davera nisi aurum et argentum quorum unum
est lutum rubeum aliud lutum album. Lingua
ad ire admundinas avaris quam ad missas.
Et tamen adulatores quam ad predica
tores. In ore enim avari dulcior est no
minatio auri quam nominatio verbi dei. Iste
fuit talis propheta qui dicebat Quam dul
cia faucibus meis eloquia tua etc. Ma
nus eius avari libentius tangunt aurum
et argentum quam tangunt sanctum euuangelium.
Et tamen dicitur spine sunt. Et magis delec
tantur in tangendo spinas illas quam lilia
vel rosas. Job. xxx. Esse sub sentibus
delicias computabant. Excusatio tertia
pertinet ad luxuriosos qui dicunt Uxorem
duxi et ideo non possum venire. Si uxor
hic accipiatur proprie dicitur spiritualiter. Si autem
accipiatur pro carnali voluptate vel dicitur
Gregorius. Nullum in coniugio non fecun
ditatis proles sed desideria corporis vo
luptatis. Et ideo pro re iusta non in uno

frigescitur per rem iustam. Ho(mo) i(n) vo
luptuosus ad celeste cenam venire non
potest quia et non est dignus. Iste potest
quia est compedibus alligatus. Eccl. vii.
Inveni amariorem morte mulierem
que laqueus est venatorum et sagena cor
eius. Iste quia est fetidus. Ioel. i.
Computruerunt iumenta in stercore suo.
Iste est dignus quia est sordida veste in
dutus. Iude primo. Odientes que carnalis
est maculatam tunicam etc. Si enim indignus
fuit stare in nuptiis qui non habuit
vestem nuptialem ut dicitur Math. xxii.
multo fortius qui habet vestem vituperabilem.

Deinde ponitur secunda vocatorum in qua
scilicet qui vocantur et veniunt cum dicitur pau
peres ac debiles cecos et claudos
introduc huc. Et possunt intelligi litteraliter
quia secundum Gregorium In finem quinque et in
hoc mundo despecti plerumque tanto
celerius audiunt deum quanto in hoc mundo
non habent ubi delectentur. Possunt
intelligi spiritualiter unde dicitur Glo. Sicut
pauperes sunt qui noluerunt venire ita
peccatores sunt isti qui veniunt. Superbi per
catores superbi respuuntur et humiles
eliguntur. Horum autem quatuor sunt genera
secundum quod unusquisque peccat per temporem
et negligentiam. Isti sunt pauperes qui per
paupertatem. Alii per fragilitatem humanam.
Isti sunt debiles sicut fuit petrus
qui timore mortis Christum negavit. Alii
per ignorantiam isti sunt ceci. Talis fuit
paulus primo Thimo. primo. Ignorans feci in
incredulitate. Alii per certa malitiam.
Isti sunt claudi qui unum pedem non
habent tenere in celo et aliud in terra.
Omnes isti recatum sunt aliquid recto
gressu et ad deum veniunt. Deinde ponitur
tertia vocatorum illorum scilicet qui
intrare compelluntur cum dicitur Exi in vias
et sepes et compelle intrare. Isti sunt
qui in peccatis plaga compunguntur in duratione
qui dicuntur mortui in viis quia
deambulant sunt per vias. Job. xxx. Vadunt
et venient super eum horribiles. Et
dicuntur morari in sepibus quia spinas
peccatorum colligunt in quibus continuantur.

et in quibus spectes insignales mo rantur. Tales vero aut numquam contin. nisi compellantur. Ista autem compulsione fit adversitas. Gregorius. Mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt. Augustinus. Felix necessitas que ad meliora compellit. Sed si fortis inveniatur necessitas magistra virtutis. Seneca. Infirmitati mee gratias ago que cogit me non posse que non debeo velle etc. De coniugatis sermo secundus

Uxorem duxi et ideo non possum venire. Luc. xiiii. Ista dixit iste vir vocatus non autem contempta promisit et ideo non possum venire sed dixit uxorem duxi etc. Certum est autem quod qui uxorem duxit ad celestem cenam venire non potest. Sed ideo dixit non posse quia non ita libere nec ita expedite potest venire quemadmodum sicut virgines et continentes eo quod plura habeant impedimenta ad malum et plura retinentia a bono. j. Cor. vij. Qui sine uxore est sollicitus est que sunt domini quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat uxori et divisus est etc. Nichilominus tamen venire potest si ordinem matrimonialem servare voluerit. Deus enim virorum in paradiso instituit quando dixit Gen. j. Crescite et multiplicamini et replete terram. Si igitur quis peccat qui frangit ordinem quem instituit sanctus Benedictus vel sanctus Augustinus multo magis peccat qui frangit ordinem quem instituit ipse deus. Et quia quilibet ordo habet regulam suam. Ideo in isto ordine matrimoniali data est regula viris per se et uxoribus suis per se. Et quia non sunt dispares condicionum morum et voluntatum oportuit quod cuilibet daretur sua regula specialis. Regula autem virorum fuit et dictamine Pauli apostoli et habet quatuor capitula. Primum est quod viri debent suas uxores instruere et regere. Secundum est quod viri debent diligere diligenter uxorem suam. Tertium est quod viri debent uxoribus in necessitatibus providere. Quartum est quod viri non debent uxoribus suis nimis rigidi et duri

~~esse. Primum capitulum est quia viri uxores suas debent instruere et regere. Secundum est quod viri debent diligere diligenter uxorem suam. Tertium est quia viri debent uxoribus in necessitatibus providere. Quartum est quod viri non debent uxoribus suis rigidi et duri esse.~~ Primum capitulum est quia viri uxores suas debent instruere et regere. Istud capitulum ponit apostolus Ephe. v. Mulieres subdite sint viris suis sicut domino quia vir caput est mulieris sicut Christus caput est ecclesie. Eccl. i. Vir caput est mulieris. Ideo eam instruere et regere imponendo ei leges prout ei videbitur expedire. Quedam enim sunt matrone probate istis non sunt leges imponende. Talium enim vita viros non sollicitat sed delectat. Eccl. xxvi. Mulier fortis oblectat virum suum. Quedam sunt suspecte iste legibus sunt arcende et sub manu viri tenende et arcende deliciis et magis perdite sunt de quibus dicitur. Eccl. xxv. Si non ambulaverit ad manum tuam confundet te in conspectu inimicorum tuorum. Quedam sunt medie que adhuc non sunt bene probate. Iste nec sunt nimis arcende nec nimis relaxande sed sunt probande. Si ei amicus animus habes de eo confidat et probandus multo fortius uxor. Eccl. vi. Si possides amicum in temptatione posside illum et ne facile te ipsum credas ei. Secundum capitulum est quod viri debent uxores suas diligere diligenter. Istud capitulum ponit apostolus ubi dicit. Viri diligite uxores vestras sicut Christus ecclesiam. Diligite eas amore discreto et ordinato quod quidem fit quando servatur quod dicitur j. Cor. v. Qui habent uxores sint tamquam non habentes. Ille habet uxorem et non habet qui tempore debito operi coniugali sunt intendere et tempore debito abstinere. De quo tempore dicitur Cursus super quo abstinere autem sancta abstinere a coniugali que etiam dies festus et dies ieiunii. Exodi xix. Habet quod quatuor temporibus est abstinendum sed tempore menstrui. Causa sit dicit Ieronimus. Quia concipiuntur inde diminuti sed ceci claudi et leprosi. Abstinendum

est etiam tempore impregnationis quod et bestie
observant. Dicitur enim in libro de natura animalium
quod elephas feminam suam pregnantem non
tangit. Abstinendum est tertio in tempore festivo
et ieiuniorum. Augustinus: Tempore festivo et
ieiuniorum non licet coniugibus convenire
quia tunc a licitis est abstinendum ut
facilius impetretur quod postulatur. Tertium
capitulum est quod viri debent uxoribus in neces-
sitatibus providere. Istud autem dicitur ibidem. Dominus:
Qui suam uxorem diligit se ipsum
diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio
habuit sed nutrit. Glossa: cibo et potu
et fovet. Glossa: vestimentis. Isto tamen debent
prohibere viri quod uxores sue nimis
vane se induant et ordinent seu ornent.
Talis enim ornatus reprehensibilis est quia
[illegible] ratione. Prima sumitur ex parte uxoris
quam [illegible] ecclesia [illegible] in anima sua induere
non potest. Unde super illud Petri iii: [illegible]
sit capillatura [illegible] dicit Glossa super Cy-
prianus ait: Serico et purpura indute
Christum induere non possunt. Auro et marga-
ritis et monilibus adornate ornamenta
cordis et pectoris perdiderunt. Quod
de illis intelligendum est que se ornant ad
animas capiendas. Secunda sumitur ex parte
corporis quando ad corpus quod est pulvis
et cinis. Stultus autem esset si quis pulverem
vel cinerem vellet in sacco serico custodire.
Crisostomus super xvi Luce: Induebatur
purpura et bisso. Dicit: pulverem et cinerem
purpura et bisso tegebat. Tertia ratio sumitur
ex parte Dei quia tales non cogitant. Quando
enim perversos colores facie sue tunc
mutent, [illegible] non cogitant quod ibi non
creavit. [illegible] Qua fiducia erigis
ad celos vultum quem conditor non cog-
noscit. Quarta ratio sumitur ex parte proximi
quia mulier sepe decipit et ad concupiscentiam
trahit. Crisostomus super Matheum: Si mulieres
se decoraverint et oculos hominum ad se
provocaverint et si plagam non intulerint
penam tamen vindicte dabunt: venenum
enim obtulerunt et si nullus qui biberet
invenitur. Sit quartum capitulum est quod non

debent viri uxoribus suis nimis
rigidi et duri esse. Istud ponitur
Coll. iii: Viri diligite uxores
vestras et nolite amari esse ad illas.
Talis enim amaritudo est causa discordie
inter illos, etiam deo multum displi-
cet, pax et concordia multum placet.
Ecclesiastici xxv: In tribus beneplacitum
est spiritui meo: concordia fratrum, amor
proximorum, et vir et mulier sibi bene consen-
tientes. Quod autem non bene conveniant
aliquando est culpa ex parte viri, aliquando
ex parte uxoris, et aliquando ex parte
utriusque. Et [illegible] pone talem
comparationem. Si quis ferro ferrum vult uni-
re oportet quod utrumque per ignis ad
unitionem mollescat. Si enim utrumque
fuit durum vel alterum ipsorum non
potuit coniungi. Quando enim vir est
multum severus et mulier nimis su-
perba tunc ambo sunt duri et ideo
non poterunt pacificari. Quando non
vir est benignus et uxor superba
vel econverso uxor mansueta et vir
severus non poterunt convenire. Oportet
ergo quod utrumque mollescat, id est quod vir
habeat benignitatem et uxor mansuetudinem
et tunc fiet quod dicit scriptura quod multum
placet deo vir et mulier sibi bene
consentientes. ¶ Secunda est uxoris Sm
quam tradit Tob. x: [illegible]
ut moneretur eam honorare soceros
diligere maritum regere familiam gu-
bernare domum et se ipsam irreprehensibilem
exhibere. Et licet ista regula quam tanta
et ideo est maior quam regula virorum que
habet tamen quatuor. Causa enim mulier magis
deficit in discretione ideo maiore indiget
eruditione. Primum ergo capitulum est quod mulier
debeat soceros honorare. Iustum est
enim ut tanquam patrem et matrem honoret
soceros, cum ipsi eam quasi in filiam
adoptant et coniungunt viro et socer
a sociando nomen accepit. Sed
sepe contrarium fit. Unde [illegible]

homini dicitur. In quadam regione consuetudo est ut unusquisque alia die postquam traducta est a sponso ollam nitidam petat cum illa statim negat ut credat illum tractum esse verum Omnibus sponsus ocedit uniusquisque. Cassiodorus capitulo 2 quod debet virorum diligere et hoc amore casto et fideli. De quo amore dicit Crisostomus super Matheum. Certe si vir habeat uxorem quo tempore semper plenus uxoris dilectio. Uxor neminem debet reputare sapientiorem quam virum suum et si alter sit sapientior tamen illa sapientiorem esse non debet intelligere. Uxor neminem fortiorem putare debet quam virum suum Et si alter fortior sit tamen illa intelligere non debet alium fortiorem. Uxor neminem debet putare formosiorem quam virum suum Et si sit alter formosior tamen nullus debet ei apparere formosior. Perfectum est odium et perfectus amor recta iudicia non cognoscunt ut puta si perfecte odias aliquem quamvis fuerint apud illum omnia tibi displicet sive quod dicit sive quod agit et si bonum fuit tamen tibi displicet et mala videntur. Sic et si perfecte aliquem amas quamvis sit apud illum omnia tibi placent sive quod loquitur sive quod agit et si nec mala sint tamen tibi bona videntur. Si quis autem uxorem vanam putat esse debet vana Certum capitulo 2 quod debet familiam suam regere Sic enim dicit Paulus Thimotheo primo capitulo 5 Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negat. Glosa operibus et si non verbis tamen facit quod proximum non diligit et est infideli deterior. Glosa. Quam habet vitia non dum cognoscit vel punit Sic de talibus matribus potest dici illud Trenorum 4 filia populi mei crudelis quasi strucio in deserto Strucio ova sua terra cooperit et abiciendo ea derelinquit que sepe abiectis conculcatur. Sic sunt multe matres que puniunt filios suos teneris affectibus in voluntati et ad omnibus conculcari et ipse non curant In hoc tamen sunt crudeliores structionibus quia illi super ova

conculcata magnum placatum faciunt. Iste autem super filios conculcatos a demonibus non plangunt De hoc filii in iudicio conquerentur Ecclesiastici 41. De patre impio conqueruntur filii quoniam propter illum sunt in obprobrium Quintum capitulo 2 est quod debet domum gubernare Et ideo oportet ipsam habere tria Primum sapientiam ut omnia sapienter disponat Proverbiorum 14 Sapiens mulier edificat domum suam insipiens non constructam quoque destruit manibus suis Secundo debet habere diligentiam ut solicite cuncta provideat Proverbiorum 12 mulier diligens corona est viro suo Tercio debet habere prudentiam ut suo tempore necessaria cuncta provideat Propter ista tria dicitur Proverbiorum ultimo de muliere forti Operata est consilio manuum suarum Certe quod sapiens Et de nocte surrexit Certe quod solicita Et dedit predam domesticis suis et cibaria ancillis suis Certe quod provida Sextum capitulo 2 est quod debet se irreprehensibilem exhibere ut scilicet nullam maculam habeat nec in fama nec in vita nec in consciencia Et istas suas maculas in triplici speculo debet videre Primum speculum est sacra scriptura sive dei precepta Bernardus Specula sunt dei precepta in quibus anime sese aspiciunt et si que eis sunt feditates deprehendunt Secundum speculum est vita Christi activa passiva et similiter et proximorum se debet speculari Bernardus super Canticum Utroque in eo dominus et speculum patiendi et patienti premium Tertium speculum est conversacio ancillarum Christi Si enim dicat mulier se non posse imitari vitam sanctorum virorum saltem imitetur vitam sororum suarum scilicet Magdalene Marthe et Agnetis et ceterarum Quas autem maculas quas mulieres deprehenderint ad ista specula lavare debent in confessione vel in lacrimis significatum in lavatorio templi erant specula ut dicitur Exodi xxxviii Bulgarus. Anima confessionis sit affecta ad decorem Confessionis et magnificenciam decor propter confessionem et pulcritudo in conspectu eius Quoniam multe sunt que libencius videre faciem carnis sue etiam in speculis vanitatis quam faciem mentis sue in predictis speculis pijs Hugo. Mulier ad speculum pingitur et in sapiencia artificis conda plenior est quam natura est

De eodem primo termino

Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati
sunt gustabit cenam meam. Luc. xiiii. Hoc
quod dominus dicit quod nemo virorum illorum qui
vocati sunt gustabit cenam meam dat intelligere
quod gustabit cenam aliam que non est sua. Videndum
nobis est quod est quadruplex cena scilicet cena cor
poralis, spiritualis, infernalis et celestis.
In cena corporali debet iusta pauperes
Luc. xiiii. Cum facis prandium aut cenam
voca pauperes ac debiles cecos et clau
dos etc. Gregorius. Et ait quod antiqui comedebant
tamen semel in die et in loco communi et conviviter.
Et quia tamen semel comedebant ideo tamen cenam
appellabant quia post cenam nulla comestio
restat. Cenam etiam comedebant in loco
communi et commune. Vide cena plus dicebatur a
cenon quod est commune. Hoc probat quia ostendebat suam
frugalitatem. Caro enim erat abstinencie
quod contenti erant una comestione in die. Hoc
probat ostendebat suam honestatem. Vide enim in
loco communi et cunctis comedebat ne ibi
lascivia ibi fieret vel verba detractoria
ibi resonarent. Tertio ostendebat suam
liberalitatem quia non singulariter sed communiter comedere
volebat. Et ideo peregrinos et hospites
ad sua convivia advocabat. Hoc igitur
antiquorum et nos ista tria in conviviis nostris
habeamus scilicet primo temperanciam et frugalitatem.
Secundo honestatem. Tertio pietatem. Primo quidem
in nostris conviviis debemus habere temperanciam
et frugalitatem. Eccl. xxxi. Vtere quasi homo
frugi hiis que tibi apponuntur ut non cum
manducas multum odio habearis. In eodem
xxxvii. In multis escis non erit infir
mitas. Et iterum. Propter crapulam multi peri
erunt. Qui autem abstinens est adiciet vi
tam. Refert Augustinus tria documenta didicisse
a beato Ambrosio. Primum est ne uxorem mi
litanti alicui suadeat ne forte ipsi
talium prenas et expoliacies exteriant.
Secundum est ne uxorem alicui petat ne
forte ipsi coniuges inter se male conve
niant et maledicant ei. Tertium est ne ad
aliquod convivium invitatus accedat ne
forte ibi modum temperancie perdat. Secundo
debemus habere honestatem ne forte in
nostris conviviis lascivia convivia fiant.
Ysa. v. Cythara et lyra et tympanum
et tibia in conviviis vestris et opus
dei non respicitis nec opera manuum
eius consideratis. Et ne ibi dicantur verba
detractoria. Prover. xxiii. Noli esse in
conviviis potatorum nec in comessa
tionibus eorum qui carnes ad vescen
dum conferunt. Glossa. Illi carnes
ad vescendum conferunt qui in locucione
vicissim proximorum vicia dicunt. Vnde
Augustinus contra pestem detractionis hos
versus in mensa sua scriptos habebat. Quis
quis amat dictis absentum rodere vi
tam hanc mensam indignam noverit
esse sibi. Tertio debemus habere pietatem
ut scilicet pauperes et peregrinos in nostris
conviviis habeamus. Job xxxi. Si
comedi buccellam meam solus et non
comedit pupillus ex ea. Econtra dicit
avarus. Luc. xi. Inveni requiem mihi
et nunc manducabo de bonis meis
solus et nescio quod tempus preteriat. Relin
quat omnia aliis et moriatur. Secunda
est cena spiritualis quam dominus facit cum
anima. Apoc. iii. Ego sto ad hostium
et pulso. Si quis aperuerit mihi ho
stium intrabo ad illum et cenabo cum illo
et ipse mecum. Peccator cum penitens
est in ista cena tria fercula habere
scilicet contritionem confessionem et satisfactionem.
Deus autem tria alia ponit scilicet amorem graciam
et gloriam. De ista cena dicitur Joh. xii.
Fecerunt autem ei cenam ibi scilicet Christo. Mar
tha scilicet et Maria Lazarus vero unus
erat de discumbentibus. Per Martam enim
significatur activa, per Mariam contemplativa,
per Lazarum vero de novo a morte re
suscitatum. Cenat igitur Christus cum activis
quia delectatur in corporis operacione. Cenat
cum contemplativis quia delectatur in cordis
devocione. Et cenat cum penitentibus et de
novo conversis quia delectatur in cordis con
punctione. Ps. Mirra et gutta et cassia a
vestimentis tuis a domibus eburneis
ex quibus delectaverunt te filie regum
in honore tuo. Per mirram que est amara
intelligitur contricio. Per guttam que secundum Glossam ex
pellit tumorem intelligitur humilitas. Per
cassiam que secundum Glossam intelligitur mag-

Secunda

mit[ur] fides q[uam] dedit in bap[tis]mo. filie ig[itur]
regis .i. a[n]i[m]e s[an]c[t]or[um] q[ue] s[cilicet] b[e]n[e] rexe[runt]
que s[un]t domus eburnee .i. pure et
caste q[ui]or[um] vesti[ment]a .i. op[er]a adornat[ur] tibi
v[ir]tute s[un]t ple[ne]. Xp[istu]s m[u]ltu[m] delectat
delectat[ur] in gestare potentiu[m] in humilitate
et devocione [con]templativor[um]. Et in fide
forti activor[um]. Hic e[st] natura [con]
[con]ditio de uono g[e]n[er]e. Et fides for
ta e[st] natura activis. Hic humilitas e[st]
natura [con]templativis. Ideo ei p[re]ceptu[m]
d[icitu]r ad deu[m] in[sup]er h[abe]at humilitate[m]. Aug[ustinus].
Tanta fortitudo e[st] via sibi molit[ur]
humilitas levans cor ad deu[m] non
q[uam] deu[m]. Tertia cena [est] infernalis
de q[ua] d[icitu]r Apoc. xix. Venite [con]grega
mini ad cena[m] magna[m] dei ut ma
ducetis carnes regu[m]. In ista cena
dabi[tur] du[m]pl[e]x panis. Primus durissimus
q[uia] nu[mqua]m p[otes]t digeri s[ed] mors eterna
p[ro] cibo eos depascet eos. Ps[almus] xx
Secundus est panis mendacii
et p[ro] implebi[tur] os eius calculo. Hic
e[st] calculus n[on] p[otes]t manducari nec
digeri s[ed] mors depascet eos et
t[ame]n nu[mqua]m potuerunt finiri. Al[iu]s panis
erit amarissimus s[ed] [con]tra amara
Job xx. Panis eor[um] v[er]tet[ur] in fel aspi
du[m] int[r]insecus. Gregorius in [sup]er Ma[gi]la
[con]tra s[unt] sic ymo no[n] reddit ac
Unde p[otes]t fortis aliqu[od] f[ac]e[re] remediu[m]
q[uan]to int[us] [est] velut intensu[m]. Sec[und]o in
ista cena dabi[tur] du[m]pl[e]x vinu[m] s[cilicet] ru
beu[m] q[uo]d e[st] fel draconu[m] et album
q[uo]d e[st] venenu[m] a[s]pidu[m] Deut. xxxii.
Fel draconu[m] vinu[m] eor[um] et vene[num]
aspidum insanabile. T[er]cio in ista ce[na]
apponent[ur] carnes et lingue et a[ss]e[rit] Apoc.
xvi. Commanducaverunt linguas suas
p[re] dolore et blasphemaverunt deu[m] celi
et t[er]re p[re] doloribus et vulnerib[us] suis
et egerunt p[eni]tentiam de op[er]ib[us] suis. Cap[i]
ti quide[m] turbabunt aliq[ua]s nimio
ad calore nimio ut d[icitu]r Job xxiiii.

3m

Ad t[ur]r[i]t erunt mag[is] nimio tunc p[re] nimio
dolore manducabunt carnes suas c[on]ge
latas. Et sic quodam[m]o[do] creditur lingua[s]
carnes. Quando erunt in igne et p[re] nimio
dolore manducabunt linguas suas adustas.
Et sic q[uo]dam[m]o[do] credent carnes assas.
Quantu[m]cumq[ue] a[u]t[em] [et] q[ua]cumq[ue] lingua come
datur subito re[n]ovabit[ur] ut iter[um] come
dat[ur]. Et q[uam]vis in magis [con]vivijs [con]sue[vi]t
ponere d[i]v[er]sa g[e]n[er]a instru[m]entor[um] sic i[n] i[st]a
ce[na] reparabit[ur] ea g[e]n[er]a instru[m]entor[um] s[cilicet] fletu[m]
et strid[or] dentiu[m]. Ideo d[icitu]r [M]a[t]h. viii. Ibi erit
fletus et strid[or] dentiu[m]. Se[cundu]m e[st] ululatus
de quo Ysa. xv. Ululabit moab ad
moab. moab unusquisque ululabit. moa
ab interp[re]tat[ur] ex patre et signat illu[m] de q[uo] d[icitu]r
Joh. viii. Vos ex patre dyabolo estis. Moab
.i. ululabit q[ui]a demones maiores ulu
labunt. Ad moab filii unusquisque ululabit
q[ui]a a[n]i[m]e dampnat[e] videbunt et ad eos filii
ululabunt. T[er]tium e[st] planctus q[uo]d est in
Zach. xii. Plangent t[er]ra s[cilicet] infernalis
et familie seorsu[m]. Illa seorsu[m] plangent fa
milia superbor[um] seorsu[m] familia luxurior[um]
et seorsu[m] familia avarorum. Quarta
e[st] cena celestis de q[ua] d[icitu]r Apoc. xix. Beati
q[ui] ad cena[m] nuptiar[um] agni vocati sunt.
Circa a[u]t[em] istam cena[m] duo s[un]t videnda. Pri[m]o
quis eam p[re]parat. Secundo p[ro]pter q[uo]d eam p[re]paravit.
Primu[m] eam p[re]par[avit] nob[is] q[ui] ista[m] cena[m] tota
trinitas p[re]paravit ita q[uod] pater ibi sua fer
cula posuit et filius sua et sp[iritu]s s[an]c[tu]s sua.
Pater eum posuit i[n] ea ferculum p[ri]mo s[cilicet] faciei
clara[m] visione[m] s[ecundu]m Joh. iii. Quemadmodum
eu[m] apparuerit similes ei erimus q[uia] vide
bimus eu[m] sicuti e[st]. Sec[und]o om[n]ium bonor[um]
plena[m] possessio[n]e[m]. Tunc enim deus erit o[mn]ia
i[n] o[mn]ib[us] ut d[icitu]r p[rim]a Cor. xv. Bas[ilius] vi[?]
Venit in o[mn]ia bona p[otes]t ei[us] .i. [ter]cio o[mn]i[u]m
volu[n]tatu[m] et desideriorum plena[m] [com]pletione[m]
et [con]tentatio[n]e[m]. Joh. xiiii. D[omi]ne ostende nobis
patrem et sufficit nobis. Propter ista[m] t[er]ra[m]
d[icitu]r p[rim]a Cor. ii. Quod oculus no[n] vidit
nec auris audivit et in cor hominis no[n]
ascendit et[c]. Quia t[a]l[e]s ei no[n] sufficit videre

tantam visionis claritatem. Et amicus audien-
tiam bonorum omnium ubertate. Et cor capaci-
tatem voluntatis impletionem et intellectus filius
est panis imm[illegible]. Cantica Stula ps° panem
vite Joh. vi. Ego sum panis vite qui
venit ad me non esuriet. Et hic saciet
in sua divinitate. Et hic saciet ipsa lingua
Joh. x. Augustinus dicit scilicet ad contemplandam
divinitatem et egredietur ad gustandam humanitatem
et pascua inveniet etc. Est species et fons
potus in illa terra stella ps° ignem
quod illa stella detegunt. Ysa. xxv. dicit
dominus [illegible] in sion et [illegible] in
utero. Et hic vinum quod sancti inebriantur
ps. Inebriabuntur ab ubertate domus
tue. Et hic fructus quibus delectetur. Tales
enim fructus spiritus sancti de quo dicit apostolus
Gal. v. Caritas gaudium pax pa-
ciencia benignitas bonitas longanimitas
mansuetudo fides modestia continencia
castitas. Quamvis autem ista non
tamen delicata cibaria dicuntur aliqui tamen
venire contempserunt Ex hoc quod dulce
cedimus comparatio non sumunt. Gregorius
in omelia. Corporales delicie cum non
habentur desiderio generant desiderium accendunt
cum non habentur comeduntur tunc delectent prius
in fastidium pariunt. Vere autem econtra
spirituales delicie cum non habentur in fastidio
sunt cum non habentur sive comeduntur in desiderio
non sunt. Augetur ei spirituales delicie de-
siderium dum mente saciat quia quanto
magis sapor earum percipitur eo amplius
cognoscitur ut amidus ametur. Et ideo
non habere amari non potest quia earum
sapor ignoratur. Quis enim amare valeat
quod ignorat. Contra primum patet quod de pa-
tria ista et in multos vocatur sicud
est quod patet hic fecit ut scilicet celestis civitas
suis civibus impleretur. Unde dicitur Com-
pelle intrare ut impleatur domus mea.
Glo. Nunc prestatorum sicut quidem qui
unus impleatur non videbit. Unde
quidem asserunt quod in utero domus
dei ad huc vacua est quia nullus
adhuc ibi fuerat. Unde dicit quod perplena
est quia unus sanctorum adhuc non est im-
pletus cum quia anime sanctorum adhuc non
habent sua vestimenta. Completa autem quando
corpora eorum adhuc non sunt glorificata.
Post iudicium autem domus dei totaliter
erit plena quia et numerus electorum erit
completus et quilibet sanctus erit in corpore
glorificatus. Unde dicit de hoc ps. vi.
Isaias dicit plene lune redemptis et in
domum suam. Et hic est luna aliquando
est vacua aliquando plena aliquando semiplena.
Sic domus dei ante ascensionem Christi de-
cimis sanctorum omnino vacua erat. Post
ascensionem non Christi sunt semiplena. Sed
quando post iudicium Christus in domum suam
veniet tunc tota erit plena. Ad
quam nos etc. Christus perducat etc. Dominica
tercia
Erant appropinquantes ad
Iesum publicani et peccatores ut audirent
illum. Et murmurabant pharisei
et scribe dicentes quia hic pec-
catores recipit et manducat
cum illis. Et ait ad illos parabolam
istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet
centum oves et si perdiderit unam ex
illis. Nonne dimittit nonaginta
novem in deserto et vadit ad illam
que perierat donec inveniat illam.
Et cum invenerit eam imponit in hu-
meros suos gaudens. Et veniens
domum convocat amicos et vicinos
dicens eis. Congratulamini michi
quia inveni ovem meam que perierat.
Dico vobis quod ita gaudium erit in celo
super uno peccatore penitentiam agente
quam super nonaginta novem iustis qui
non indigent penitentia. Aut que mu-
lier habens dragmas decem et si perdide-
rit dragmam unam. Nonne accendit
lucernam et everrit domum et querit
diligenter donec inveniat. Et cum in-
venerit convocat amicas et vicinas
dicens. Congratulamini michi quia inveni
dragmam quam perdideram. Ita dico
vobis gaudium erit coram angelis dei super
uno peccatore penitentiam agente.

post trinitatem
Sermo
primus
Luce
xv°.

·91·

Dicit doctor Augustinus super Johannem Quidam
fuit infirmi sed sanabiles quidam
sunt infirmi sed insanabiles quidam
autem sunt perfecte sani Ista tria genera dicta in
hoc evangelio tanguntur Illi infirmi sanabiles
erant publicani et peccatores Infirmi
insanabiles erant scribe et pharisei
Christus autem sanus sed infirmi qui non egeret
[illegible] In medio autem istorum erat me
dicus Christus Primo ergo ponuntur
infirmi sanabiles id est publicani et pec
catores de quibus duo dicuntur scilicet quod
ad Christum appropinquabant Et quod eius verba
audire affectabant Et hoc autem quod dicitur
appropinquabant ostenditur quod longe erant
prius longe a peccatoribus salus Appropin
quanti autem deo per penitentiam deus appro
pinquat per graciam Jacobi iiii Appropinquate
deo et appropinquabit vobis Ista autem appro
pinquacio et elongacio non fit loco sed similitudine
et dissimilitudine Augustinus super psalmos deo qui
ubique est non per loca appropinquatur
non per loca receditur Appropinquare
ei idem est similem illi fieri recedere
ab illo est dissimilem ei fieri Et sic
dicit Augustinus Nonne cum videres duas
res pariter sed similes dicis appropinquat
hoc illi Quod autem sunt dissimiles quamvis
una manu teneatur dicis longe
est hoc ab illo Si ergo vis appropinquare
similis esto Si non vis esse similis
longinquus eris hec Augustinus Boni igitur
et sunt Christo propinqui et a Christo longinqui
Propinqui autem sunt quantum ad similitudinem vite
Ipse autem est misericors et ipsi misericordes
luc. vi. Estote misericordes sicut et pa
ter vester misericors est Ipse est et perfectus et
ipsi perfecti Mt. v. Estote perfecti sicut et
pater vester perfectus est Ipse est sanctus
et ipsi sunt sancti Levitici xi. Sancti esto
te quoniam ego sanctus sum Sunt autem longe
a deo tamen [illegible] scilicet quantum ad statum
miserie sed tamen quia ei sunt dissimiles Christus
enim in statu felicitatis est Et ipsi in
statu penalitatis Olim quidem Christus
similis eis fuit cum in corpore fuit

mortali in anima passibili in multi
plici miseria et penalitate Sed post
resurrectionem corpus induit immortalitatem
anima impassibilitatem et utrorumque eandem
felicitatem Et ideo sunt modo dissimiles
ei cum sint mortales passibiles et mul
tas penalitates sustinentes Peccatores autem sunt
longe a deo et dissimiles ei duplici modo
Primo quantum ad statum miserie quia mortales
et corruptibiles sunt sicut boni Secundo quantum
ad similitudinem vite unde dicitur ysa. lv. Sicut
exaltantur celi a terra Sic exaltate
sunt vie mee a viis vestris et cogitationes mee
a cogitationibus vestris Ille vie quibus ad nos
venit Christus sunt humilitas et paupertas Co
gitationes autem eius sunt puritas ymmo ipsa
puritas Superbi ergo non assimilantur Christo
in sua humilitate ut avari in sua paupertate
ut luxuriosi in sua puritate Rapti quasi
sunt longe a deo tempore Primo quantum ad statum
miserie licet ei habeant corpus immortale
adhuc tamen erit passibile et tot miseriis
subiectum quod vix valebit subsistere prae
miseriis non subsisteret Secundo quantum
ad similitudinem vite Et quantum adhuc non tamen
erunt dissimiles deo sed etiam sibi valde
erunt dissimiles et eo insatiabiles et in eternum
in ululatu et [illegible] et do
lore ysa. lxv. Ecce servi mei laudabunt
et vos clamabitis et cetera Et ideo quia erunt extra
ambitum domus mee Et ideo dicuntur
positi in tenebras exteriores ut habetur
Mt. viii. Peccata ei sunt tenebre Sed sunt
sunt in peccato sunt tenebre interiores quia
adhuc sunt infra ambitum domus mee
Sunt autem sunt in inferno sunt tenebre exterio
res quia extra ambitum domus mee constituta
Secundo publicani et peccatores verba
audire affectabant Peccatores ei sunt
sedi tenebrosi et frigidi verbum autem dei
primum Ambrosius super bti i macabeorum (?) habet
ludae illuminare et accendere Utile est
igitur peccatoribus ad verba dei accedere quia
sic sunt sedi mundantur Joh. xv. Jam vos
mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis

Si sunt tenebrosi illuminantur. ps. lucerna
pedibus meis verbum tuum et lumen semi-
tis meis. Si sunt frigidi inflammantur. ps.
Ignitum eloquium tuum vehementer etc. Gregorius
super Josue. Sicut enim qui appropinquat
incendio appropinquat igni. Si autem aurum
vel argentum sunt multo pingue ruti-
lantior effulgebit. Si autem sunt fenum vel
stipula comburentur. Secundo ponitur in-
fimi insatiabiles scilicet scribe et pharisei
qui secundum Glo. dupliciter errabant quia se
iustos putabant cum essent superbi et quos
putabant reos cum essent penitentes. Pro
huius primo errore est quia se iustos putabant
cum essent superbi. Et ideo nulla compassione
ad peccatores movebantur sed quasi eos pocius
indignabantur. In peccatore de penitente
tria considerantur scilicet natura, culpa preterita
et iustificatio assecuta. Secundum hoc autem beatum
Gregorium nature debemus compassionem sive
dilectionem. Culpe districtionem i. district-
am correctionem. Unde ait. Oportet quod solli-
cite discernamus quia districtionem debemus
viciis, compassionem nature. Sed cum fuerit
deus et peccator intercedens et pronus
iustificationi aut assecute debemus
congratulationem. Unde illud Luce xv. Epu-
lari autem et gaudere oportebat quia fra-
ter tuus mortuus fuerat et revixit etc.
Isti autem nec nature curabant ut dilige-
rent compaterentur nec de iustificatione asse-
cuta ut congratularentur sed tamen de culpa
ut indignarentur. Gregorius in omelia. Vera
iusticia compassionem habet falsa dedignationem
quamvis et iusti recte soleant peccatoribus
indignari. Sed aliud est quod agitur typo su-
perbie et aliud quod fit zelo discipline.
Secundus error istorum erat quia alios pec-
catores reputabant cum essent peni-
tentes. Et ideo contra Christum de duobus murmura-
bant. Primo de eo quod eos recipiebat.
Secundo de eo quod cum eis comedebat. Pri-
mo enim quod eos recipiebat credebant
ipsum coinquinari sicut phariseus qui
detraxit peccatrici magdalene Christum inquina-
ri credebat. Petrus Ravenne. Errant
pharisei sic lutum tangere solem sed non

inquinat solem. Medicus tangit
vulnera sed ipsum putredo non corrumpit.
Reus tangit iustum iudicem sed
ipsum maculare non potest. Et vocat
hic Christus Solem medicum et iudicem
peccatorem autem vocat reum / vulneratum /
et lutum / Crisostomus igitur quod est verus sol
lutum tangebat cum peccatores reci-
piebat. Sed tamen ipsum lutum ipsum
solem non inficiebat sed pocius lutum
in aurum mutabat cum peccatores
iustificabat. Crisostomus autem quod est me-
dicus vulnera peccatorum curabat et fe-
torem non senciebat sed fetorem fuga-
bat cum culpam remittebat. Crisostomus
etiam qui est iustus iudex reos ad-
mittebat et ipsos per iusticiam penam
absolvebat. Unde Gaudium est coram
angelis dei super uno peccatore penitenciam
agente. Secundo quod Christus manducabat quia
cum peccatoribus manducabat. Hoc
autem Christus communi dispensacione facie-
bat. Inter iudeos enim quidam erant
superstitiosi qui diligebant in aliis
magnam vite austeritatem. Aliqui
erant terrenis assueti qui magis
diligebant quandam vite communitatem.
Aliqui erant curiosi et cupidi qui
requirebant miraculorum potestatem. Fecit
igitur Christus secundum Crisostomum sicut faciunt viato-
res qui per duas vias contrarias a-
liquod animal insequuntur ut in alteram
incidat. Misit Johannem baptistam
cum vita austera ut sic converteret
superstitiosos. Venit ipse cum com-
muni vita manducans et bibens cum pec-
catoribus ut sic converteret terrenis
assuetos. Venit cum miraculorum
potestate ut sic converteret curiosos et cupi-
dos et curiosos. Unde inquit Christus. Venit enim Johannes
baptista non manducans neque bibens et di-
citis demonium habet. Tercio quidam tercium
erant perfecte sani scilicet iusti qui non
indigebant penitencia. Gregorius. Sunt
plerique iusti in quorum vita tantum gau-
dium est ut eis quilibet peccatorum

pena peccati nullatenus posset. Hinc
g° colligendum est quantum de gaudio fa
ciat qui humiliter plangit iniusticiam. Si sic
facit in celo gaudium quid quod male ges
serat per penam dampnat in iusticia. Ta
les i. penitencia indiget et non indigent.
Est enim penitencia purgans sicut fuit penitencia
Magdalene. Est et penitencia ornans sicut fuit
penitencia Joh. bapt. Hugo. Confessio
peccatorem purgat et iustum ornat. Est
penitencia conservans que iustum conservat a ca
su. Unde i. ad Cor. ix. Castigo corpus
meum et in servitutem redigo etc. Est perfecta
enim viri et si non indiget penitencia pur
gante indiget tamen penitencia ornante et
Cur' conservante. Cetus iustorum medio
crat [illegible] et medicus qui infirmos sa
nabiles i. peccatores penitentes recu
perandos esse ostendit et superius tres pa
rabolas adduxit. Una de ove perdita.
Alia de dragma amissa. Tercia de filio
prodigo revertente quia per istas potest in
mediate. Tria enim sunt que homines ad mi
sericordiam inducere consueverunt. Scilicet mira
simplicitas, mira propinquitas et mira ne
cessitas. Ista tria simul deum ad miseren
dum inducunt. Primo mira simplicitas. Et
quantum ad hoc pertinet prima parabola de ove
errante. Hoc enim simplex est i. [illegible] hostis an
tiqui et astuti i. dyaboli. Et ideo tanquam
decepta [illegible] clamat David. Erravi
sicut ovis que periit etc. Secundo mira propinquitas
qua nobiscum convenit. Hebr. ij. Nusquam
angelos apprehendit sed semen Abrahe
etc. Ad hoc pertinet secunda parabola de
dragma amissa in qua est signum regis
et superscriptio nominis. Sic et homo ad yma
ginem dei factus et sub superscriptione Christi
quia a Christo dicitur christianus. Et ideo deus debet
misereri [illegible] illud Ephes. v.
Nemo unquam carnem suam odio habuit
etc. Tercio mira necessitas et paupertas. Et
ad hoc pertinet tercia parabola de filio
prodigo qui dicit. Quanti mercenarii in
domo patris mei habundant panibus
ego autem hic fame pereo. Unde enim ho

cognoscit suam miseriam et insufficienciam. Deus eo
exhibet de sua pietate. Unde ibidem dicitur quod pater
videns eum misericordia motus est et superiecit et cecidit
super collum eius et osculatus est eum etc.

Erant appropinquantes ad Ihesum publicani
et peccatores ut audirent illum. Mo
raliter debent omnes ad christum appropin
quare quia omnia remedia in deo et
ipso poterunt invenire de quibus sic eodem
dicit Ambrosius in li° de virginibus. Omnis anima ac
cedat ad christum quia omnia nobis christus est. Si vul
nera curare desideras medicus est. Si febri
bus estuas fons est. Si gravaris iniqui
tate iusticia est. Si auxilio indiges virtus est.
Si mortem times vita est. Si celum de
sideras via est. Si tenebras fugis lux
est. Si cibum queris alimentum est. Propterea
verbis habemus quod debemus ad christum accedere
et appropinquare. Primo sicut vulnerati ad me
dicum et sanatorem. Ideo dicitur. Si vulnera curare
desideras medicus est. Secundo sicut estuati ad
refrigeratorem. Ideo subditur. Si febribus estu
as fons est. Tercio sicut gravati ad iustum releva
torem. Unde subditur. Si gravaris iniqui
tate iusticia est. Quarto sicut fatigati ad auxilia
torem. Ideo subditur. Si auxilio indiges vir
tus est. Quinto sicut mortui ad vivificato
rem. Ideo subditur. Si mortem times vita est.
Sexto sicut peregrini ad ductorem. Unde sub
dit. Si celum desideras via est. Septimo
sicut tenebrosi ad illuminatorem. Ideo subdit.
Si tenebras fugis lux est. Octavo debemus
ad christum accedere sicut famelici ad cibato
rem. Ideo subdit. Si cibum queris alimen
tum est. Primo g° debemus ad christum accedere
et appropinquare sicut vulnerati ad medicum
et sanatorem. Ideo dicitur. Si vulnera curare
desideras medicus est. Sunt enim quedam
peccata que vulnerant corpus sicut gula. Eccl.
xxxvij. In multis escis erit infirmitas.
Quedam que vulnerant animam sicut superbia
qua primus angelus vulneratus fuit. Unde alii
angeli qui cum eo ceciderunt sibi insultant
dicentes Ysa. xiiij. Et tu vulneratus es
sicut et nos inter filios effectus es. Quedam
que vulnerant utrumque sicut luxuria que quidem
vulnerat corpus et animam. Corpus quidem

wluat mala q tup^a Job xvj. Con
wlnauit lumbos meos no 7 aiam
amara q stia Thr. iij. Statim eu sz
inlicz si que sicut bos ductq ad victi
ma donec sagitta transfigat iectur eius
Sagitta e q stia amara. Et qui sz
quedam wlna q sanat p micapoz q dam
paduftione q dam pemplaste appoicoz
Ideo iste medicus wlnus gule deo sa
nadu p micapoī quia mordiatq gu
le appetitu e penitus reprandus vnde Sa.
Prou. xxiij. Quando sederis ut comedas cum
principe diligenter attende q posita sunt
an faciem tuam 2 statue cultrum i gutture
tuo. Ille i gutture suo cultrum statuit q
mordiatum appetitum gule macerat. Wlnus
superbie peplastri appoicoīe .i. p pas
sionis xpi meditacoīe Augustinus super illud
Philip. ij^o. Factus obediens usque ad mor
tem. Tante tabes humilitatis q uo superbie
medicatur. Quanto gr. mitescis o tabo
o pellis morticina quid tenderis o sa
nies fetida quid inflaris. Princeps
tuus humilis e 2 tu superbus caput est
humile 2 membrum superbum absit. Iterum
wlnus luxurie paduftione .i. paduftiua
carnis mortificacoīe sicut petebat da
uid pphā dicens. Vre renes meos 2 cor
meum. ¶ Quarto debemus ad xpm attendere
sic estuati ad refrigeratorem Jo. sedens
Si sedens estuas fons e ipse puteus et
vita 2 boni 2 mali multipliciter estus pa
tiuntur. Nam boni actiui 2 coniugati pa
tiuntur estum tribulacoīs. j^a Cor. vij.
Tribulacoīem carnis habebunt huiusmodi. Intellige
sz boni coniugati puerperiis etc. Contem
platiui patiuntur estum temptacoīs quia
ob humilitatis custodiam aliqn molestari permit
tuntur sicut pz de aplo paulo usque ad
tercium celum rapto ut habetur ij^a Cor. xij.
Mali aut aliqn paciuntur estum ava
ricie aliqn carnis concupiscentie aliqn fumos su
perbie. Omnes aut isti ad xpm attendant
2 refrigerium inuenient Zach. xiij^o. Erit
fons patens domui dauid 2 habitantibus
ierlm in ablucoīe peccatoris et menstr.
atē p dauid q interpretatur manu fortis

interpretantur actiui. Per ierlm q interpretatur visio
pacis intelliguntur contemplatiui. Nomine aut pec
catoris intelliguntur auari 2 superbi. Nomine
uero menstruate luxuriosi. In isto igitur
fonte actiui inueniunt refrigerium
paciencie. Contemplati refrigerium de
uocionis interne. Ceteri peccatores refrige
rium venie. Je. vij. Inuenietis refrige
rium suum vestris animabus etc. ¶
Quinto debemus ad xpm attendere sic gra
uati ad iustum releuatorem Jo. sedens
Si grauaris iniquitate iusticia e quando
grauat maxime irreparabile tedium admi
nistracio dya^{li} maxime consolacoīem
decipit de p sanctimonia ... Tales maxime
concupiscencie inflammando p mat... mala
persecucoīe. Tales sic grauati ad
xpm attendant 2 ipse de talibus faciet
iusticiam sz de persecutoribus inde quia
ad infernum eos deducet. De dyabolo
quia eius fallacias destruet. Et
de carne q eam roni subiciet. Joh.
xij. Nunc iudicium e mundi q ad
xpm. Nunc princeps huius mundi eicie
tur fas q ad xpm. Et ego si exalta
tus fuero a terra omnia traham ad me
ipsum q ad carnem. Que xpo omnia que
sunt in homine ad se trahit qui corpus
2 animam sibi subicit ut in carne
aie non resistat sz intpz de sonat
Ps. i^o. pe. Cor meum 2 caro mea
exultauerunt in deum viuum. ¶ Sexto
debemus ad xpm attendere sic fatigati
ad auxiliatorem Jo. sedens. Si au
xilio indiges vitam e ipse indigentibus
enim auxilio xpi et in vita 2 i mor
te 2 post mortem. Ideo ad ipsum atten
damus ut nobis auxilium fiat in
vita conseruando a casu peccati in mor
te custodiendo a laqueis dyaboli. Et post
mortem deducendo ad gloriam celi. Ps.
Tenuisti manum dexteram meam
a peccato sz me i vita conseruando. Et
in voluntate tua deduxisti me i mor
te sz a laqueis dyaboli me custodiendo.
Et cum gloria suscepisti me i celum
sz post mortem me deducendo ¶

Quīt̄

Quīto debem⁹ ad xᵐ attendere sicut
mortui ad vivificatorē unde subdit
Si mortē times vita est Est autē
duplex mors scilicet nē culpe et gehēne
Qui g° ad xᵐ attendit nō debet timē
mortē nē quia corpa suscitabit
Jō Cor. xiiij. Per hominem mors et
per hominem resurrectio mortuorum
Nec mortē culpe quia oēz culpa
delebit ysa. xliij. Ego ipse sum
qui deleo iniquitates tuas propter me et
peccatorum tuorum nō recordabor Nec
mortē gehēne quia ipsam precipita
bit Ysayas xxv. Precipitabit dominus

Sext̄

mortē in sempiternum et auferet omēz
lacrimā ab omni facie ¶ Sexto
debem⁹ ad xᵐ attendere sicut peregrini
et errabundi ad ductorē unde dicit Si
celum desideras via est Ipse enim est
via et ductor vie et terminus vie
unde illud Joh. xiiij. Ego sum via
veritas et vita Ista via est prima de
qua dicitur ysa. xxx. Hec est via ambu
late in ea neque ad dexteram neque ad
sinistram declinabitis Aprima aut
nō debem⁹ declinare neque per prospera
neque per adversa Ista via est brevis
multum quia continet tantum tres dietas
Prima dieta facit contritio Secunda facit con
fessio Et tercia satisfactio Ista est via
trium dierum quam ab egipto i. a peccato
receditur ut deo grātum offeratur sacri
ficium ut habetur xv. Exo. Sed nē via
que ducit ad infernum habet tres die
tas prima facit mala concupiscentia Secunda mala
consensus Tercia mala consuetudo
Ductor in via prime est ipse xpc qui
est vitas unde dicit alia cantio nō po
terit in hac via que ducit ad infer
num Ista alia est via que ducit ad
infernum Alia que ducit ad limbum
Alia que ducit ad purgatorium et alia
que ducit ad celum Iste tamen ductor omnes
istas vias novit Et ideo aīas suorum
per bona via deducit Ps Dedu
xit eos per viam rectam ut iret in
civitatem habitationis Cuius finis vie

est vita beata unde Ps. i. ca. iij. Primaz agite
appropinquabit enim regnum celorum Libenter
enim perficere via ut debem⁹ Et propter vie
brevitatem et propter talis ductoris societatem
Et propter finis tanta utilitatem ¶ Septimo
debem⁹ ad xᵐ attendere sicut tenebrosi
ad illuminatorē unde subdit Si tenebras
fugis lux est Iste autem tenebre quas
debem⁹ fugere sunt tenebre infernales Hee
sunt tenebre superiores quam causantur ex
absentia visionis divine Tenebre in
feriores quia ipsa infernalis regio est tan
dem sic tenebrosa Tenebre interiores quia
ipse aīe et corpora tenebrosa erunt Et te
nebre exteriores quia ipsi demones qui
erunt socij dampnatorum erunt tenebrosi
Sed illi qui ad xᵐ attendunt istas te
nebras fugient et lucem invenient
Habent enim lucem a superiori scilicet visionem
divinam Apok. xxi Claritas dei illu
minabit eam et lucerna eius est agnus
Ab inferiori scilicet mansionem claram quam
habebit Thob. xiij. Luce splendida
fulgebis Ab interiori scilicet lucidam aīam
ysa. lviij. Implebit dominus splendoribus
aīam tuam Et ab exteriori scilicet societatem
pulchram et iocundam Jo. Sap. iij. dicitur
fulgebunt iusti et tamquam scintille in arun
dineto discurrent etc. ¶ Octo debem⁹
ad xᵐ attendere sicut famelici ad ciba
torē unde subdit Si cibum queris ali
mentum est Mandentes autem quia filij israel dum
commorarentur de egipto tempore cibum habebant
scilicet farinam egipti qua deficiente ha
buerunt manna deserti quo deficiente habuerunt
fructus terre promissionis Per hoc designatur
pascitur farina egipti i. delectatione
peccati de qua fit panis dyabolicus quia licet modo
videatur dulcis unde Pro. i. ca. xxiij.
Hoi fornicario oīs panis dulcis
In fine tamen multum erit amarus Job xx
Panis eius in utero illius vertetur in fel
aspidum intrinsecus Sed cum deficiat ista
farina peccati tunc aīa reficitur manna
i. gratia dei Ps Panem celi dedit eis etc.

Ex. xv. Cibavit illud dns pane vite
et intellectus etc. Cum non labor desti i
pus vita finit. tunc ad celesti fe
cu saciat. Cui quidem fructus cause.
contemplacione divini et visione hu
mani etc. ps Cum dederit dilectis suis
sompnum ecce hereditas dni filii merces
fructus ventris. Hoc refertur ad contemplacionem qz sc. in Aug.
Sapio e tota merces fructus ventris Hoc
refertur ad visionem humani quam
fructus ventris benedictus virginis benedicte

Gaudium est angelis dei super
uno peccatore penitenciam agente etc.
Magis et persona et peccatores sepe
pena de qua angeli tam festum volo
faciunt. Vno enim dicitur gaudere de terri
tam glosa visione dei de quo nos sepe
dicitur ps. pe. fo. quod desiderant angeli
prospicere Alter de pua ca iocunda vbi
tatione de quo dicitur in ps laudate eum
omnes angeli eius Alter de pua ca dul
ci epulacione de quo dicitur Thob xii. Ego
cibo invisibili et potu qui ab hominibus
videri non potest utor Sed dicitur gau
dere de ista visione quod dicitur gaudium
est angelis dei etc. In quibus quidem verbis
tria tanguntur. Primum est auctorum leticia cum dicitur
tunc dicitur Gaudium est angelis dei Secundum est
leticie materia cum subditur Super vno
peccatore Tertium est materie causa cum subiungitur
penitenciam agente Circa primum notandum quod de
ista visione non tantum angeli gaudent
sed eciam tota trinitas gaudet Ita angeli
primo de ea primo quia vident sue custodie
tamen gloriosum fructum Secundo gaudent quia
vident cooperatoribus quibus sunt ad
impleri Tertio gaudent quia vident
se in laudando deum tale se habere consor
cium primo gaudent angeli quia vident
sue custodie tamen gloriosum fructum Cum
liberet ei adspirare custodia angelis de pu
tat. Et dicitur et iniustus ne ibi adinso
suffocaretur. Et dicitur e consciis de utero
ne ab aperto gracia impediatur. Et dicitur
e in mundo ne forte ad peccata plurima
perberetur. Et dicitur conprit de inde ne forte
a dyabolo laqueis teneatur. Sicut igitur medi
cus gaudet quando videt circa infirmum
sue curationis fructum Sic angelus
multum gaudet cum videt circa hominem
sue custodie effectum de quo ac multo
plus dolet Ysa. Ys. xxxiii
Angeli pacis amare flebunt etc. Secundo
gaudent quia vident cooperatoribus
quibus sunt adimpleri Sicut enim ei
tot de hominibus ascendat quot angeli ce
ciderunt sicut quod fecerunt manifestum
e quod ex corruina de hominibus repa
ratio multum gaudet quando peccatores qui
tamen ut de ipsis eorum minus repa
rantur. ps iudicabit in nationibus implebit ruinas per quod pec
catores sunt vivificati angeli tocius
festivus apparent ardens pua leticia
in conspectu qui instar fulguris sunt
chorusti et in statu qui instar in
nis sunt candidus et in affectu qui
sunt dulcis et amenus quando dixit
mulieribus Christus velut Jhesum quirite naza
renum etc. Tertio gaudent
quia vident in deum laudando tale se
habere consorcium Olim quidem lauda
bat deum solum natura angelica sed nunc
addita est natura humana Et ideo nunc
valet dici illud Job xxxviii
Cum me laudarent astra matutina
tina hoc spectat ad laudem angelorum
et iubilarent omnes filii dei hoc spec
tat ad laudem hominum Secundo de qu
sione peccatoris gaudet et facit festum
tota trinitas scilicet pater et filius et spiritus
sanctus Et primo pater multum ei gaudet
tamquam pater quando suus filius concipitur.
sic letatus est abraham de concepcione
sua multum gaudet quando nascitur
sic gavisi sunt zacharias et eliza
beth in ortu precursoris multum gau
det quando filius ablactatur vnde abra
ham fecit magnum convivium in ab
lactatione filii sui ut habetur. Gen.
xxi. multum gaudet quando filius
gradus effectus ad mensam suam
recipitur. Primo pater celestis de filio

spirituali concepto nato ablactato
et admensam recepto multum gaudet
Concepto autem attenditur in contritione
sive in bono proposito conceptione ysa.
xx. A facie tua domine concepimus
et quasi parturivimus et peperimus spiritum
salutis Nativitas attenditur in con
fessione vel bonorum operum ostensione
Unde multis potest dici illud ysa.
xxxvii. Venerunt filii usque ad partum
et vires non erant pariendi Ablactatio
attenditur in vite perfectione cum scilicet
homo in tantum proficit quod iam non indi
get lacte parvulorum sed cibo soli
do perfectorum Heb. v. perfectorum est soli
dus cibus Ad mensam recepto
attenditur in celesti refectione luce
luce xxii. Ut edatis et bibatis su
per mensam meam in regno meo psalmus
filii tui sicut novelle olivarum in circu
itu mense tue Secundo de conversione pec
catoris gaudet filius et hoc triplici de
causa primo quia cohortatur videt effectum
sue passionis Quod notatur in prima pa
bola de ove perdita et inventa Secundo
gaudet filius quia videt in peccatore quem
sponsa refortionem sue virginis quod notatur
in secunda parabola de dragma perdita
et inventa Tertio gaudet filius quia
videt resuscitationem sui fratris quod
notatur in tertia parabola de filio prodigo
Primo igitur gaudet filius quia cohortatur vi
det effectum sue passionis quod notatur
in prima parabola de ove perdita et in
venta Gregorius Una ovis periit quando
homo peccando vite pascua dereli
quit Sed in humeros ad posuit quando
peccata nostra in suo corpore ipse portavit
De hoc sic dicit Augustinus in libro quodam Que
res tantum esses inimicus patri meo reco
ciliavi te primo Tantum me indices
et plures circuites quesivi te in humeris
meis portavi te patri meo reddi
di te laboravi sudavi caput meum
spinis opposui manus meas cla
vis obiiti latus meum lancea a
peruit tota die in iniuriis et oppro

bris saciatus sum sanguinem meum fudi
animam meam posui ut coniungerem te mihi
et tu dimittis a me Tantum ad de
siderium de ove perdita et inventa sunt
quasi etiam desiderium idest celum dedignatur Et dicitur
desiderium idest delictum tunc quia delictum sunt
abante qui in eo fuerat creatus tunc
quia delictum ab homine qui ipsum fecerat ha
bitum tu quia ad instar desiderii in eo per
dulces cantus animum idest angelorum Ibi sunt
rose martirum viole confessorum et lilia
virginum Secundo gaudet filius quia videt
in peccatore quasi sponso reformationem sue virginis
quod notatur in secunda parabola de dragma perdi
ta et inventa in qua regis ymago re
fulget Decem enim dragme sunt novem or
dines angelorum et decimus homo qui ad dei
ymaginem creatus est Sed decima dragma
perdita fuit quando homo peccavit Sed christus
ipsam quesivit et suam virginem reparavit
Tertio gaudet filius quia videt resu
scitationem fratris sui quod notatur in tertia
parabola de filio prodigo de quo dicitur Epula
ri et gaudere oportebat quia frater tuus mor
tuus fuerat et revixit perierat et inventus
est Tertio gaudet spiritus sanctus de conversione
peccatoris triplici de causa videlicet primo quia re
cuperabat templum suum quod debet inhabitare
Secundo quia recuperat membrum suum quod debet
vivificare Tertio quia recuperat suum vas
quod debet implere Primo igitur gaudet spiritus sanctus
de conversione peccatoris quia recuperat membrum
templum suum quod debet inhabitare Unde
illud primo Cor. Nescitis quia templum
dei estis et spiritus sanctus habitat in nobis
habitare et non potest nisi spiritus malignus
recedat ii. Cor. vi. Que autem conventio
christi ad belial. aut que pars fidelis
cum infideli. quis consensus templo
dei cum ydolis Vos autem estis templum
dei vivi sicut dicit dominus Secundo
gaudet quia recuperat membrum suum
quod debet vivificare prima Cor. vi. Nu
nescitis quod membra vestra templum sunt
spiritus sancti etc. Videmus autem quod mem
bra precisum vel pollutum vel putre

dm nō vivificat. a spū hūano/ corde
m°. n°. pector a spū divino/ tum quia est
divinus ab eo ipsa. luc. Aug[ustinu]s verbi di
inspirerit me vas et dm mayn rc. Tum
quia purificatus est in spū socius p°. Co
purificerit inviceta in pectora pro Tum
quia et paliturus commoni morduato Ito
et sz spūm adimpleri. Seq. dr. Cap p°.
Ecce nunc de duo in bonum. Licet hec
motu ordinato boni operis sz inordina
tum operis mali. ps. Et inebriati sunt et
mota sunt sicut ebrius. Tercio gaudet quia
recipiat spūm vas quod dz impleri. Oportz
ut quod istud vas sit vacuum ab amore
mundi si dz impleri amore dei. Aug[ustinu]s
super Johe. Vas es sz plenus es funde
quod habes ut recipias quod non habes. Funde
amorem seculi ut implearis amore di. Hic
figuratus fuit in ps. R. iiij. In eliseo
qui vasa vacua adimplevit. pme adim
pleri merentur de isto festo et gaudeo. quod
sat. deus dt. Aug[ustinu]s super i°. Judicium xx
viij. Oblacionem mea et panes et incensum
odoris suavissimi offerte per tempora sua. Sic
ait Aug[ustinu]s sz in diebus festis viris. Hec
magis sua festa dr. Est eciam magis festiui
tas salus sua. pietas puguos fideles
q' gaudium adeo et insides p'ficiunt festi
vitas omni letificat eum impudicus
sz sit castus et iniustus eum iustus quando
Greg. po. lemz leticie ma eum dz Sup
uno peccatore etc. dr. quam super nonaginta
nouem iustis qui non indiget penitencia Quod
quidem intelligi pt. aut de tepidis iustis
aut de fructibus. Si p°. m°. tunc verba
e quod hic dz. Et super hoc ponit duo exempla
Greg. dns. Unus de peccatore quod quo
de statute iusto gaudium fit in celo quam
vero deum et in plio plus illum militem
diligit qui post fugam reuersus hoste for
titer premit quam illum qui nunquam terga vertit
et nunquam fortiter aliquid fecit. Sic agrico
la illam terram forcius amat que post spi
nas uberes fructus facit quam eam que nunquam
fecit spinas nec habuit nec unquam fertilem
messem produxit. De h°. sic dt. Aug[ustinu]s
in li°. confessionum. Agricole et plus pla
cuit agri quod cum spinis magis era
dicatis fructum centenum proferunt
quam qui nullas spinas unquam habuit
et vix ad tricesimum peruenit. Si aut
intelligatur de fructibus iustis tunc disting
uendum et intelligatur affirmatione et confessione Illa
est. Bughar. Melior maior affectus
magis ut indigenti maior effectus
ebrietatis et Videmus enim quod si aliquis
interim habet dicte filios Si unus infirmatur
et post ea sanatur magis gaudium audit
de sanitate istius recuperata quam de sanitate
in aliis conseruata. Super hoc et Aug[ustinu]s
in li°. confessionum. ponit talia exempla. Tri
umphat imperator cum vicit et non
vicisset nisi pugnasset. Et quanto maius
periculum fuit in prelio tanto maius est
gaudium in triumpho. Iactat tempestas
nauigantes minaturque naufragium
omnes futura morte pallescunt. Tran
quillatur celum et mare et exultant nimis
Egrotus ad infirmatur. omnes amici
[illegible] eum eo sanatur. fit ei tale
gaudium quale ante nunquam fuit. Tercio
potest leticie et materia eum dr. penitenciam
agentes. Ita dixit. penitenciam cogitante
quod est penitencia procrastinatorum. Prov. iij.
Ne dicas amico tuo. i. xp°. vade et
reuertere et cras dabo tibi cum statim
possis dare. Item dixit penitenciam docen
te quod est penitencia verbosorum predicatorum
math. xxiij. Dicunt enim et non faciunt
etc. Item dixit. penitenciam ostendente quod est
penitencia ypocritarum et simulatorum math.
vij. Veniunt ad vos in vestimentis
ouium etc. Et dixit penitenciam agen
te quod est penitencia deuotorum de quibus
dr. luc. iij. Facite fructus dignos
penitencie etc. Dominica iiij. sermo p[ri]m[u]s

Estote misericordes luc. 99
sicut et pater vester misericors vi°.
est. Nolite iudi
care et non iudicabimini Nolite con
dempnare et non condempnabimini Dimittite
et dimittemini date et dabitur
vobis mensuram bonam et confertam

et coagitatam et supereffluentem
dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe
mensura qua mensi fueritis remecietur
vobis. Dicebat autem illis et similitudinem
Numquid potest cecus cecum ducere nonne
ambo in foveam cadunt Non est di
scipulus super magistrum Perfectus autem
omnis erit si sit sicut magister eius
Quid autem vides festucam in oculo
fratris tui trabem autem que in oculo
tuo est non consideras Aut quomodo
potes dicere fratri tuo frater sine
eiciam festucam de oculo tuo ipse in
oculo tuo trabem non videns ypo
crita eice primum trabem de oculo
tuo et tunc perspicies ut educas
festucam de oculo fratris tui
Iuxta legem mosaicam et legem cristianam
ista dicta esse videntur quoniam illa
predicabatur severitatis iusticia hec dul
cedinis misericordie Ideo dicitur estote miseri
cordes Ibi vocabatur pater dominus metuendus
hic vocatur pater patrem benignus
Ideo subditur Sicut et pater vester misericors
est Ibi promittebantur carnalia et terre
na hic celestia et eterna Ideo pater iste se
per vocatur pater celestis id est dator ce
lestium Inspice in hymnis cristianis ca
taginum Ibi cum populo dei xp̄c ad
miseriam nos inducit Secundo istius
nunc tres species ponit Primo cae
et bonos istarum specierum ondit
Primum notatur cum dicitur Estote misericordes
sicut et pater vester misericors est Causa
quod notatur quia licet deus habeat pote
ciam sapienciam diviciarum copiam
et miseriam Non tamen dixit Sicut et pater
vester potens est Nec estote sapientes
Nec locupletes Sed misericordes Ra
cio huius est quia appetitus potestatis habet
deiectionem Psalmus deiecisti eos dum
allevarentur Hoc patet in lucifero
qui dei potenciam appeciit Et ideo
in abyssum deiectus fuit Appetitus
sciencie habet inflacionem Primo Corinthiorum viii
Sciencia inflat Colossenses ii Inflatus
sensu carnis sue Divicie inducunt

dei oblivionem Deuteronomium viii Quoties autem
pecoris possessione plenus fueris oblitus est
in prosperis sui Deuteronomium xxxii Incrassa
tus est dilectus et recalcitravit et sequitur
Dereliquit deum factorem suum et recessit
a deo salutari suo Clemencia autem inducit
hominem in celestis regni eternam possi
sionem Unde dicit ipse salvator Matthei xxvi
misericordibus Venite benedicti patris mei
possidete paratum vobis regnum etc. Non
enim dicit Venite potentes Sed ve vobis
qui fortes estis potentes ad bibendum vinum
et viri fortes ad miscendam ebrietatem
ut dicitur Ysaie v Nec dicit venite sapi
entes Sed ve vobis qui fortes estis sapien
tes in oculis vestris et coram vobismetipsis
prudentes ut dicitur ibidem Nec dicit Ve
nite divites Sed ve vobis divitibus
qui habetis consolacionem vestram Sed di
cit venite misericordes quia esurivi et
dedistis mihi manducare Secundo po
nit hic tres species Prima consistit in non
iudicando cum dicitur Nolite iudicare et
non iudicabimini Intellige Non tamen in
largitate beneficiorum sed est misericordes
sed eciam in non iudicando Nota ac quoniam
Augustinus in libro de sermone domini in monte dicit
sunt manifesta Quedam occulta et quedam
media de manifestis possumus iudica
re unde dicitur ibidem de apertis que bono animo
fieri non possunt ut sunt stupra blasphemie et
huiusmodi permittitur nobis iudicare Alia sunt
occulta et de hiis iudicare periculum est unde
super illud primo Corinthiorum iiii Nolite ante tempus iudicare
dicit Augustinus Periculum est nobis de secretis cordi
bus aliorum iudicare Latet enim profundi
tas conscientia et eo in homine quod latet
ipsum hominem in quo est Ipse quod eciam in
Petro profunditas inferni latebat qui
se cum domino moriturum promittebat Tu
ergo qui nescis de se autem non unde aut unde
possit valde fieri sententiam quo pro deus
iudicare tu nescis stat quod agatur in
homine nisi spiritus hominis qui est in ipso Media
sunt que bono et malo animo possunt fieri
de quibus autem non debemus dare certam

suam aut eum in meliorem partem convertere
Unde super i^a ad Cor. iiii. Nolite ante
tempus iudicare dicit Augustinus. Et si suspicio-
nes vitare non possumus quia homines
sumus tamen iudicia id est diffinitivas sententias
et firmas continere debemus. Et ei suppli-
cavit quod est humana temptatio saltem non
iudicemus. Hic enim ad humanam temptationem
pertinet sine qua vita non ducitur. Item
super i^a ad Ro. xiiii. Et stabit ait dicit Augustinus
Hic innuit apostolus quod etiam ambigua
debemus in meliorem partem convertere et saltem
magis quam ceterorum mortem optare et in futuro
spe boni habere etiam si aliter sit in parte
manifesta sunt que iudicanda, occulta sunt
divino iudicio relinquenda. Iudicia autem
aut non diffinitive iudicanda aut in
meliorem partem vertenda. Sexta species
consistit in retinendo tunc dicitur dimittite scilicet
vobis peccata vestra. Alia littera habet dimittite et dimit-
temini. Homo quidem aliquid detinet a peccato
quod scilicet enormitas peccati non dimittit
ipsum confiteri. Et tunc a peccato dimittitur
quod ipse professionem peccatum dimittit.
Prover. xxviii. Qui abscondit scelera
sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit et
reliquerit ea misericordiam consequetur. Item Zach.
v. Et missa est massa plumbea in os
amphore. Si quis massam plumbeam in ore
suo vel in gutture suo tenet suffocatur
si deglutit contingitur si deicit libera-
tur. Ista massa plumbea est peccatum pon-
derosum quod homo claudit os quod ipsum
prohibet confiteri. Tunc ait deglutitur quando
delectatio peccati in corde habetur. Et tunc
retinetur quando homo confitetur. Aliquid enim homo
detinet ad ... quod scilicet mala ablata
restituere non vult. Prover. Thimo. vi. Qui
volunt divites fieri incidunt in temptationem
et in laqueum dyaboli etc. Tunc ait dimittitur
quando ipsa mala ablata ipsi dimittunt
id est restituunt. Huiusmodi enim homines tenent
dyabolus per capillos. Capilli enim qui
nascuntur ... suspenduntur sicut
suspenduntur mala rerum dimittendo. Quando
igitur homo huiusmodi capillos retinet tunc

dyabolus ipsum dimittit. Aliquid enim homo
tenet a deo quod scilicet iniurias non vult
dimittere Matth. vi. Si non dimiseritis
hominibus peccata sua nec pater vester
celestis dimittet vobis peccata vestra. Quando
autem homo dimittit iniurias tunc autem
deus ... dimittit offensas. Ibidem.
Si dimiseritis hominibus peccata eorum
dimittet vobis pater vester celestis peccata
vestra. Augustinus super ps. dicit. Tu debes alicui
quod tu teneo quod tu habet aliud a quo
tenes dimitte et dimittam. Septima species
misericordie consistit in electis suis largiendo
Luc. dicit. Date et dabitur vobis. Intellige
date beneficia et dabitur vobis
vita eterna. Cui dat temporalia deus
dat ei et temporalia scilicet ad sustentationem
et corporalia ad consolationem et spiritua-
lia ad iustificationem et celestia ad
glorificationem. Ysa. lviii. Frange esu-
rienti panem tuum etc. Et sequitur
Et sanitas tua citius orietur. Hoc
refertur ad bona temporalia. Et ante-
ibit faciem tuam iustitia tua. Hoc
refertur ad bona spiritualia. Et gloria
domini colliget te. Hoc refertur ad
bona celestia. Et eris quasi ortus ir-
riguus cuius non deficiet aqua. Hoc
quantum ad bona temporalia. Et iterum ponit
x^c ... et ... per que inducit
nos ad ... species misericordie
primo ei inducit nos ne alios in
dicemus consideratione maioris
defectus ... tui dicit. Quid autem vides
festucam etc. Secundo nos inducit ne
iniurias remittamus consideratione
magni precii et magni ... tui
dicit. Si tecum ... ... etc.
Tertio inducit nos ad dandum elemosinas
suas consideratione magni precii
... ... bona et opera
... et coagitata etc. Primo quidem
inducit nos ne alios iudicemus
consideratione maioris defectus
proprii tui dicit. Quid autem vides festu-
cam etc. Per festucam enim peccata minima

presbyter non peccata maiora intelligitur. Sunt enim multi qui non vident sua gravia peccata et vident aliorum levia peccata. Ante peccatum et in primis parentibus oculus erat aptus ad videndum et considerandum opera dei. Post peccatum non aptus est ad videndum defectus et imperfectiones suas quia tunc aperti sunt oculi eorum et cognoverunt se nudos. Modo autem contra est quia oculus intus non est aptus ad videndum et considerandum defectum et imperfectiones internas. Sed est aptus ad videndum et considerandum defectus alienos et est clausus ad videndum defectus proprios. Unde Ergo quid instar cordis esset oculus si se tantum videt sic etiam posset videre seipsum. Legitur in vitis patrum quod quidam senex portabat ante se sacculos parvos et post se sacculos magnos harena plenos. Et cum super hoc interrogaretur videt. Isti sacculi parvi sunt peccata parva aliorum que ante oculos meos profero. Isti magni sunt peccata mea magna que post dorsum meum proiicio. Tercio multi sunt qui cum vident modo Christum superfluum vestitum habentem aut copiosiori cibo potu consumari sunt accusatores eorum. Ipsi sapientes et copula potentes. Sic nos inducit Christus ut iniurias remittas consideratione magni peccati et magni consilii. Primo ponit peccatum dominus. Si centum denariatum constat alio tempore. Aliquando contingit quod ille qui facit iniuriam et qui recipit ambo sunt videntes. Cum scilicet ille qui fecit humiliter et liberaliter dimittit. Tunc illud est peccatum. Aliquando vero contingit qualiter est videns et alter est cecus. Cum scilicet ille qui fecit non vult satisfacere vel ille qui recipit non vult remittere vel contra. Et tunc non est magnum peccatum quia semper benignitas unius convertit cor alterius. Ro. xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Hoc est inducas eum ad amorem tuum. Aliquando contingit

quod ambo sunt ceci quando scilicet nec ille qui recepit vult remittere vel preter. Et tunc est peccatum magnum quia ambo cadunt in foveam peccatorum. Secundo inducit ad iniurias remittendas consideratione magni consilii domini. Non est districtus super inimicum congregem in se omnes iniurias remisit quod nec sunt contra tamen in corde nec dixit imperia cum spiro oris nec fecit iniuria aliqua in opere Ysa. xlij. Non erit acceptor neque sublimis quo ad primum. Non clamabit neque audietur foris vox eius quo ad secundum. Calamum quassatum non conteret et lignum fumigans non extinguet i. et inimicis iniuriam non inferet quo ad tertium. Tercio inducit nos ad dandum elemosinas consideratione magni premii cum dicit. Mensuram bonam et confertam et coagitatam etc. Minus ac anime est mensura qui implebitur gloria visionis aperte et assistis qui implebitur gloria dilectionis in mense. Est ac mensura bona in anime glorificatione. Conferta in corporis glorificatione. Quoniam ad glorificationem anime confertur et addetur glorificatio corporis. Coagitata erit in iocunda et ordinata sanctorum societate. Sicut enim in coagitatione vasis grana ad invicem ordinantur et approximantur. Sic societas sanctorum erit ordinata et iocunda. Superfluens erit in aperta visione dei Ysa. lx. Tunc videbis et afflues quo ad mensuram superfluentem que erit in dei visione. Et mirabitur et dilatabitur cor tuum quo ad mensuram bonam que erit in mira et lata anime glorificatione. Quando conversa fuerit ad te multitudo maris. Quo ad mensuram confertam que erit in corporis glorificatione. Corpora enim sunt maria anime quia multas amaritudines sibi dederunt. Et tunc convertentur i. totaliter anime subicientur. Fortitudo gentium veniet tibi quo ad mensuram coagitatam que erit in sanctorum iocunda societate que omnibus gentibus est collecta et congregata. Et quia inde carnem et sylvam fuit fortis et robusta etc.

Estote mi[illegible]

De eodem sermo secundus

Estote misericordes sicut et pater vester
misericors est etc. Luce vi. Ecce quod de
voce patris posuit nec patris sicut sermo pri-
mo dominice dictum quod illi qui sunt eius
filii non debent eum in potentia neque in scien-
tia sed in una imitari. Deus enim habuit tres
filios scilicet luciferum Adam et Christum. Luci-
fer primus appetivit suam potentiam et tamquam filius
degener fuit exheredatus. Secundus appetivit
suam scientiam et ideo fuit similiter exheredatus.
Tertius sectatus est suam misericordiam et ideo est eternam
hereditatem assecutus psalmo Postula a me
et dabo tibi gentes hereditatem tuam etc. Si
ergo volumus esse filii legittimi et non
exheredari imitemur patrem nostrum non in
potentia nec in scientia sed in misericordia. Augustinus super illud
Estote misericordes etc. Invenisti patrem
imitare patrem. Si enim imitari non vis
exheredari disponis. Dicit ergo Estote
misericordes etc. Ubi notandum nos inducit ad
duplicem misericordiam scilicet misericordiam corporalem et
misericordiam spiritualem. Misericordia corporalis con-
sistit in elemosinarum largitione ad quam
nos inducit Christus scilicet verbo premio et exemplo.
Primo enim inducit verbo et hoc tripliciter quia
primum misericordie opus precepit et consulit et requirit.
Si quis haberet dominum aliquem sapientem et
sapientem advocatum dominum consulentem et
amicum dulcem quod vellet et requireret de-
beret illud cum omni desiderio adimplere.
Deus autem opus misericordie precepit tamquam dominus
sicut patet hic cum dicitur Estote misericordes etc.
Consulit tamquam sapiens advocatus Mathei
xix. Si vis perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da pauperibus etc. Ultimo
requirit tamquam amicus dulcis Mathei ix. Mi-
sericordiam volo et non sacrificium etc. Nos
ergo debemus implere preceptum domini tam po-
tentis, audire consilium advocati tam
sapientis et perficere voluntatem amici tam
dulcis. Secundo notandum inducit nos ad hoc
opus multiplici premio videlicet premio
temporali spirituali et celesti. Premium temporale
consistit in temporalium multiplicatione Proverbiorum
iii. Honora dominum de tua substantia et de primi-
tiis frugum tuarum da pauperibus et im-
plebuntur horrea tua saturitate. Legitur
in vitis patrum quod cum quidam fratres
cuiusdam monasterii multum habundarent
et ad pauperes multum liberales essent
tandem diminuerunt elemosinas et ipsi
egere ceperunt. Quod cum cuidam viro
sancto referrent ait duo socii consueve-
runt habitare in isto monasterio scilicet frater date
et frater dabitur vobis. Vos expulistis
unum scilicet primum id est fratrem date et secundus
sine eo scilicet dabitur vobis noluit re-
manere. Premium spirituale consistit in
tribus videlicet primo in peccatorum re-
missione. Secundo in divine gratie colla-
tione. Tertio in gratie conservatione. Primo
quod premium spirituale consistit in
peccatorum remissione Ecclesiastici iii. Elemosina
pauperis non erit in oblivione et
sicut in sereno glacies solventur
peccata tua. Ecclesiastici iii. Ignem ardentem
extinguit aqua et elemosina resi-
stit peccatis. Glossa super illud Mathei xii.
Extende manum tuam, Frustra pro pec-
catis manus ad deum extendit qui
eas ad pauperes in modo posse sui
non extendit. Secundo in divine gratie
collatione ii Corinthiorum ix. Qui seminat
in benedictionibus de benedictionibus
et metet scilicet gratiam in presenti et
gloriam in futuro. Tertio in gratie conservatione
Ecclesiastici xxix. Elemosina viri quasi
sacculus cum ipso et gratiam hominis
quasi pupillam conservabit. Sicut enim
manus opponitur ut pupilla conser-
vetur sic elemosina divitis temptationi
et iniurie opponitur et animam a peccato cu-
stodit. Premium autem celeste ponitur
hic cum dicitur mensuram bonam et co-
fertam etc. Sunt enim quidam qui dant
pauperibus partem superfluorum et partem
retinent de quibus dicitur Luce xi.
Quod superest date elemosinam et
ecce omnia munda sunt vobis. Isti habent
mensuram bonam. Alii sunt qui dant
omnia superflua et retinent necessaria
de quibus dicitur Luce iii. Qui habet
duas tunicas det unam non habenti.
Prima tunica est necessaria. Secunda est

superflui et isti sunt in mensura conferta. Alii sunt qui dant partem necessariorum et partem retinent sicut fecit sanctus Martinus qui clamidem divisit. Isti sunt in mensura coagitatam. Alii sunt qui dant omnia naturalia et nichil sibi retinent sicut viri spirituales et perfecti qui relinquunt omnia propter deum de quibus dicitur Matthei xix Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te et cetera. Isti sunt sicut qui sunt in mensura supereffluente. Quarto iudicium adoptivum convenit. Quarto convenit omni creature. Unde sanctus Job ad ipsas creaturas homines in miseriis mittit dicens Job xii Interroga iumenta et docebunt te volatilia celi et indicabunt tibi loquere terre et respondebit tibi et narrabunt pisces maris. Primo ergo mittit ad iumenta et istud patet in elephantibus quia si unus cadit ceteri cadunt circum ad sublevandum ipsum. Hoc etiam patet in ceruibus quia si una moritur alie suscipiunt filium suum ad nutriendum. Hoc etiam patet in leonibus qui animalibus infirmis et pueris parcunt nisi magna fame urgentur. Deinde mittit ad volatilia. Istud patet in corvis qui pullos alienos in nido collocat et nutrit. Patet etiam in aquila que predam solam non comedit sed avibus sibi subiectis partem dimittit. Patet etiam in chobar de quo dicit Aristoteles in libro de animalibus quod aquila quando habet tres pullos nimis gravatur in pascendo eos et unum ab nido eicit et avis que arabice dicitur chobar eum suscipit nutriendum. Deinde mittit ad terram. Ambrosius: Noli expectare de terra insensibili elemento. Ista fructus quos affert non suis usibus dedicat sed tuis ministrat obsequiis. Tu non fructus aliquos solus in manibus et soli concludis. Deinde mittit ad pisces. Istud patet in delphinis qui homines mortuos ad litus portant. Patet hic in chronicis marinis que super se clausa quedam aut piscis ad eas pastum defert ad conductum i. e. se aperit quando pastus in eas pisce concedit.

2° inducit nos ad unitatem spiritualem que in duobus consistit. Primo in unitate a odii dimissione contra dicit dimittite et dimittetur vobis. Est ergo magna pulchritudo in corde odii remissio. Secundo est sicut enim tinea et apis ignis est sic. Propter materiam deinde mittit, consumit. Sic odium mente que ipsum mittit consumit et omnia ad nichilum redigit. Ideo comparatur fornaci Babilonis que combussit ministros qui eam incendebant ut habetur Danielis iii. Secundo odium assimilatur tinee que sibi vestimenta corrodit et consumit de quibus nascitur. Sic una anima mala quod sit in alia consumit de qua oritur. Basilius: Sicut si in vitae mordetis et comeditis videte ne ab invicem consumamini. Tertio odium assimilatur api quod dum aliud pungit aculeum dimittit et ulterius mellificare non potest. Sic et cor aculeo odii aliud pungens et dulcorem dulcis gratie perdit et se ipsum occidit. Primo Johannis ii: Qui odit fratrem suum homicida est scilicet sui ipsius. Secundo electio sua spiritualis consistit in delinquentium correctione. Debet enim qui alios vult corrigere et iudicare primo defectus suos diligenter videre et corrigere et ipsos corrigere. Ideo dicitur Quid autem vides festucam in oculo fratris tui et cetera. Et ut ista correctio ordinate possit fieri quatuor consideraciones debent fieri quarum tres ponit Augustinus super i Corinthiorum vij. Ypocrita est qui primo trabem de oculo tuo et cetera. Reliquas duas ponit Gregorius in moralibus. Prima magis quod alios vult corrigere et iudicare debet considerare diligenter et videre si est plenus eius i. si est in simili culpa vel equali vel maiori. Et tunc non debet ipsum corrigere sed ambo debent super se gemere et ad bonum conari pariter et communiter. Alias posset ei dici quod habetur Romanorum ii: Qui alium doces te ipsum non doces. Qui non predicas non furandum furaris. Gregorius: Durum est ut qui nescit tenere moderamina vite sue iudex fiat vite aliene. Si non est plenus tunc debet tempore

ad considerationem fratrum et videre si aliquid sunt
secum Et sic tunc volebat [illegible] vivam
conscribere Sic et ipse debet eo alii conscri
bere Eccl. viij Ne despicias hominem aver
tentem se a peccato et ne improperes ei ne
mento quoniam omnes in correptione sumus
Eccl. xxxi Cognosce que sunt
proximi tui Si non [illegible] ali
quid sunt [illegible] debet cogitare quod adhuc
[illegible] Et ideo [illegible] istius talis
dubium non debet superbire sed [illegible]
[illegible] Ro. xi Qui se existimat
stare videat ne cadat Item Ro. [illegible]
Ne glorieris [illegible] ut dicitur
Aug. Nemo est qui securus esse possit
in hac vita que tota temptatio vocatur
Unde qui potuit fieri ex deteriori melior
quam possit fieri ex meliori deterior ulli
dubium est Si autem non est [illegible]
sunt [illegible] et [illegible] bonum [illegible]
[illegible] erit [illegible] debet [illegible] ad
considerationem et videre si iste qui est ita rep
rehensibilis in aliis in aliquo est commen
dabilis Et si [illegible] defectus videre debet
si [illegible] perfectus Et tunc [illegible]
[illegible] supportandus est in [illegible]
minus [illegible] Istam considerationem docet dominus
Apoc. ij Volens enim reprehendere episcopum
Ephesi primo posuit quedam mala [illegible]
dicens Habeo adversum te pauca quia caritatem
primam reliquisti Sed statim posuit quoddam
bonum quod habebat dicens Sed hoc habes bonum
quia odisti facta nicholaitarum que ego odi
Sic volens reprehendere episcopum Sardis
primo posuit quendam suum defectum dicens Non
invenio opera tua plena coram deo meo
Sed statim posuit quendam suum profectum dicens Sed
habes pauca nomina in Sardis qui non co
inquinaverunt vestimenta sua etc. Ecce dominus
prius quam posuit illa in quibus erant isti episcopi
reprehensibiles statim posuit [illegible] in quibus
erant commendabiles ad innuendum quod si
ipse aliquem defectum aliquis est reprehendendus
sed tamen habet aliquod bonum est supportandus
Si non omnis quis videtur esse malus [illegible]
aliquod bonum [illegible] habere ipse quod sit tollerandus

dominus tunc debet [illegible] ad quandam considerationem
Quia iste qui sic videtur alicui esse malus
forte in conspectu dei est et [illegible] perse
verans Et ponit exemplum Gregorius in
moralibus in stephano et paulo Nam
cum stephanus crederet et [illegible]
paulo lapidante Stephanus [illegible]
erat bonus paulus non [illegible] videbatur
esse malus et tamen in conspectu dei paulus
erat stephano in primo [illegible]
to perseverando etc. De eodem [illegible]

Nunquid potest cecus
cecum ducere Nonne
ambo in foveam cadunt Luc. [illegible]
In isto [illegible] dominus instruit quales
debeant esse prelati quales subditi
et quales omnes Prelati quidem non
debent esse ceci sed videntes id est sapien
tes et deum cognoscentes Et ideo non in
digent aliquo instructore Je. xxxi
Non docebit vir ultra proximum suum
et vir fratrem suum dicens Cognosce dominum
Omnes enim cognoscent me a minimo
usque ad maximum dicit dominus In mundo
sunt omnes ceci et ideo cadunt in
foveam id est in profunditatem penarum
Ysa. xxiiij Formido et fovea et
laqueus super te qui habitator es ter
re [illegible] Et erit qui fugerit
a facie formidinis cadet in foveam
et qui se explicaverit de fovea la
queo tenebitur Capti [illegible] for
midant pati supplicia [illegible] Et
volentes fugere a tali formidine
cadunt in foveam id est in profunditatem
penarum Volentes autem exire de fo
vea illa et non valentes tenentur
laqueo desperationis perpetuo obli
gati In primo autem sunt quidam
ceci scilicet subditi et illiterati qui
non habent cognitionem divinorum Et quidam
videntes scilicet prelati qui debent habere
duos oculos scilicet doctrinam fulgidam
et vitam preclaram ut illuminent ducant
et doceant subditos verbo pariter et
exemplo Sed quando isti ductores sunt ceci
et ducunt subditos cecos ambo
in foveam cadunt Subditi quidem

cadunt in foveam peccatorum. Prelati autem
in foveam suppliciorum. Quamvis autem
peccatum est ceco ductore ceco habere
quam nullum habere ductorem. Si enim cecus
ductorem non habeat viam cum baculo per-
temptat. Si autem ductorem cecum habet
se cum illo in foveam precipitat. Hoc
unica habeat sicut animal ceciutiens tamen
sibi ducem non prefecit sed habet vel quendam
baculum a via per quem viam perceptat.
Sic etiam frequenter accidit quod sim-
plices homines quadam instinctu vere
simplicitate et innocentie vivunt. Sed
quando habent malum pastorem tunc ab eo
cadunt in foveam peccatorum. Gregorius
dicit. Cum pastor graditur per abrupta vi-
ciorum necesse est ut ad precipicium grex
labatur. Regum ii° (?) v. Quia Jebusei
posuerunt super muros Jerusalem in despectum
David cecos et claudos et dictum est
ei. Non ingredieris huc nisi abstu-
quantum ad corpus. Bernar. Homo natus de muliere
id est cum reatu repletur multis miserijs id est
cum fletu quia qui flens egreditur et cetera
id est cum metu. Habet eciam multas miserias
in anima quantum Bernar. Homo obnubilatur
multiplici errore affectus confunditur multiplici ob
livione et voluntas iactatur multiplici perturbacione.

Nemo potest duobus dominis servire. Dominica xv. Finis. Prius quere. Mt. vj.
Aut enim unum odio habebit.

et alterum diliget. Aut unum sustine
bit et alterum contempnet. Non potestis
deo servire et mamone. Ideo dico vobis
ne solliciti sitis anime vestre quid mandu
cetis neque corpori vestro quid induamini.
Nonne anima plus est quam esca et corpus
plus quam vestimentum. Respicite volatilia
celi quoniam non serunt neque metunt neque
congregant in horrea et pater celestis pa
scit illa. Nonne vos pluris estis illis.
Quis autem vestrum cogitans potest addicere
ad staturam suam cubitum unum. Et de
vestimento quid solliciti estis. Considerate
lilia agri quomodo crescunt non laborant
neque nent. Dico autem vobis quoniam nec Sa
lomon in omni gloria sua coopertus est sic
ut unum ex istis. Si autem fenum agri quod
hodie est et cras in clibanum mittitur
deus sic vestit quanto magis vos mi
nime fidei. Nolite ergo solliciti esse di
centes quid manducabimus aut quid
bibemus aut quo operiemur. Hec enim omnia
gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia
hiis omnibus indigetis. Querite ergo primum
regnum dei et iusticiam eius et hec omnia
adicientur vobis. Math. vj°.

Sicut dicit Augustinus deus homines fecit ut
summum bonum intelligendo intelligendo amet
amando possideat possidendo fruatur. Et
ideo christus in hoc ewangelio intendit nos ab amore
terrenorum retrahere et ad amorem celestium
nos inducere. Et hoc quatuor modis. Primo
dissuadendo diviciarum servitutem cum dicit
Nemo potest duobus dominis servire etc. Secundo
interdicendo sive interdicendo nimia sol
licitudine cum dicit Ideo dico vobis ne sol
liciti sitis etc. Tercio ostendendo ista posterioribus
cum dicit Nonne anima plus est quam esca etc.
Quarto concludendo suam intencionem cum dicit
Querite ergo primum regnum dei etc. Circa
primum notandum quod nemo potest duobus dominis servire
scilicet contraria precipientibus. Isti duo domini sunt
deus et dyabolus vel deus et mundus vel
deus et caro. Primo duobus nemo potest servire.
Quia deus precipit humilitatem. Math. xi Disci
te a me quia mitis sum et humilis corde.
dyabolus precipit superbiam. Job xli. Ipse
est rex super omnes filios superbie. Gre
gorius Evidentissimum signum reproborum
est superbia humilitas electorum. Cum
ergo vestre quam quisque habeat cognoscitur
sub quo rege militet invenitur.
Secundo duobus nemo potest servire quia
deus diligit pacem mundus dat tribulacionem
Joh. xvij. In mundo pressuram habebitis
in me autem pacem. Tercio duobus nemo
potest servire quia deus precipit penitenciam
caro appetit voluptatem. Iste sunt due le
ges de quibus dicitur Ro. vij. Video aliam
legem in membris meis repugnantem
legi mentis mee. Lex carnis est con
cupiscencia lex autem mentis est in dei
delectacio. Gal. v. Caro concupiscit
adversus spiritum et spiritus adversus carnem.
Sequitur: Aut enim unum odio habebit
scilicet dyabolum et alterum diliget scilicet deum.
Aut unum sustinebit scilicet dyabolum non
quidem diliget. Augustinus Nemo enim dyabolum
diligit sed sua cupiditate implicatus
subditur ei sed non eum diligit. Sicut qui
ancille aliene coniunctus est propter concupiscenciam
patitur duram servitutem et si non diligat
eum cuius ancillam diligit. Et alterum
contempnet scilicet deum. Non quidem odio ha
bebit. Augustinus in libro retractacionum propter
illud psalmi superbia eorum qui te oderunt
ascendit semper. Sed sine dubio nullus
deum affectu odit et si effectu non etiam
dyabolus inquantum scilicet est omnium gubernator
sed inquantum est eorum punitor. Sed nec
latro odit iudicem inquantum est homo sed inquantum
est iudex et tortor. Post hoc autem dominus
in generali descendit ad speciale dicens
Non potestis deo servire et mamone.
Glosa Mamona est nomen demonis qui
preest diviciis non quia in eius arbitrio
sint sed quia ipsis utitur ad deci
piendum intricando laqueis diviciarum.
Non dicit non potest habere sed non po
testis servire. Licite enim habent sunt
qui bene dispensantur. Quinta et cas

Aug. Nullus contra deum odisse potest sic

non

Ge. 3

dili[gu]nt q[uo]d de[n]t sicut avari q[ui] sunt
cor[um] sui c[ri]minibus d[icitu]r Glo[sa] Q[uon]i[a]m di
micijs de[n]t negat[ur] e[t]c[etera] Alij eas dili[gu]nt
s[ed] iusta de[n]t sicut viri iniusti qui
adhuc terrenis sunt dediti Isti sunt
qui edificant lignu[m] fenu[m] et stipulam
q[ui] s[ed] t[er]r[en]a plus iusto vel minus vel minime
dil[e]x[er]u[n]t Alij eas retinent p[ro]pt[er] de[n]t s[ed]
ut pauperibus inde subveniat sicut
sunt p[re]lati ecc[lesi]e s[an]c[t]i Talis fuit s[an]c[tu]s
Joh[ann]es p[at]riarcha alexandrinus q[ui] in
or[ati]one dicebat d[omi]ne D[omi]ne bone ihesu c[hriste]
d[e]ss[er]uiendo et tibi subministrando videam[us]
qui vivat Cetera s[e]c[un]d[u]m no[ta] q[uod] d[omin]us
int[er]dixit sup[er]flua circa indume[n]ta di-
abol[us] c[ontr]a p[er]s[uadet] sollicitat hoi[em] ut q[ue]rat
necessaria Sic de[n]s in p[rim]o ho[min]i p[ro]misisse
Gen[esis] iij In sudore vultus tui vesceris
pane tuo e[t]c[etera] Habit[us] ad necessarios
sollicitat ut q[ue]rat sup[er]flua que
sollicitudo dissuadet[ur] Philip[enses] iiij[o]
Nichil solliciti sitis e[t]c[etera] Crisost[omus] Sol-
licitudo d[e]ss[er]vacio[n]is e[st] filia Habitus
nec[essita]tis et sup[er]fluus sollicitat ut
q[ue]rat noci[v]a s[ed] usuras et rapinas
Prov[erbiorum] p[rimo] Secte b[ene] avari a[n]i[m]as pos-
sidencium rapiunt Prov[erbiorum] ij[?] ad t[em]p[or]a[?]
in ana[?] e[st] sollicitudo nimia Cetera
necessaria p[ro]gressus circa sup[er]flua s[ed] co[n]-
sum[m]ata malicia circa nociva Sed
s[ed] studuit a[n]i[m]a[?] p[ro]pt[er] t[em]p[or]is q[uo]d
e[st] nimia sollicitudo circa necessaria cum
d[icitu]r Ne solliciti sitis a[n]i[m]e v[est]re e[t]c[etera]
Q[uo] ablato quer[it] auferr[i] p[ro]gressus
et finis Cum enim no[n] e[st] sollicitudo circa
necessaria no[n] erit sollicitudo circa sup[er]flua
et nociva Nota[n]d[um] e[st] ad q[ue] q[uia] q[ui]d[am] sol-
licitudo q[uam] fa[ci]t caritas de q[ua] d[icitu]r Ro[manorum]
xij Q[ui] p[re]est in sollicitudine Alia q[uam]
fa[ci]t necessitas Cetera q[uam] fa[ci]t cupiditas
De hac dup[lic]i sollicitudine d[icitu]r Glo[sa] In
sudore vultus pat[et] panis s[ed] labor

e[t] co[n]cursus sollicitudo tollenda Eminente
p[er]turbat d[icitu]r timet ne aut possessa
dispereant aut elaborata no[n] co[n]tingant
P[rim]a pec[cati] Se[cund]a punitio[n]is Ter[ti]a p[ro]hibe[tur]
Cetera circa no[ta] q[uod] d[omin]us p[ro]hibet sup[er]flua
sollicitudinem p[ro]p[ter] t[em]p[or]alitates p[ro]pt[er] sollicitudinem simul[?] p[ro]
p[ro]p[ter] simul[?] creatura racionalis Se[cund]o Quia gaudet
co[m]munitate cu[m] creatura sensibili T[er]cio Quia gaudet co[m]munitate cu[m] creatura
vegetabili Primo ei p[ro]hibet sup[er]fluam
sollicitudinem p[ro]p[ter] sollicitudinem creature racionalis de q[ua]
ponit duo q[uod]l[ibe]t Primu[m] cu[m] d[icitu]r None
a[n]i[m]a plus e[st] q[uam] corpus Et corpus plus q[ua]m
vestimentu[m] Glo[sa] Q[ui] dedit maiora i[d est] a[n]i[m]am
et corpus dabit et minora i[d est] cibum et co[n]sortes
Et po[st] h[ec] d[omin]us tria bona q[ue] d[eu]s dedit
ho[min]i s[ed] a[n]i[m]am corpus et res Ita ad h[oc]
subici superiori s[ed] deo d[e] obediendo Et corpus
suo superiori s[ed] a[n]i[m]e d[e] obtemperando Et res
suis superioribus s[ed] d[e] ut pauperibus distribu-
ant[ur] Et a[n]i[m]e ut diptere diligant[ur] 2 cor[inthios]
ut sibi necessaria ministrent[ur] Sed istud ordine
p[er]vertunt avari quia corpus d[omi]nic[um] no[n] s[er]vi-
unt[ur] d[icitu]r q[uia] pauperibus n[ost]ra tribu[u]nt Nec
a[n]i[m]e q[uia] eas minus dili[gu]nt Nec cor[pori] quia
i[n]d[e] fame affligu[n]t Aliud q[uod]l[ibe]t q[uo]d ponit
circa creaturam racionale[m] e[st] cu[m] d[icitu]r Q[ui]s aute[m]
v[est]r[u]m adicere p[otes]t ad staturam suam cubitu[m]
unu[m] Glo[sa] Ille q[ui] fecit corporis vestru[m]
relinquetur q[ui] p[ri]m[u]m ad hac statura[m] fecit pue-
ric[iam?] Tangit[ur] ad hic in glo[sa] mag[istrali?] q[uod]
Sed p[ost] corpus unu[m] erit sol[iu]s corpori
xp[ist]i q[ua]n[tu]m ad eandem statura[m] Et d[icitu]r q[uod] h[oc] i[n]t[elligitur]
sollicitudo p[otes]t co[m]p[ar]ari q[ua]n[tu]m ad ea Vel q[ua]n[tu]m
ad eius[dem] glorie co[n]formitate[m] Vel q[ua]n[tu]m ad eius[dem]
stature eq[ua]litatem Vel q[ua]n[tu]m ad eandem etate[m]
Pri[m]o dico q[uod] ista sollicitudo p[otes]t co[m]p[ar]ari quantu[m]
ad eius[dem] glorie co[n]formitate[m] Et sic e[st] impossi[bi]le
q[uia] nullius gl[ori]a p[otes]t gl[ori]e x[rist]i adequari C[um] a[n]i[m]a
gl[ori]a cor[por]is x[rist]i erit instar solis Gl[ori]a b[ea]te
v[ir]ginis erit instar lune Gl[ori]a ceteroru[m]
s[an]c[t]or[um] erit instar stellaru[m] P[rim]a Cor[inthios] xv
Alia claritas s[ed] x[rist]i Alia claritas lune [sol]
i[d est] b[ea]te v[ir]ginis Alia claritas stellaru[m]

i. celorum stellarum Vel per cor^s q^m ad eius
dem staturam cu(m) sint Et sic non erit ibi
talis sexus ? Aug(ustinus) de ci(vitate) dei Si diminuta
ad dimen(sionem) cor^is modum minorum maiorum(que)
cor^a redigenda puberit de illorum corporibus
p plurimum ad spe(cie)m u(e)l capillum periturum
esse permittat Vel per cor^a q^m ad
eandem etatem Et sic erit ibi ista sexus
Vnde subdit Aug(ustinus) Restat g(ra)o ut quisque
recipiat suam mensuram quam habuit in
iuventute si senex e mortuus vel habi
turus si e ante defunctus Et ideo non est
dem ab apostolo ad Ephes iiij. in mensuram
stature sed in mensura etatis plenitudinis
x(christ)i. Quia resurget corpora mortuorum
in iuvenili etate ad quam x(christu)m pervenisse
cognovimus secundum Aug(ustinum) Obi^o hic aud(it)or co
rtatur sensibilis Cum dicit Respicite vola
tilia celi etc. Videtur ut d(icit) Aug(ustinus) de dicta
domini non debere laborare sed diuine provide
ntie se committere Unde sic ipse ait Si ad
est corporis facultas debemus laborando
victum acquirere Alias si vellemus sicut
volatilia vacare hic esset deum temptare
Si non imminet necessitas debemus diuine
prouidentie committere Et tunc c(ommune) nos pascet
sicut aves Et ponit exemplum in petro e pau
lo Paulus qui de morte fugit Et tum de
petro abiectus liberavit Paulus enim per sum
manum amicorum evadere poterat Et ideo si vo
luisset expectare diuinum hic fuisset temptare
deum Petrus autem carebat amicorum humano
Et ideo se committebat diuino ? Secundo hic aud(it)or
cor^o datur visibili vegetabili Cum dicit
considerate lilia agri Et infra Si au
tem fenum agri etc. Iohannes Crisostomus dicit quod
natura que pictrix existit per floribus
compari lilium indiuit veste candida
Rosa veste purpurea Viola veste iacintina
fenum agri veste viridi Sicut e sol ve
ste lucenti Item id est per altitudinem lune sic
vestitur Sicut e iste flores varios quando
eos indiuit candore puritatis quosdam rubore
caritatis quosdam iacintino celestis contemplationis
quosdam viride virtutis Et quosdam splendore boni
veste quia sanctus ? Vltimo concludit

sua interiora tam dicit Querite ergo primum regnum
dei e iustitiam eius et hec omnia adicientur
vobis Iustitia autem regni celorum sunt illa
per que ipsum regnum acquiritur de quibus s(upra) dicit
Aug(ustinus) Venale habeo venale habeo dicit dominus
Quid Regnum celorum Quo emitur Paupertate
regnum dolore gaudium labore requies
ignominia gloria morte vita Moneta
s(cilicet) qua emitur regnum e paupertas math(ei)
v. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum e re
gnum celorum Moneta qua emitur gau
dium est dolor et persecutio Ibidem Beati
qui persecutionem patiuntur propter iustitiam
quoniam ipsorum e regnum celorum Moneta
qua emitur requies e labor primo math(ei)
iiij. Penitentiam agite appropinquabit enim re
gnum celorum Moneta qua emitur gloria
est ignominia et humilitas Ibidem math(ei)
xviij. Nisi conversi fueritis e efficiamini
sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum
Moneta qua emitur vita e mors propter
x(christu)m assumpta math(ei) xi. Regnum celorum
vim patitur e violenti rapiunt illud
magna vim e violentia o(mn)ibus fa(cit) quibus
quam propter regnum celorum vitam contempnit
Quod autem dicit hec omnia adicientur vobis Non
est intelligendum per dictum Aug(ustinum) quasi super
adiciantur Cum apostolus de se dicat ij.
Cor xi. In fame et siti in frigore et
nuditate Sed aliquid datur aliquid subtrahitur
Est enim deus medicus ut dicit Aug(ustinus) Et
novit quid sit apponenda e quid sit sub
trahenda Et tamen apponit sunt ad gratiam
actionem Cum autem subtrahit sunt ad probationem etc.

Nemo potest duobus dominis *De eodem*
servire etc. Sicut tum ? *Sermo*
Aug(ustinus) tria sunt genera hominum *Primum*
sunt valde boni sicut sunt viri perfecti *Duo*
valde mali sicut peccatores et impij *Ter*
Mediocriter boni e mediocriter mali
Qui sunt negligentes e tepidi qui volunt
diligere deum et mundum Ista tria genera
hominum describit dominus in evangelio. Primo pri
mo describit mediocriter bonos e medi
ocriter malos cum dicit Nemo potest duobus
dominis servire Secundo describit valde bonos
Et hic exemplo volatilium e liliorum Tertio

despiciebat valde malos Eccl dicit Si aut(em)
scrinium qd hodie est 2 cras in clibanum
mittitur. et c. ¶ Primo go despicit
deus mediocriter bonos 2 mediocriter
malos eccl dicit Nemo potest duobus dominis
servire Isti duo dni sunt deus 2 mundus
qui in simul diligi non possunt sicut p
multa exempla sunt ostendit Augustinus etiam hoc
ostendit sup Iohe exemplo vasis dicens Si
habet in te amor mundi non est qua possit
intrare amor dei Vas est plenum es
funde qd habes ut recipias qd non
habes funde amorem seculi ut impleare
amore dei de hoc eodem Bernardus dicit idem Aug(ustinus)
in libro loco. Quid Est enim amor utilis
et amor noxius Amor amor impe
ditur. Amor noxius retardat 2 amor
utilis succedat Habes plenum sinum aliquibus
huius seculi fundat 2 capiat Vis ut in
tret mel vas acetum non fudisti Idem
etiam sup Iohe hoc ostendit exemplo quo Nemo
potest qs a. qd e. cum nisi subtrahat
amare qd e temporale Amorem hominis sic
putare debemus qui manum aliquis qui si
aliquid tenet aliud tenere non potest Ut aut(em)
possit tenere qd datur dimittit qd tenet
Dicit enim aliter scilicet dictum aliud non potest oc
cupata manu scilicet dicit illi debes tenere qd
do Non vult dimittere qd tenebat non potest
accipere qd offertur. Si tamen aliquid necessitate
impeditus possidere cogitur possideat non
possideatur. teneat non teneatur. dominus sit
rei sue non servus aliquem sue Urbanus
in tractatu de viij. abusionibus seculi hoc
ostendit exemplo oculorum duorum Quia amor
2 dei potest in uno corde habitare non possunt
quia duo oculi celum potest 2 terram in
simul aspicere Crisostomus sup al. hoc ostendit p
nam celestium 2 terrenorum dicens Celestia
2 spiritualia levia sunt 2 natura sursum ten
dentia Terrena ponderosa sunt 2 deorsum
tendentia Si spiritualia tenueris sursum
te deducent Si terrena deorsum te depo
nent De hoc etiam dicit q dicit Glo. super hunc
locum Res magis terrena vel deus si
in corde hominis ducit ad contraria
contrarios hoc ext. Ita deus ehu
ad superiora quam sunt terrena Nos non tam exhibit
ad inferiora Rabanus sup luc ostendit hoc
exemplo vasis dicens Dilectio dei non recipit par
ticionem Nam quamvis dilectionis tamquam inferius quo
perderes hoc tibi in terris a te deficeret
Sic cum in vase aliquo pleno liquore minimum
emanat foramen intus a nimium plenitudinem
derogate Sic et anima minimum emanaverit
ab illius dilectione ad illicita intus minimi
nimirum est a deo Ps at hoc deus seruire
2 divitias habere scilicet non eis servire quia tunc divitiarum
servus esse et anima dualiter est similiter illud
Amos ix. anima in capite omnium anima enim
aliquod occupat manum scilicet quod quas semper
vult accipere 2 non dare Eccl. iiij. Non sit
porrecta manus tua ad accipiendum et ad
dandum collecta Aliquod occupat os quod
de terrenis vult loqui 2 tractare Ioh iij. qui
de terra est de terra loquitur Aliquod oculos
id est ps Oculos suos statuerunt declinare
in terram et Talem animam curari non potest
Ergo quod ascendit super caput 2 dominia efficitur
tunc virtus curatur. In summo ait Si anima
occupat quia eis non dicatur. ut os quia de eis
non loquitur. Nec oculos quia in talibus non de
lectantur. Nec manus quia pauperibus largi
untur liberaliter. Sciunt enim quia bona temporalia
non sunt propria scilicet accommodata Non sunt pretiosa
scilicet suspecta Non sunt perpetua scilicet vilia Eleemosyna
autem facit ut sunt propria Petrus Ravennas
pauperi ut des tibi quia quod pauperi de
disti tu habebis Quod de pauperi non dederis
alter habebit facit ut sint pretiosa Ambrosius
hereditas in tuto ponitur quod deo custodi
nat facit ut sint prospera quia pluribus
augentur Aug. Laudas mercatorem qui
vendit plumbum 2 acquirit aurum et non
illum qui erogat pecuniam et acquirit iu
stitiam ¶ Sed dominus despicit valde bonos
Et hoc exemplo volatilium 2 liliorum Per vola
tilia enim sancti viri intelliguntur exemplo quod corde
in celis morantur. Philipp. iij. Nostra
quia sancti in celis est Dicitur enim istis
volatilibus habitare in terra quo est. Ysa.
proximi forme 2 fouea 2 laqueus
sup te qui habitator es terre. Primo enim

que litat in terra aut e in formidine
ne capiatur. aut cadit in foveam de ti
pulo quod est spatur. ad laqueos virtutum. In
formidine fuit amari Iob. xv. Sonitus
terroris semper in auribus eius etc. In foveam
cadunt luxuriosi prouerbia. xxiii. Fovea profunda
est meretrix etc. In laqueos virtutum et superbi
quos demones superbi absconderunt in terra
psalmus. In via hac qua ambulabam abscon
derunt superbi laqueum michi etc. Et fidem
ysa. Et erit omnis qui fugerit a facie for
dinis cadet in foveam. Et qui se expli
cuerit de fovea tenebitur laqueo. Ita
sepe fit quod quis dimittit ardenter
amare terrena transfert se ad amandum
carnalia. Et qui subiugavit avariciam et con
cupiscentiam inde effertur in superbiam. Item
etiam sunt viri pulchra. Nam lilium est candi
dius nive et aureum metallum et odor
inferius. Sic sunt viri in corpore fuit candidi
per puritatem. In corde amici per caritatem
in conscientia et vita odoriferi per sanctitatem
Anima corpore conscientia et odorifera deo et
vita proximo. Cant. v. Dilectus meus candidus
per puritatem rubicundus per caritatem electus
e milibus per vite conscientie sanctitatem. Unde
cum dicitur viri invenitur qui habent
dupplicem et sanctitate. Tren. iiii. Candi
diores nive nitidiores lacte rubi
cundiores ebore antiquo saphiro pulchri
ores. Sunt enim candidi et nitidi in corpore
rubicundi in mente fulgidi in conscientia
et conversatione. Tertio dominus describit valde
malos eum dicit. Qui autem servum quod hoc est
et tras in clibanum mitti etc. Per servum
reprobi intelliguntur qui sic sunt aridi in fide
et in bono opere. Et postea mittentur in cli
banum infernale per combustionem. Sicut autem
corpora dapnatorum possunt comburi et non
consumi ostendit Aug. de ci. dei. [illegible]
Primo exemplo. Secundo exemplo vermis. Tertio exemplo montium
Quarto exemplo carbonum. Quinto exemplo pavonis
Sexto exemplo salamandre. Primo exemplo vermis dominus
Nam ullum animal genus in
aquarum calidarum scaturigine reperitur
sive nec impune conversatur. Illa autem

non solum ibi sunt sine lesione sed vivere
vivere non possunt. Secundo exemplo montium dicens
Sicilie notissimi montes sicilie qui tanta
temporis vetustate usque nunc flammis estuat
et integri perseverant satis idonea testes
sunt quod non omne quod ardet consumitur. Tertio
exemplo carbonum qui ignis operatione sic sunt
firmi incorruptibiles ut in terra fundata suffossi
non deleantur ligna putrescunt corrumpi
non possunt. Quarto exemplo pavonis dominus dicens
nisi deus dedisset carni pavonis mortui
ne putresceret. Et narrat ibi quod semel
duo et annis tota sibi fuisset oblata de pe
tore eius usque adeo inveniri fecit et
nulla lesione mutavit nisi quod aliquantulum
tum prolixius securus et contractior fuit
Quinto exemplo Salamandre. Sic scripserunt
qui de naturis animalium curiosius indaga
verunt Salamandra enim in ignibus vivit de
cuius pellibus fuit corrigie per forte quod
quoniam vetustate corrupte sunt purgantur in igne
comburentibus sine nove. Ultimo dominus
instruit omnes scilicet valde bonos et valde
malos et mediocriter bonos et mediocri
ter malos quod concludit dominus dicens primo querite
primum regnum dei etc. Ubi sic quod dicitur primum dat
intelligere quod primo et principaliter spiritualia post
modum temporalia sunt querenda. Sed istum ordinem
pervertunt avari. Contra quos dicit Aug. in
li. de. l. omel. Usque adeo cecitas mentis
hominem occupavit ut omnia bona velit ha
bere preter seipsum. Nulla vis habere bona uxo
rem bona et domum bonam. Quid tunc de
perungula. Caliga non vis habere malam
et vis habere vitam malam. Augustinus plus nocet
tibi caliga mala quam vita mala. Quia
cum caliga mala constricta nocuerit tibi
sedes discalcias te et abicis aut cor
rigis aut mutas. Cum vita non
perdas animam deinde subdit. Sed plane
video vim fallere. Caliga nocens do
lorem facit vita nocens voluptatem. Illud
nocet istud libet. Sed quod ad tempus
libet postea penitus dolet. Quod autem ad
tempus salubriter dolet postea infi
nita voluptate et sine fine gaudio leti
ficat. Eccl. vii. Qui seminant in lacrimis

in consolatione meretur. Phil. dicit quod deus
subdit: Et hec omnia adicientur vobis
dat intelligere quod bona temporalia debemus
amare sicut accidentia. Accidens enim est
quod adest et abest preter subiecti corruptionem.
Sic igitur debent diligi temporalia sicut acci-
dentia: si assunt non corrumpunt corpus animus
per superbiam; si autem desunt non corrumpitur
per impacientiam. Talis erat apostolus qui dice-
bat Philip. iiii. Scio humiliari scio et
habundare ubique et in omnibus institutus sum
et saciari et esurire et habundare et penu-
riam pati. Avari autem diligunt divitias
et terrena tanquam substantialia. Que si assunt
corrumpuntur per superbiam unde dicit Aug.
Sicut radix dictorum est superbia. Si desunt
franguntur per impacientiam. Eccl. v. Divicie
conservate in malum domini sui pereunt in
afflictione pessima etc. Secundo dicitur ser-
Scit enim pater vester quia mo tercius
his omnibus indigetis. Mathei
etc. Thema nos debet vi. c[apitulo]
do nos debet esse fiducia quia in ipso tamen
est magna benivolentia ideo dicitur pater
vester. Est omnium studiorum peritia ideo dicitur
Scit. Aut quod in nobis sit magna indi-
gentia ideo dicitur quia his omnibus indigetis
etc. Circa primum notandum quod magna dei be-
nivolentia comprehenditur in hoc quod dicitur pater
vester. Deut. xxxii. Nonne ipse est pa-
ter tuus qui possedit et fecit et creavit te. Ipse
enim nos fecit quantum ad corpus, creavit quantum
ad animam et possedit nos quantum ad vires.
Sed a domino corporis ipsum compellunt luxuriosi,
a domino anime superbi, a domino rerum avari.
Ista sunt tria que secundum dicta Salomonis hominem
de domo compellunt scilicet fumus, mala uxor
et stillicidium. Ista etiam spiritualiter
intellecta deum compellunt ab homine scilicet
fumus superbie qui in altum ascendit sed
cito evanescit. Mala uxor carnalis
concupiscentia. Et stillicidium avaricie que
hominem sollicitudinibus inquietat. Circa
secundum scilicet dei peritiam quidam curiosi
dubitare inquirere consueverunt utrum

cum sciat deus falli non possit. Si possit aliquis
dampnandum operatur eum dampnari. Et ideo ut
perfecte agere bonum et nichil obest agere
malum. Sed quare deus creat vel nasci
permittit quos scit esse dampnandos. Ad
istam autem tribus modis respondetur. Primus
modus a magna insufficiencia perfeccionis. Secundus
modus respondendi a communibus comparationibus refellendo.
Tercius modus respondendi a rationibus et solis
veritatem ascendendo. Primus modus respondendi
a magna insufficiencia perfeccionis. Dicit enim philosophus
quod intellectus noster se habet ad manifestissima
nature sicut oculus nocticoracis ad solem. Intellectus enim
cognitionis nostra est debilis quod nullus philosophus
potuit unquam naturam unius musce perfecte
cognoscere. Unde legitur quod unus philosophus multis
annis in solitudine fecit ut naturam apis co-
gnoscere posset et tamen perfecte cognoscere non valuit.
Si ergo intellectus noster non sufficit cognoscere
manifesta nature quomodo intellectus noster poterit
occulta scire divine. Unde narrat Tullius
de naturis deorum quod quidam rex quesivit quid esset
deus. Et philosophus ad inveniendum terminum po-
stulavit. Cum rex terminum trium dierum dedit.
Quo completo maiorem terminum petiit. Et tunc dierum
maiorem terminum accepit. Et illo completo maiorem
maiorem terminum requisivit. Cum rex dixit: vi-
deo me deludis. Et ille: non facio domine.
Sed deus est tam immensus quod quanto diu de eo plus
cogito tanto in eo plus deficio et quid
dicam non invenio. Secundus modus respondendi est
communibus comparationibus refellendo. Et istum modum
tradidit Jhesus dominus qui ait phariseis
ipsum interrogantibus Math. xxi. Interrogabo
et ego vos unum sermonem etc. Talibus igitur
curiosis questio est reddenda ut cum
non sufficiunt videre ad minima et manifesta
desinant investigare profunda. Dicit Jhesus
ad minimis aliquid questionem proponamus
que adducit Aug. in li. de ci. dei xi. Cum
quomodo cum ea sint lucidissima scilicet oleum
argentum et ignis et nichil habeant in se
nigredinis et nichil det quod non habet. Quomodo
est quod oleum lucidum nigras maculas
effundit. Argentum candidum lineas ni-
gras tingit. Et ignis fulgidus ligna

et paleas nigras facit. Et cera quam tangit
et quod lambit tetricum reddit. Secundo
quantum ad mundum est quod palee tante sunt caliditatis
quod poma cruda et immatura maturat.
Et tante frigiditatis quod nives in media e-
state conservat ne solvat. Cum tamen calidum
et frigidum sint duo contraria et duo contraria
in eodem subiecto esse non possunt. Tertio quantum ad
quandam ficum egyptiacam que si ponatur in aquam
mox fundum petit ibique madefacta et
aqua repleta ad superficiem redit ibique con-
sistit. Quarto ~~petit~~ quantum ad calcem in qua
ignis latens generatur. Et cum naturaliter aqua
ignem extinguat et oleum nutriat, tamen si ei
aqua infundatur in calce mox ipse latens
fervere incipit. Et si oleum adhibeatur mox
ille ignis extinguitur. Quinto quantum ad
adamantem qui nullo ferro frangitur nullo
igne consumitur et tamen sanguine hircino fran-
gi perhibetur. / Dicitur autem quod in ethiopia est quedam
calamita que ferrum non attrahit sed repel-
lit. Et quedam una alia que in uno angulo
ferrum attrahit in alio repellit. Sexto quan-
tum ad duobus fontibus quorum unus est in egypto
in quo faces extinguntur accense et ac-
cenduntur extincte. Alius est apud Gar-
amantes qui in nocte est tam calidus
ut non tangatur. Et in die est tam frigidus
ut non bibatur. In fulmine etiam mira et
stupenda apparent / Dicitur enim esse lapillus
modicus ad unius [?] sagitte et in medio inter
fixo aere conflatur. Dicitur aurum et argentum
in marsupio laneo vel in scrinio lique-
fit et marsupium et scrinium non ledit
et multa alia stupenda facit. Si igitur horum
rationes istorum et similium nequeunt ratione
humana deprehendi … celestia indagare. Tertius
modus videndi est … vitate
ascendo. Primo quod divina prescientia nullam
inferat necessitatem unde Boecius in v de
consolatione. Et ideo eius est quam deus prescit quedam
futura de necessitate ut solem oriri. Quedam
contingenter vel ut hominem currere vel aliquid operari.
Et ideo sol necessario oritur quia sic deus presci-
vit et ordinavit. Et homo voluntarie operatur
quia sic deus prescivit et instituit. Illa igitur
que fiunt a causa naturali operante ventura
sunt de necessitate. Que non sunt a causa libere

operante ventura sunt libere quia sic eventure
deus instituit et prescivit. Secundo valet tale
ponit. Sit alicubi aliquis campus in
quo sit homo paratus ad ambulandum. Alius
autem homo sit ibi super altam speculam
prospiciens futurorum qui moneat eum ne
per viam sinistram intret sed aut per dex-
teram aut saltem per mediam vadat. Et
tamen contemptus sinistram teneat et in la-
trones incidat non fuit culpa spe-
culatoris quia hoc prescivit maxime quia
ammonuit sed illius qui contempsit. Per-
go dici quod via dextera est prima que
ducit ad celum via sinistra est peccatum
quod ducit ad tartarum via media
est prima imperfectorum que ducit ad pur-
gatorium. Deus igitur scit qua via quis
est iturus. Et monet ne per viam sinistram
intret sed aut per dexteram aut saltem
per mediam vadat. Si quis igitur viam peccati
eligit et ad tartarum descendit non deo
videnti et ammonenti sed sibi contempnenti
imputare debet. Quarto quia quilibet
medicinas recipit cum debet sanari quod
est moriturus. Et quia agricola terram
serit et vineam colit quoque debet sint quorum
fructus debeat producere. Sed si nullatenus
medicinam conceperit morte moritur.
Si agricola terram vel vineam non colit
steriles eas habebit quia deus sic futurum
et instituit et prescivit. Quinto … sed quare tamen
vel nasci permittit quos dampnandos
esse cognoscit. Respondet apostolus Romanos ix.
An non habet potestatem figulus conficiendi
massa facere aliud quidem vas in honorem
aliud in contumeliam. Ubi dicit Augustinus. Ideo
utrumque in honorem ne homo meruisse putaretur
… et non utrumque in contumeliam
ut iudicium unum super consulatur. Ad-
… ne dampnatus conqueratur de supplicio
iuste … ne liberatus glorietur super-
be de merito. Adiuta dicit …
Augustinus in Enchiridion. Videt deus quid
cum sit summe bonus non sineret aliquid
esse in operibus suis nisi adeo esset omnipotens

quod de malis bona eliciat possit. Quarto
cum bona maxime de malis hominibus
deus eliciat probatur quia ex hoc boni meli-
ores apparent sicut et album mixtum nigro
potius magis relucet. Augustinus v. de civitate dei.
Illud autem quod malum dicitur bene ordinatum
et suo loco positum eminentius commen-
dat bonum ut magis placeant et
laudabiliora fiant bona dum comparantur
malis. Secundo quia dei iusticia exinde commen-
datur. Cum enim unusquisque vice domini sint
mala et vitas si omnes omnia salua-
rentur non appareret eius iusticia. Et si omnes
condempnaret non appareret eius miseri-
cordia vel si iudex omnibus malefactoribus
parceret non appareret iusticia. Et si nulli
umquam parceret non appareret pius. Tertio
quia per malos iusti et boni corriguntur et ma-
ior eis corona paratur. Si enim mali non
fuissent non christus fuisset occisus et sic homo
non fuisset redemptus non Stephanus fuisset
lapidatus nec alii sancti per martirium
coronati. Gregorius. Quod lima ferro et
fornax auro et flagellum grano hoc facit
tribulatio viro iusto. Quinto quia de malis
sepe sunt sancti nati generati sicut de Esau
natus est sanctus Iob, de Achab malo
Ezechias bonus, de Amon malo Io-
sias sanctus, de [illegible] [illegible] Petrus in-
[illegible] de spinis cum nascitur rosa sed
si spina perderetur nulla rosa peritura
fieret. Ornat [illegible] deus mundum spinas
ut electas suscipiat rosas. Circa
primum ista indigentia eo dicitur quia
quasi omnibus indigentes. Rogerus dicit in-
telligi quod non debemus temporalia querere
ad affluentiam sed ad sublevandam indi-
gentiam aut in nobis aut in aliis. Contra
hoc faciunt gulosi qui non respiciunt
ad necessitatem sed ad voluptatem. Cum tamen dicat
Seneca: Palatum tuum fames excitet
non sapores. Legitur quod dario fugienti
a fratre alexandri et magna siti oppresso
aqua turbida et cadaveribus inquinata
et ad bibendum oblata quam bibens
dixit se numquam bibisse iocundius. Contra
hoc faciunt avari quod nolunt aliorum indi-
gencias supplere sed omnia retinent. Cum tamen
leo et aquila predam soli non comedant sed avibus
et bestiis a longe sequentibus partem relinquant.
Unde Alexander per quandam siluam pergens et
ipse cum exercitu suo siti deficeret et cum pauxillus
aque ei oblatus fuisset ipsam aquam ef-
fundi precepit. Noluit enim plus bibere quam
suis militibus non poterat communicare. Contra
hoc peccatum faciunt superbi qui nullo reputant
se indigere et tamen omnibus indigent. Superbia
enim omnia bona corrodit et folia bonorum
verborum et flores bonarum voluntatum et fructus
bonorum operum. Unde dicitur Ecclesiastici vi. Non te ex-
tollas in cogitatione anime tue velud thaurus
ne forte elidatur virtus tua per stulticiam et folia
tua comedat et fructus tuos perdat et relin-
quaris velud lignum aridum in heremo.

Dominica xvi. Sermo primus. Luce vii° capitulo.

Ibat Ihesus in civitatem que vocatur
Naym. Et ibant cum illo
discipuli eius et turba
copiosa. Cum autem appropinquaret
porte civitatis. Ecce defunctus
efferebatur filius unicus matris sue. Et hec
vidua erat et turba civitatis multa cum illa.
Quam cum vidisset dominus misericordia motus super eam
dixit ei: Noli flere. Et accessit et tetigit
loculum. Hii autem qui portabant steterunt.
Et ait: Adolescens tibi dico surge. Et
resedit qui erat mortuus et cepit loqui
et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes
timor et magnificabant deum dicentes:
Quia propheta magnus surrexit in nobis
et quia deus visitavit plebem suam.
Iste filius vidue defunctus erat et a domo
in monumentum portabatur et iam extra portam
delatus erat et mater vidua eum flebat. Per
istum intelligitur defunctum peccatorem significatur de quo
quinque per ordinem sunt videnda. Primo quare peccator
per peccatorem intelligatur. Secundo quod est monumen-
tum in quo includitur. Tertio qui sunt portitores a quibus
portatur. Quarto que est ista porta per quam defer-
tur. Quinto que est vidua que eum deflet. Circa pri-
mum notandum quod peccator per mortuum intelligitur. Nam sicut
ad instar mortui est frigidus ponderosus
et fetidus. Frigiditas autem causatur in eo
a tribus. Primo a frigida suggestione dyaboli. Secundo
a frigida [illegible] peccati. Tertio ab extinctione ignis

diuini. Secundo quod frigiditas causatur in peccatore
a frigida suggestione dyaboli de quo dicitur Ecclesiastici
xliii. Frigidus ventus aquilo flavit et con-
gelavit cristallus ab aqua. Iste ventus
aquilonaris est temptacio illius qui dixit
Ysaie xiiii. Sedebo in lateribus aquilonis.
Socius temptator frigidam animam quasi esset sicut
cristallus in quantum ad divinum ignem et tanta
tota efficitur gelida. Tercio causatur a frigi-
da natura peccati. Peccatum enim de se frigidum est
cum sit venenum serpentis infernalis quod per
sui frigiditatem calorem cordis extinguit.
De frigiditate autem peccati dicitur Ieremie vi. Sicut
frigidam facit cisterna aquam suam sic fri-
gidam facit maliciam suam. Quarto causatur ab abs-
tinencione ignis divini. Amor enim dei ignis
est. Luce xii. Ignem veni mittere in terram
etc. Istum ignem potius ventus aquilonaris
extinguit. Et ideo animam frigidam relinquit.
Crisostomus. Cui non est ille ignis de quo
dominus: Ignem veni mittere in terram, in yeme
est etiam si fuerit in media estate. Sicut
autem pruina terre frigus constringit ut nec
aliquid germinare permittit. Sic etiam fri-
gus in anima generatum sive a frigida sug-
gestione dyaboli sive a frigida natura peccati
sive ab abstinencione ignis divini sic omnes
bonas affecciones constringit quod nullum
bonum opus nullum bonum apud animam
producere sinit. Ideo dicitur Ecclesiastici xliii. Gelu
sicut salem super terram effundet id est effundi
permittit. Tale enim gelu habet naturam salis
quia animam que prius erat fructifera steri-
lem facit. Psalmus. Terram fructiferam in salsu-
ginem etc. Quinto peccator est ponderosus. Peccatum
enim est ponderosum tamquam plumbum. Zacharie v.
Gregorius. Peccatum quod per penitenciam non diluitur
mox suo pondere ad aliud trahit. Ysaie xliii.
Servire me fecisti in peccatis tuis, prebu-
isti laborem in iniquitatibus tuis. Et ideo quod
subito ad infernum deducit. Job xxi.
In puncto ad inferna descendunt etc. Si
omnes montes essent plumbei et super aliquem
iustum caderent ipsum ad infernum non traherent.

Ysaie xxviii. Philosophus cla-
mabat alta [illegible] Glo
perfecta malicia [illegible]
trata vocat [illegible]
quia deum [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] etc.

Et tamen peccatum sic est ponderosum quod in mo-
mento illum traxit nobilissimum spiritum.
Luce x. Videbam sathanam sicut fulgur
de celo cadentem. Sexto peccator est fetidus.
Est enim cor eius sicut latrina in qua
porci infernales delectabiliter volup-
tantur. Unde demones non petierunt mitti
in columbas que significant simplices vel in agnos
sive oves que significant innocentes vel in
turtures que diligunt castitatem sed in porcos
qui significant immundiciam. Dyabolus enim non ha-
bitat in cordibus simplicium vel innocencium
vel puritatem amancium sed in cordibus super-
borum immundorum et raptorum. Job xl. Sub
umbra dormit id est in corde raptoris
et avari quia ipse divicie fugiunt sicut
umbre. In secreto calami id est in corde su-
perbi qui extimus videtur integer et intus est
vacuus. Et in locis humentibus id est in
cordibus luxuriosorum qui semper natant ac volutantur
in aquis sordidis deliciarum. Septimo videndum
est quod sit monumentum in quo peccator in-
cluditur. Ad quod notandum est sicut dicit Augustinus
de civitate dei. Triplex est mors. Prima est mors
corporis que fit quando ipsum deserit anima.
Et ista est mors nature. Alia est mors anime
que fit quando ipsam deserit deus. Tercia est
mors utriusque scilicet corporis et anime que fit
quando nec anima vivificat corpus nec deus
vivificat animam. Et ista est mors ge-
henne. Iste tres mortes habent tria
monumenta. Primum est materiale. Secundum est
corporale. Tercium est infernale. Primum quod est materiale
in quo sepelitur corpus mortuum. Psalmus. Se-
pulcra eorum domus illorum in eternum. Et
dicitur monumentum secundum Augustinum quia monens men-
tem est a per ipsum aliquibus amonetur ut ipsum
se esse mortalem cognoscat. Ecclesiastici
xxxviii. Memor esto iudicii mei sic
erit et tuum. Secundum est corporale ipsum scilicet
corpus in quo anima iacet sepulta. Quod
quidem licet a foris videatur speciosum
intus tamen videtur plenum spurciciis peccatorum.
Mathei xxiii. Ve vobis scribe et pharisei
ypocrite quia similes estis sepulcris dealbatis
que a foris apparent hominibus speciosa. Q 7

intus autem sunt plena ossibus mor
tuorum et omni spurcitia. Secundum est
monumentum infernale in quo sepellitur
corpus et anima quando ambo sunt mortua
morte eterna. Luc. xvi. Mortuus est
dives et sepultus est in inferno. Tercio
videndum est qui sunt portitores. Et sicut
est triplex mors et triplex monumentum sic etiam
isti portitores triplex distinguuntur. Illi
portitores hominis mortui ad sepul
crum male sunt quatuor elementa ex quibus
est corpus compositum quod tamdiu ad in
vicem pugnant donec in corpore dissolu
cionem inducant. Ibi tamen dominus multum
posuit de terra et parum de ceteris elementis.
Elementum cum aqua in humoribus et sangui
nibus apparet. Elementum aeris in aspira
cione et respiracione flatus. Elementum
ignis in calore naturali. Elementum terre
in carne nervis et ossibus. Et sic
patet quod multo plus ibi posuit de e
lemento terre quam ceterorum. Si enim ibi po
suisset multum de igne homo fuisset nimis
iracundus vel avarus. Si multum de a
ere fuisset nimis superbus. Si multum
de aqua fuisset nimis libidinosus. Sed
multum ibi posuit de terra que est elementum
infimum ut homo non superbiat sed in
humilitate consistat. Portitores autem anime
mortue ad monumentum corporale sunt
quatuor qui animam in peccato perseverare
faciunt. Primus est fiducia longioris vite
que tamen hominem sepe decipit. Unde Ysa.
xxxviii dicitur. Dum adhuc ordirer suc
cidit me. Secundus est confidencia culpe dilac
ione. Eccl. xxxii. Homo peccator vitabit
correctionem et secundum voluntatem suam inveniet
comparacionem. Tercius est fiducia de venia
qua homo decipit contra illud Eccl. v. Ne dicas miseracio dei ma
gna est multitudinis peccatorum meorum
miserebitur. Quartus est adulacio blanda
Ysa. iii. Popule meus qui te beatum di
cunt ipsi te decipiunt. Portitores
corporis et anime ad sepulturam infernale
sunt demones. Ambro. super Lucam. Sunt quatuor

spiritualia elementa. Quod cum illuc portatur
aeria sic avari pro appetitu terrenorum. Alii
aliquando pro appetitu divinarum sic luxuriosi.
Alii abacie pro appetitu ablationum sicut
superbi. Alii aliquando pro ira et odium sic ira
cundi. Quarto videndum est que sint porta per
quas mortuus effertur. Et que sunt sensus quinque.
aliquando de quibus corporis sepelitur. Illa que videt
illicite ad concupiscendum eam mortuum effert
sicut per portam visus. Qui ad aures detrac
tionibus et linguam litigiis accomodat
mortuus effertur per portam oris et auditus.
Et ideo ad istas portas sunt custodes ad
hibendi. Illa ad portam visus ponenda est
pactum mutua. Debet enim cor et oculus ad
invicem pactum facere quod si cor non diligit
oculum ad aliqua illicita. Et quod oculus non
renunciabit cordi aliqua vana. Job xxxi.
Pepigi pactum cum oculis meis ut nec cogi
tarem quidem de virgine. Ad portam auditus
ponenda est sepes spinea id est reprehensio dur
a. Eccl. xxviii. Sepi aures tuas spinis
et noli audire linguam nequam. Prov. xxv.
Ventus aquilo dissipat pluvias et fa
cies tristis linguam detrahentem. Iohannes ad
rusticum monachum. Nec sagitta que mittitur
contra duram materiam non intrat quin mittentem
revertitur et vulnerat vulnerantem. Ita detrac
tor cum tristem faciem viderit audientis illico con
ticescit pallet vultus heret sermo arent
labia saliva siccatur. Istas tales spinas
etiam pharisei aliquando opponebant. Diogenes
cum quidam referret quoddam malum ab
amico platonem aut dubium est an amicus hoc
dixerit. Certum est ait quod tu male dicis tu
testes quidam dicenti. Ille hoc malum
dixit de te aut. Ista de me hoc dixit sed de
illo quod hoc in se habere teneris sit. Ad portam
oris ponendum est hostium ut quando expedit
aperiatur et quando non expedit clausum teneatur.
Ponenda est stateria ut verba ponderata
proferantur. Ponendum est frenum ut asperi
tatem lingua regatur. Contra doctrina contra.
Eccl. xviii. Ori tuo facias hostia et
verbis tuis facito stateram et frenos ori

tuos tertios. Secundo videndum est quis sit ista
vidua cuius mortuus defertur. Secundum Glo.
Ista vidua est ecclesia que sponso suo penitus
viduata filios suos plorat quos ad mor
tem ire conspicit. Matth. xx. Rachel plo
rans filios suos etc. Sic plorabat
paulus dicens Gal. iiii. Filioli mei
quos iterum parturio donec formetur Christus in
vobis. Notandum est autem quod tres planctus circa
mortuos fieri consueverunt. Unus fit dum ad
huc mortuus est in domo. Alius dum de
fertur extra domum. Tertius est cum defertur
ad tumulum et sepelitur. Sic mortuus est
in domo qui peccatum est adhuc in corde. Sic
defertur extra domum qui procedit in actum.
Sic sepelitur qui mole terre i. consuetudinis
premitur. Fletus est contra peccatorem qui est
in peccato male voluntatis. Fletus est quando procedit
ad actum mali operis. Fletus est quando est in peccato
consuetudinis. Iste tres differentie peccatorum per
isti tres planctus signati sunt per tres mor
tuos quos Christus suscitavit in quibus omnibus
fuit planctus. Suscitavit enim puellam
in domo. Et significat peccatum in corde. Et ibi fuit
planctus unde dicitur Marc. v. Vidit istos tu
multum et flentes et eiulantes multum etc.
Suscitavit adolescentem platum extra domum
ut habetur hic. Et significat peccatum quod processit
in actum. Et hic fuit iste fletus quia multum
flebat. Suscitavit Lazarum iam sepultum
et fetidum. Et significat peccatum consuetudinis.
Et ibi fuit magnus fletus. Nam flebat Martha
flebat Magdalena flebant iudei et flebat Christus.
Quia isti tales maiori fletu indigent
quam primi vel secundi. Sicut medici circa periculose
mortuum faciunt tres non planctus sed plan
ctus sanctus et planctum magnum qui peccat
in domo i. in corde suo maiorem qui peccat
in actu maximum qui per consuetudinem sepelitur.
Treni ii. Aperuerunt super te os suum
omnes inimici tui. Hoc pertinet ad planctum
pro peccato cordis. Sibilaverunt et fremu
erunt dentibus. Hoc pertinet ad planctum
pro peccato operis. Et dixerunt devoravimus
eam en ista est dies quam expectabamus
invenimus vidimus hoc pertinet ad planctum pro peccato consuetudinis.

Adolescens tibi dico De eodem
surge etc. Hic per istum sermo
defunctum significatur anima in peccatis tertius
peccatoris quodam. Sic per istud Luc.
suscitatum significatur salus spiritualis per vii.o
meritis cuius pro. Cuius suscitationis ca.
et conversionis quedam sunt inductiva p.
quedam sunt effectiva quedam conservativa
et quedam consecutiva. Circa primum quedam
sunt inductiva. Et ista sunt duo scilicet
compassio vidue et penitentia turbe.
Primo igitur quod induxit Christum ad ipsum re
suscitandum fuit compassio vidue. Unde
dicitur. Quam cum vidisset dominus misericordia motus
est etc. Ista compassio vidue significat com
passionem peccatricis anime quam Christus
super eam gerit et tamquam pater benignus
sibi consolationem infundit. ii. Cor.
i.o Benedictus deus et pater domini nostri Ihesu
Christi pater misericordiarum et deus totius consolationis
etc. Et vocat hic apostolus deum duobus no
minibus scilicet deum domini et patrem. Nam secundum
triplicem temporis varietatem asseritur et sic
triplici denominatione. In statu enim legis nature
vocatur deus. Unde dicitur Gen. primo. In
principio creavit deus celum et terram. Et hoc
est quia tunc erat tempus instruendi homines
in unius veri dei cognitionem. Deus enim ut
dicit damascenus dicitur a theos quod est videns
sive cognoscens quia primum nos cognoscere
fecit. In statu legis scripte vocatur
dominus. Unde sepe dicebat. Ego dominus.
Et hoc est quia tunc tempus erat terrendi ho
mines in timore domini ei nomen est terribile.
In statu enim legis evangelice sepe vocatur
pater. Unde in oratione dominica non dicitur domine
noster vel deus noster sed pater noster. Et hoc est
quia nunc est tempus convertendi filios in amore
patris ei nomen est amoris. Ro. viii. Non
enim accepistis spiritum servitutis iterum in
timore sed accepistis spiritum adoptionis
filiorum etc. Secundum inductivum fuit penitentia
turbe. Nam et Christus erat multitudo copi
osa et cum vidua simul turba multa. Et
ideo secundum Glo. Christus inductus fuit facere

·131·

p^m

ibi miraculum coram illis ut illi crederent
et istius miraculi testes essent. Quod notandum
quod suscitatio filie archisinagogi facta est
circa initium. Suscitatio autem istius facta
est parte turba et parte multitudine. Et su-
scitatio lazari circa medium et duravit
longo tempore quia longo tempore vixit et longam
penitentiam fecit. Per puellam que in domo su-
scitata intelligitur peccator occultus qui quando
deum offendit. Per iuvenem extra domum in-
telligitur peccator manifestus qui deum offen-
dit et proximum scandalizat. Per lazarum autem
quatriduanum et fetidum intelligitur peccator
consuetudinarius qui deum offendit et
proximum scandalizavit et deum a se nimium
elongavit. Peccator igitur occultus debet facere
penitentiam in occulto ut placeat deo. Peccator
manifestus debet facere penitentiam manifestam
ut placeat deo et edificet proximum. Peccator
autem consuetudinarius debet facere penitentiam ma-
nifestam et diuturnam ut placeat deo et edi-
ficet proximum et paulatim possit appropinquare
ad deum. Quarto in ista resuscitatione
fuit quedam consimilis quod quando fuerunt duo scilicet
tactus loculi et iussio precepti. De primo dicitur
accessit et tetigit loculum. Tunc dominus
loculum tangit quando cor duri peccatoris
ad penitentiam emollit. Loculus enim iste est
consuetudo peccatoris in qua tanquam in lecto male
requiescit. Est autem loculus iste spinosus.
Et tunc in ipso requiescunt avari. Job
xxx. Esse sub sentibus delicias computabant.
Est lutosus et tunc requiescunt voluptuosi
ii. pe. ii. Sus lota in volutabro
luti etc. Et ventosus. Et tunc in ipso requie-
scunt superbi. Ie. xxii. Omnes pastores
tuos pascit ventus. Ecce quanta crudelitas
est requiescere in lecto spinoso, lutoso et
ventoso. Sed accedit dominus et tangit locu-
lum dum peccatorem ad penitentiam tangendo reducat.
Et tunc iste loculus qui prius erat spinosus
per punctiones viciorum efficitur floridus per
amenitatem virtutum. Cant. primo. Lectulus noster
floridus. Qui autem prius erat fetidus
efficitur odoriferus per puritatem in vitam.
Cant. v. Vinee florentes odorem dederunt.

Odor enim unguentorum homines recreat, serpentes
fugat. Unde et odor castitatis delectat deum
et homines et fugat serpentes infernales. Qui
prius erat ventosus per inquietudinem efficitur
quietus per pacis tranquillitatem. Et Ys. xlviii.
In sermone eius silebit ventus cogitatione
sua id est sapientia sua placabit abissum, id est cor
peccatoris confusum. Quantum ad effectum duplicis resu-
scitationis fuit iussio precepti cum ait adole-
scens tibi dico surge. Ista autem est duplex
inspiratio de qua dicitur Ephes. v. Surge qui dor-
mis et exsurge a mortuis et illuminabit te
Christus. Duplex quippe est inspiratio. Excitat dor-
mientem; Jo. dicitur: Surge qui dormis. Vivifi-
cat mortuum; Jo. dicitur: Et exsurge a mortuis.
Et illuminat ignorantem; Jo. sequitur: Et illuminabit
te Christus. Est enim Christus via veritas et vita ut dicitur
Joh. xiiii. Est via per quam homo ad celum vadit.
Est veritas que hominem ne erret deducit.
Est vita in qua homo tanquam ad terminum
pervenit. Quia igitur est via excitat dormientem
ut surgat et per viam vadat. Quia est veritas
deducat ignorantem ne per devia incedat.
Quia est vita vivificat mortuum ut ad
vitam eternam perveniat. Tertio in ipsa suscita-
tione fuit quedam consimilis id est quedam per quam con-
ditur quod fuit vere suscitatus. Et scilicet sunt duo
scilicet sessio et locutio. De primo dicitur: Et resedit qui
erat mortuus. Non dicitur quod stetit vel ambula-
vit sed quod resedit. Iacendo toto corpore
laborat. Incedendo partim laborat et partim
quiescit. Sedendo autem toto quiescit. Illi
stant qui circa curas temporalium nimium laborant.
Illi iacent qui a bonis operibus nimis torpent.
Neutri istorum vere sunt suscitati. Illi sedent
qui dediti sunt et laboribus actionis et quieti
contemplationis. Isti sunt vere resuscitati. Tales
qui habent utramque vitam scilicet activam et contem-
plativam debent se deo per devotam orationem et proximo
per laboriosam operationem et sibi ipsis per similem
recogitationem. Et sic habent officium vel officia
Magdalene, Marthe et Lazari Bethanie. Maria
est ut Maria pie et fideliter serviat de-
o. Martha benigne et misericorditer de pro-
ximo. Lazarus inspiciat humiliter de seipso.
Quarto peccator dicitur suscitatus quando quod conveniat lege

Verba mundi vel verba pecti magis loqui
verba dei Sic ei videbatur se esse cive
babilonie Sic nunc se videtur esse cive
ierusalem timetur supponere Adligwagium
eius quod quis loquitur videtur quam similiter quibus
praestare. Unde dicitur sunt petri Matthaei xxvi
Vere et tu ex illis es nam et loquela tua ma
nifestum te facit. Qui enim loquitur verba mundi ostendit
quod sit professus civilitatis mundi Johannis iii. Qui
de terra est de terra loquitur. Qui loquitur verba pecti
ostendit quod sit professus civilitatis inferni Jacobi
iii. lingua ignis est inflammata a gehenna
etc. Qui loquitur verba dei indicat quod sit professus
civilitatem paradisi Unde dominus qui loquebatur
verba dei conquerebatur de iudeis dicens Johannis viii.
Cur loquelam meam non cognoscitis etc.
Certo in ipsa repistitatione fuit quaedam
competentia scilicet quaedam quae ad ipsum miraculum
competit quia quidem fuit duo scilicet gratia et dei
laudatio Unde dicitur Accepit autem omnes timor
et magnificabat deum etc. Ita sicut dicit Augustinus
Nemo donis dei est bonus qui donati oi
sunt ingratus Qualiter autem deus laudetur
ostendit Augustinus in libro I. Samuel in principio dicit dominus
Si sanus iniquus non me laudas Si sanus
quam iustus et de iustitia inflatus non me lau
das Si lingua tua vita et cogitatione concordet
me laudas Melius est tacere et bene facere
quam deum laudare et peccata committere Ergo
fratres toti laudate cantet vox cantet
vita cantet facta Sicut et vestri fides et cogitatio
Et hoc nos tibi dicimus Propheta magnus sur
rexit in nobis etc. Et vocat Christum prophetam
magnum et visitatorem ... sunt autem Christus
magnus propheta quia sunt verba prophetie et
sapientie Johannis viii. Nunquam sic locutus est homo
Sunt miracula magna potentie Actuum x. Qui
pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppres
sos a diabolo Sunt opera magna sanctitatis et vite
Matthaei xi. Discite a me quia mitis sum et hu
milis corde etc. hic vel. Qui sunt vir
propheta potens in omni opere quo ad miracula
et sermone quo ad verba coram deo et omni
populo Et ad opera sunt et visitator in
hoc scilicet Visitavit nos oriens ex alto
In cuius figura dixit ei pater scilicet Regum xvii.

Fratres tuos visitabis si recte agant et
cum quibus ordinati sint. Iste visitato
res ei offeruntur et inquirere de vita Et ideo
dicit Si recte agant Inquirere de fama
Et ideo dicit Cum quibus ordinati sunt Iste
Et ista facere debet potestatis sua Ideo
premittitur fratres tuos Christus ad nos
visitandos venies Et inquirens de vita
invenit in nobis mala opera Johannis iii.
Erat autem eorum mala opera Inquirens
de fama invenit quod eramus demonibus
associati Job xxx. Frater fui draconum
et socius strutionum etc. Ideoque iste visi
tator opera sua dissolvit scilicet Johannis iii.
In hoc apparuit filius dei ut dissolvat
opera diaboli Ipsum diabolum nobis associatum
de mundo eiecit Johannis xii. Nunc iudicium
est mundi Nunc princeps huius mundi eicie
tur foras Ista autem non fecit tanquam tirannus
sed tanquam scilicet veterinus propheta Narrabo
nomen tuum fratribus meis etc. De eodem
Et hec vidua erat etc. primo
Mulier ista de morte tertia
filii sui multum dolebat ratio
Et ideo lamentabiliter eum flebat ...
Dolor autem eius quadrupliciter ampliabatur quia
videlicet Hoc eo quod erat mulier Et eo
quod erat mater Et eo quod erat vidua
mater Et eo quod erat unici mater Primo ei
ampliabatur dolor eo quod erat mulier
Naturaliter enim mulieres magis timent et ma
gis compatiuntur quam viri eo quod sunt
carne molles Unde mulier quasi mollior
dicta Ideo scilicet Isidorus in libro de animalibus
Inde genus animalium scilicet molliores
quam masculi preter ursa et leoparda quam
invenitur aliquod mulier fortior et dura
non potest dici scilicet Sed ursa et leoparda
Mulier naturaliter et frigida et humida Et
ideo de facili est passibilis et compassibilis
Vir autem naturaliter est calidus et siccus Et ideo
non sic de facili patitur et compatitur Et
ideo in filii morte et adversitate naturaliter plus
dolet mater quam pater. Hoc eo quod est magis
mollis et compassibilis In filii autem honore
et sublimitate naturaliter plus gaudet pater
quam mater quia est magis magnanimus Istud
apte innuitur Proverbiorum x. Filius sapiens

letificat patrem. Filius autem stultus mesticia est matris sue. De filio autem sapiente et bono patri habet leticia mater vana gloriam, de filio vero stulto et malo mater habet tristiciam patri habet ira Prov. xvii. Ira patris filius stultus et dolor matris que genuit eum. Ex[emplum]. Quidam cabalarius dolor eius commo co quod erat mater. Naturaliter enim mater plus diligit filium quam pater. Et ideo plus de morte eius contristatur vel de amissione eius. Vel quia magis diligimus magis contristamur. Quare autem mater plus diligat filium quam pater multe sunt cause. Prima causa est quia naturaliter mulier plus habet defectus quam vir. Quia ergo quidem defectus relevantur quando ab ipsa filii generantur. Unde multe mulieres que a viris odiuntur, tamen propter filios quos generant diliguntur. Et ideo mulier propter filiorum generacionem se in suis defectibus relevari sentiens et animo plus quod sibi diligi vehementer amat eos. Secunda causa est quia illud eciam quod plus laboramus plus diligimus. Mater autem plus laborat circa filios quam pater, scilicet tamen in portando quam in pariendo, quam eciam in educando. Tercia causa est quia illa res plus diligimus quam certitudinaliter magis esse scimus. Mater autem pro certo scit quod filius de se generatur. Similiter autem et si credat tamen certum non est quod sit de suo semine generatus. Quarta causa est quia illa res plus diligimus in qua magis nos esse scimus. Sed scimus plurimum maiorem porcionem esse de substancia matris in corpore filii quam de substancia patris. Quinta causa est quia sicut dicit Augustinus libro de civitate dei consuevit condicionaliter colloquendi et consolandi causa. Ac cum filiis magis consuevit consuetudine colloqui et consolari eum. Unde eciam mater plus diligat filium quam pater. Tamen naturaliter filius plus amat patrem quam matrem. Et una ratio est quia pater est principium effectivum et formale in filii generacione. Alia est quia filius sequitur patrem in omnibus bonis suis et de ratione. Tercia ratio est quia partus sequitur ventrem quo ad libertatem et servitutem, ita quod natus de ancilla matre et libero patre erit servus. Natus vero ex servo patre et libera matre erit liber. In honoribus autem et muneribus et dignitatibus partus sequitur patrem. Unde si rex generat cum aliqua plebea filius qui nascitur dignitatem habet regalem. Filius tamen plus diligit patrem quam matrem, tum quia ab ipso recipit formam, tum quia ab ipso est dignitatem, et honorem, tum quia ab ipso expectat omnium bonorum successionem. Pater tamen et mater plus diligunt filios quam diliguntur a filiis. Et huius ratio est quia parentes dicunt sua propria. Debent filiis suis corporalia, propter quod filii ad parentibus in generacione nichil debent. Et ideo parentes diligunt filios suos ut opera sua et tamquam sua et ut membra sua. Videmus eciam quod humor arboris fluit a radice in ramos non econverso. Sic eciam amor a patre qui est radix magis fluit in filium tamquam in ramum non econverso. Ex[emplum]. Cum ... causabatur eius dolor, eo quod erat vidua. Mater. Vidue enim sepe decipiuntur quia sunt sine viro consolatore. Unde dicitur Mathei xxiii. Devorat domos viduarum sub obtentu prolixe oracionis. Sepe molestantur quia sunt sine viro defensore. Ysaie x. Essent vidue preda eorum. Ideo dicitur Ysaie primo: Defendite viduam. Sepe sunt in tristicia quia sunt sine viro consolatore. Et ideo quandoque pecunie est contristatus et tamen contristari velle. Thess. iiii. Nolite contristari. Et magnum meritum est eas consolari. Job xxix. Cor vidue consolatus sum. Et Jacobi primo. Religio munda et inmaculata apud deum et patrem hec est visitare pupillos et viduas in tribulacione eorum. Secundo. Vidue filios amittunt multo dolore compaciuntur, quia remanserat eis loco viri consolatoris. Aliquando tamen expedit viduis viro et filiis carere, quia magis libere possunt deo servire. Unde dicit Iheronimus in epistola ad Paulam. Sancta Melania calesti re adhuc viri corpusculo tepido humato, duos filios perdidit, et ad pedes Christi domini advoluta ait: Expedicius tibi servitura sum domine quia a tanto honore me liberasti. Debet autem ipse vidue tamen fugere sive vicia scilicet ociositate loquacitate et curiositate, de quibus dicit Paulus ad Thimotheum v. Simul et ociose discunt circuire domos non solum ociose sed et verbose et curiose. Primo non debet esse ociose. Iheronimus. Semper aliquid boni facito ut te dyabolus inveniat occupatum. Ezechielis xvi. Hec fuit iniquitas Sodome sororis tue superbia, saturitas panis et habundancia et ocium. Paulus ad Thimotheum v. Vidua que in deliciis est vivens mortua est, licet enim sit vivens in corpore tamen mortua est in mente. Unde dicit Agellius quod corpus hominis est per formam

Ex[emplum]

instrumentum quod si operetur conteritur. Si autem non
operetur rubigine corrumpitur. Si enim corpus in
ieiuniis et vigiliis operetur debilitatem
incurrit. Si non corpore marcessit. Ideo
est ut ipsum laborando conteratur quam inhercia
consumatur. Octavo non debet esse verbosa. Vidua
enim cum verbositas sit reprehensibilis in omni
persona tamen in feminis et maxime in viduis.
Ista sunt Crisostomus ait mulieres sunt in tantum mol
les et fragiles. Et quod incantatione cito decipi
untur. Ideo quod ea que audiunt tenere non
distinguunt. Quia non sunt molles ideo ad
bonum et ad malum cito flectuntur. Quia vero
sunt fragiles ideo de facili superantur. Unde
dyabolus non est aggressus virum sed adam per
mulierem sed evam sciens quod multo facilius
decipitur. Ideo quod est persona imbecillior. Et cito
flectetur. Ideo quod est persona mollior et
facilius vincetur. Ideo quod est persona fra
gilior. Nono non debet esse curiosa. Vidua
non debet de domo in domum currere sed
quiete in domo manere aut in ecclesia orare.
Prima thimotheo v. capitulo. Que vere vidua est et desolata
speret in deum et instet obsecracionibus et ora
tionibus nocte ac die. Iste enim debent naturam
avium que turtur amisso compari suo stat
in yeme in nido in estate non transit ad
loca frigida. Sic vidua in yeme id est in
vita presenti in qua est frigus peccati et caritatis
ignis divini et sufflatio mali venti id est dya
boli temptationis debet morari in nido domus
sue non discurrendo vel vagando more dine
filie iacob que quia discurrit corrupta est. Capitulo
Sic in nido suo contineat se ipsam sed nidando
ut possit dicere Job. Capitulo In lectulo meo
flore...dus. Sic in nido suo contineat orationibus
sed insistendo. Decimo autem vidue debent sic
luere. Ideo Si non potest in carne aliquem
malum calorem tunc pergat ad loca frigida
hoc est assumat remedia refrigerancia
scilicet maceraciones carnis castitatem commendere
Unde vir tenens me... et cor ... Psalmi
David lacrimarum contrition... ...
Et tunc poterit dicere cum psalmista Transivimus
per ignem et aquam et eduxisti nos in refri
gerium. Nichilominus tamen vadat semper
ad ignem ubi divini refrigerabitur. Ecclesiastici
Nonne ardorem refrigerabit ros sic
et verbum melius quam datum. Certo cau
sabatur cum dolor ideo quod sit vinci tam

Ideo et alius filius se reniasset quam ipsam
alteret vel invitet. Hic quippe ad filios
spectat scilicet parentes nutrire et fovere. Ideo
quod indicitur precepto Exodi xx. Honora
patrem tuum et matrem tuam. Et intelligitur non tamen
de honore reverencie sed etiam beneficencie.
Ideo quia plus movet facta quam verba ideo indu
citur exemplo. Dominus qui de matre curam habuit.
Et in vita sua obediendo. Luce ii. Erat subditus
illis. Et in morte Johanni ipsam recommendando. Et post mortem se appendo.
Quia non multo plus inducat premissa
quam exempla vel verba ideo dominus premissione
nos inducat et cum precepto supradicto
premissione addidit dominus. Ut sis lon
gevus super terram. Et intelligitur non tamen
de terra morientium sed etiam viventium. Ideo
quia aliqui sunt duri quos plus movent
comminata supplicia quam verba et exempla
sive premissa ideo dominus comminatorie factum
dominus Exodi xxi. Qui maledixerit patri
suo vel matri morte moriatur. Et intelligitur
non tamen de morte temporali sed etiam de morte
eterna. Ideo dato quod deficiat omnia verba
et exempla et premissa et comminationes adhuc
inducimur exemplo et instinctu nature. Et super
hoc Valerius tale exemplum ponit libro v. capitulo iiii.
Et dicit quod quedam mulier nobilis ob quoddam
flagicium fuisset carceri mancipata ut
ibi fame deficeret. Filia sua impetra
ta licentia indicis ipsam cottidie vi
sitabat. Prius tamen custodes eam dili
genter scrutabantur ne aliquid comestibile
sibi deferret. Illa non cotidie ubere suo
diebus de lacte proprio matrem alebat. Cum
non ...o miraretur quod tam diu super vivit
repertum est quod fiebat. Tunc mater pie
motus matrem filie condonavit. Ille re
pora refert plinius de quodam patre senes
et gaudens tali a filia in carcere sustentata.
Tercio sicut exemplum ponit dominus quod eciam
in senectute filii parentes suos in nido
ponunt et vel infantes in ... pectus
suum collocant fovent et nutriunt. Sol
vultures parentes suos mori permittunt.
Tercium exemplum ponit dominus quod cum dani ...
fines civitatum invasissent miserunt
ad civitatem que depopulatione agrorum
et vinearum tollerarent. Sed si sepulcra
parentum contingerent tunc civitatem parerent

Valerius capitulo
...

Dominica xvii (post Trinitatem?) — Sermo primus — Luc. xiv c.

et vires sentires. Quia peccatorum defensio non se morti opponere sunt parati etc.

Cum intraret Jhesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem et ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus erat ante illum. Et respondens Jhesus dixit ad legisperitos et phariseos dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet et non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autem et ad invitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos: Cum invitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco ne forte honoratior te sit invitatus ab eo. Et veniens is qui te et illum vocavit dicat tibi: Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade, recumbe in novissimo loco ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur.

Christus cum secundum Glo. doceret et curabat in sabbato sive ut phariseos qui ad sabbatum quiescebant lucri faceret sive ut in sabbato celestis quietis omnes infirmitates curandas esse ostenderet sive ut instruendo agere contemplationis pro salute aliorum nos subtrahendos esse doceret. Ideo ad manducandum cum isto principe sabbato intrat non propter cibum sed propter aliorum lucra. Ubi etiam istum ydropicum in corpore et in mente sanavit et curavit. Circa cuius curationem fuit tam videlicet. Nam ex parte phariseorum fuit magna malicia. Ex parte autem ydropici fuit magna miseria. Ex parte vero Christi fuit magna misericordia. Malicia autem phariseorum fuit multiplex. Prima malicia eorum fuit in hoc quod eum observabant. Secunda eorum malicia erat in hoc quod tacebant. Tertia eorum malicia erat in hoc quod plus de animalibus quam de suis animabus curabant. Primo enim malicia phariseorum fuit in hoc quod eum observabant, si videlicet sabbatho curaret ut sic possent ei dicere quod sabbatum solueret. Magna malicia quia eum pascebat et insidias operabant. Cum eo comedebat et ipsum mordere volebat. Tales sunt multi qui alios pascunt cibis corporalibus et tamen vescuntur eorum carnibus. Prov. xxiii: Noli esse in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt. Glo.: Carnes ad vescendum conferre est in collocutione vicissim vitia proximorum dicere. Gal. v: Quod si invicem mordetis et comeditis videte ne ab invicem consumamini. Ille mordet qui partem accipit et partem relinquit. Ille comedit qui accipit quod sibi sufficit et reliquum dimittit. Ille consumit qui nichil relinquit. Pharisei autem vero aliquando mordebant ipsum in aliquo laudando et in aliquo reprehendendo. Iuxta illud Mt. ix: Cum eo publicanis et peccatoribus manducat et bibit. Luc. vii: In hoc quod in gratiam eum vocat ipsum laudat, sed in hoc eum reprehendunt quod cum peccatoribus manducabat. Aliquando ipsum manducabat eius opera pervertendo, eo quod in sabbato ea faciebat. Ioh. ix: Non est hic homo a Deo qui sabbatum non custodit. Aliquando ipsum consumebat totam vitam suam condempnando. Mt. xi: Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus. Sunt etiam multi qui alios in parte laudant et in parte vituperant. Isti mordent. Alii sunt qui omnia bona opera in malis pervertunt. Isti comedunt. Alii sunt qui etiam opera iudicant et intencionem condempnant. Isti consumunt.

Secunda eorum malicia in hoc erat quod tacebant. Cum enim eos Dominus interrogaret an liceret sabbato curare ipsi tacuerunt. Quia ut dicit Beda merito dixisset

tunc sapores sensus. Nam si licet sabbo
curare quare cum sec. xpus observabat. Si
non licet quare quare peccata curabat. Et
tamen isti tacebant contumacia procedebat.
Sed nota quod aliquid bonum est tacere. Ali
quid bonum est videre. Bonum quidem est tace
re iuxta sapientem Eccli. xx. Est tacens
qui invenitur sapiens et est odiosus qui procax
est ad loquendum. Et est tacens sciens tempus
apti temporis. Aliquid vane ... Et ibidem
Est tacens non habens sensum loquele. Aliud
vane patie[...] Ps. Posui ori meo custo
diam cum consisteret peccator adversum me.
Aliquid bonum est videre Prov. xxvi. Responde
stulto iuxta stultitiam suam ne sibi sapiens
videatur. Et tamen dicitur ibidem Ne respondeas stulto
iuxta stultitiam suam ne efficiaris ei similis.
Modo est ei respondendum stulto stulte id est dis
crete et impacienter sed discrete et patienter.
Unde etiam pharisei maledictionibus sibi
respondebant sed sapienter. Demosthenes ei
cuidam maledicenti sibi ait Ut tu li
gwe tue sic ego aurium mearum domi
nus sum. Antisthenes etiam cuidam sibi dicenti
homines de te mala loquuntur ait Impe
rium est hoc pati inferiorum dicere. Crates
phylosophus etiam cuidam maledicenti ei ait
Tu didicisti male dicere ego teste con
sciencia didici maledicta contempnere. Co
malus corporum hoc erat quod plus de suis
animalibus quam de suis animabus curabat. Unde
notatur cum dicitur Cuius vestrum asinus aut bos
in puteum cadet. Sic sunt multi prelati qui
de minimis magnam curam habent de ma
gnis autem parvam vel nullam. Iob enim
passus est dampna rerum corporis cruciatum et
mortem filiorum et tamen non scidit vestimenta
sua nisi in morte filiorum. Nam in dampno
rerum audita patientiam ... dominus dedit
dominus abstulit etc. In cruciatu autem corporis
audito non tantum patientiam sed etiam humilitatis
magna tenditur. Cum testa saniem rade
bat sedens in sterquilinio. In morte
non filiorum audita magna est tristicia. Sed
prelati magis curant de decimarum subtractione
de iniuriarum irrogatione quam de subditorum
perdicione. Crisostomus. Si populus decimas
non obtulerint murmurant omnes. Sed si
populum peccare viderint nemo mur
murat contra eos. Omnes de suo honore
solliciti sunt de honore autem dei nullus.
Bulgar. Cadit asina et est qui sub
levet perit anima et non est qui recogitet.

Tercio corporis ydropici fuit magna
inspectura ydropicus enim secundum Bedam
tres habet miserias quas etiam tangit
in Glo. scilicet Inflationem ventris. Ardo
rem sitis. Et exalationem fetoris. Pro
primo scilicet inflationem ventris per quem intelligitur
superbia Sap. iiii. Disrumpet illos
inflatos sine voce scilicet deprecationis
vel excusationis. Et dicit disrumpet
id est in diversas partibus rumpet. Nam a principio
ri rumpet eos malleus divine sen
tencie qua dicitur Mt. xxv. Discedite a me
maledicti etc. Iere. xxiii. Nonne verba
mea quasi malleus conterens petras. Ab
inferiori rumpet eos malleus vo
racis gehenne Iob xxxi. Ignis est
usque ad consumptionem devorans etc. Ab
interiori rumpet eos malleus conscientie
remordentis ... Vermis eorum non
morietur. Ab exteriori malleus persecu
cionis demonum Prov. xix. Parata sunt
derisoribus iudicia et mallei percuti
entes stultorum corporibus. Minimus est ei
est dum quis non frangitur in contemplacione
istorum malleorum. Augustinus. Hec insaciabi
lis duricia ad quam confringendam lo
nec sunt quidem mallei. O insuperabi
lis torpor ad quem excitandum obtu
si sunt tam acuti aculei. O delectabilis
sapor ad quem excitandum vanum est
talium terribile tonitruum. Secundo ydropi
cus habet ardorem sitis per quam intelligitur
avaricia. Avarus enim talem ardorem sitis
quod quanto plus bibit tanto plus bibere
cupit. Ioh. iiii. Omnis qui biberit
ex hac aqua siciet iterum. Poeta. Sic
quibus intumuit ... suffusa abunda
... non plus sitit potest plus sciunt aque.
Tam ardentem sitim quod aqua turbida
vel sentina id est peccata iniuste acquisita
dulcior sapit sibi Iere. ii. Quid

tibi in via egipti ut bibas aquam tur
bidam. Jer. ii. Aque sunt tunc dulciores
sunt. Tam ardenter sitit quod sanguinem
pauperum bibit. Ecc. xxxiiii. Panis
egencium vita pauperis est qui defrau
dat illum homo sanguinis est. Tercio ydropicus
patitur exalacionem fetoris per quem intelli
gitur quod eciam fetet coram deo. Joel. ii.
Ascendet fetor eius et ascendet putredo
eius quia superbe egit. Gen. xviii.
Clamor sodomorum et gomorre multi
plicatus est et peccatum eorum aggravatum est
nimis. Ille autem clamor non est nisi pec
catorum fetor. Est autem quidam fetor tol
lerabilis qui tamen corruptus et fetida cau
satur. vel si condimentis rebus tamen levis est
fetor. Vel si grauis tamen cito deficiat.
Qui non causatur condimentis rebus fetidis
et est fetor grauis et diuturnus et est in
tollerabilis fetor id est illorum causabatur
ex multis peccatis ideo dicitur. Clamor sodo
morum et gomorre multiplicatus est ni
mis. Erat grauis ideo sequitur. Et peccatum
eorum aggravatum est. Erat nimis et di
uturnus ideo dicitur nimis. Talis fetor se
quitur de celo descendet. Ideo sequitur descen
dam et videbo etc. Tamquam si deus diceret
Recessi de domo mea propter fetorem quem
senciebam. Iste fetor est eciam hodie in mundo
qui quidem causatur ex multis peccatis. Quorum
primo chaldei et medi et humani
diu et sunt in mundo. Causatur
autem ex corporibus plurimorum putredis. Ysa.
xxxiiii. De cadaueribus eorum ascendet
fetor etc. Est eciam diuturnus quia usque
ad mortem in immundiciis perseuerant.
Johel. primo. Computruerunt iumenta in ster
core suo. Gregorius. Iumenta quidem
in stercore putrescere est carnales homines
in fetore luxurie vitam finire. Ex
pte ... sunt magis una ... non ... eodem
... non apprehensio sanauit eum ac
dimisit. Vnde notatur triplex effectus medi
cinalis. Primus effectus est quia ipsum ap
prehendit. Secundus est quia ipsum ap
prehensum sanauit. Tercius effectus est

Exm

quia sanatum dimisit. Primus effectus medici est
quia ipsum apprehendit peccatorem cum est in fau
cibus diaboli. Sed tunc deus ipsum apprehendit
cum ipsum de faucibus eius eripit. Job xx
ix. Conterebam molas et de dentibus eius
auferebam predam. Et istud maxime fit per contri
cionem maxilla cum dyabuli est perforata et ideo
quando peccator conuertitur mox inde egreditur.
Gregorius super illud Job xl. Armilla perfo
rabis maxillam eius qui corruit illius sce
lere captus est de maxilla eius non euaderet si
perforata non esset. Secundus effectus est quia
ipsum apprehensum sanauit. Et hoc fit per
confessionem unde sanatur. Unde peccatorem Jere.
xxx. Obducam cicatricem tuam et sanabo
te a vulneribus tuis. Tercius effectus est quia
sanatum dimisit. Et hoc fit per satisfac
cionem. Math. xviii. Misertus dominus serui illius
dimisit illum et omne debitum dimisit
ei. Non autem sufficit quod quis peccata dimittat
nisi per contricionem hic et per confessionem et per
satisfaccionem ea deleat. Hic audi. Greg.
in pastorali. peccata ... Prius est quod si quis
literas vel aliquid instinctu fleum scripsit
non sufficit quod ultimus non scribat nisi eciam
quod male scripsit deleat. Peccata enim mala que
scripta sunt Jere. xvii. Peccatum iuda scriptum
est stilo ferreo et vngue adamantino
etc. Non sufficit igitur quod quis peccata dimittat
nisi per contricionem et lacrimas abluat et
deleat. Psalmus. Lauabo per singulas noctes lectum
meum etc. Quorum ... est eciam si quis ali
cui blasphemias dixit non sufficit quod vl
terius non dicat nisi de hiis que male di
xit peniteat. Peccator deum blasphemat
Ro. ii. Nomen dei blasphematur per vos
inter gentes etc. Non autem sufficit ut a ta
libus blasphemiis aliquis desistat quin
de hiis que fecit in confessione se culpabilem
recognoscat. Pro. xviii. Iustus prior accu
sator est sui. Tercio eodem ... est quod debitori
non absoluitur addibite que debet pro quo
alia non multiplicat nisi ea que contraxit
persoluat. Quando enim peccamus deo debito
res sumus. Ab hiis autem debitis absoluti
non sumus pro quo alia non super addimus
nisi de illis digne deo satisfaciamus

Rō iii

Ro. iiij. Ei aut qui no opa^r in rece
no imputa^r m^s gram s m^s debitu rc^l

Et ecce quidam homo ydro^s erat
ante illum rc. Luc. xiiij. dicit beda ydropis^s
est morbus ab aquoso humore vocabulum trahens Grece eni ydor
aqua voca^r. Cui p^pru e quanto magis
habundat humore tanto amplius sitire
Per ydropisim no intelli^r possumus
sitim sine appetitum diuiciarum deliciarum
et honorum mundanorum aut diciarum Et p^o
videamus qualiter h^c ca sigt Dicit eni
Sa^l. Pu. xxx. Tria sut insatiabilia
scilicet infernus os vulue Et tria q^m nunq^m
satia^r aqua. Vel p^m aliam litram amor
mulieris et tria sicies p^m infernu intel^r
superbia per amorem mulieris concupiscencia
carnalis per terram sitientem intelli^r auaricia.

Primo quidem p^m infernu intelli^r supbia
Tum quia ipse superbus angelorum p^o fuit
sitiis Tum quia a superbis ang^lis fuit p^o
posessus Tum quia p^m penam ibi puniendi
sunt Et ideo infernus e p^pus locus superborum Dicitur eni infernus no satiat^r
animabus Sic nec superbus satia^r honoribus
Per amorem mulieris intel^r concupiscencia carnalis
que no satiat^r. Jo^is libido sumpta
sp^e sui relinquit penitudinem et nunq^m satiat^r et continua vacatedi^r usu exstit
nec rami parit nec impetu deducitur.
Per terram sitientem int^r auaricia. Ita sicut illa
no satia^r aqua Sic nec auarus satia^r
pecunia In morte at condi^r q^m sitis istorum
sit vana notiua et potu mortifero
extinguenda Est eni ista sitis vana quia
omnia huius mundi euanescunt Hic p^z i morte allexandri qui cum fuisset totius mundi
dns cupidus et luxoriosus et eius ossa in
vase aureo fuissent recondita illuc sapientes
de diuersis mundi partibus aduenerunt Vnus
i^r volens ondere sum dni^m esse vanum
ait Heri no sufficiebat isti totus mundus
hodie quinque pedum e sepultura contentus
Alius volens onde vanum aurum et argentum dixit Heri iste faciebat thesaurum de auro hodie aurum thezaurum fa^t
de ipso Alius volens onde vanum esse
corpus deliciis nutrire dixit Heri nutriebat iste corpus suum diuersis deliciis

hodie comedi^r a diuinibus infinitis
Secundo ista sitis e nociua Nam illi qui
sunt in magnis honoribus humiliani^r
usque ad infima deiectam Hoc p^z
in p^o an^lo de q^o d^z ysa. xiiij. Dicebas in corde tuo in celo ascendam rc
Et sequitur Verumtamen ad infernum detraheris
rc Illi qui sunt in magnis diuiciis
deuenient usque ad ultimam paupertatem
Sic p^z luc. xij. In illo diuite q^ui volebat destruere horrea sua et maiora
facere Illi no qui pascebat corpus
magnis deliciis deducet^r usque ad
summa egestate Sic p^z luc. xvi. In diuite epulone qui habere no potuit
guttam aque Tercio ista sitis in inferno
potu mortifero extinguet^r Nam superbi
et tyranni bibet ibi sanguinem humanum
qui p^z de suis et aliorum corporibus
fluet Apoc. xvi. Sanguinem
sanctorum effuderunt et sanguinem dedisti eis
bibere ut digni sunt / Legitur in cronicis
q^m thamaris regina cum cepisset
cirum regem persarum caput eius amputari fecit et in utre plenum sanguine
i^m misit dicens Sanguinem sitisti sanguinem
bibe Sic tyrannus et superbus dicet^r
ut sanguinem suum bibat quia sanguinem
pauperum sitierunt Auari ei bibet
aurum liquefactum Vnde refert quidam
plenus q^m nero imperator in auro liquefacto visus e se apud inferos
balneare Et cum vidisset cunctas
notatorum dixit Venite venale genus
hominum et mecum hic balneamini quia
vobis optimam partem reseruaui / Luxoriosi
ibi bibet fel draconum tanquam vinum
rubeum et venenum aspidum tanquam
vinum album Deut. xxxij. Fel draconum vinum eorum et venenum aspidum insanabile Quod quidem vinum
miscebunt effusione perpetua lacrimarum ita q^m toti ebrij erunt Ysa.
xvi. Inebriabo te lacrima mea rc
Vocat at lacrimas eorum suas quia
iusticia prouocat eas In summa
at dei ista triplex sitim aquam
p^prus sit extinguit Augus

Qui biberit de flumine paradisi cuius
gutta maior est oceano. Et restat
ut in eo patris inmensi potentia
sit. In Paulo enim ostendit qui persecutor
erat qui prius dicebatur Saulus a
Saule persecutore. Postea dictus est Paulus
quasi pusillus. Qui prius erat lupus
factus est postea agnus. Qui prius
sanctos in carcerem trahebat postea pro
Christo se morti et carceri exponebat.
In apostolis et Zacheo ostendit quo-
niam et apostoli reliquerunt sua et
non desideraverunt aliena. Zacheus
largitus est propria et restituit aliena.
In Magdalena ostendit quod luxuria
hec etiam patet in quadam vanissima muliere
[illegible] legitur in vita patrum. Cum pri
mitate cum nimia ambitione incederet
quidam episcopus sanctus eam videns amare
condoluit et adiecit flere cepit dolere
quod plus erat sollicita placere mundo
quam ipse deo. Et cum pro illa oraret
visum est ei quod quedam cornicula nigerri-
ma ad eum venisset quam cum acci-
piens in aqua demersisset et inde
pura columba mox egressa fuit. Hec
quidem illa die illa lacrimis resoluta
ad pedes eius procidit et que prius pec-
cato erat nigerrima postea in
lacrimis baptizata tota facta est can-
dida. Hydrops qualiter per hydropisim intelligitur
sitis divitiarum et cupiditas et habendi
Videndum est qualiter spiritualis hydropisis
designat avaritiam. Circa quod sciendum est quod
duo sunt in pertinentia ad avaritiam et cupidum
Prodigus et in operando qui scilicet
omnia dissipat et consumit. Iste habet
manus perforatas quia nichil sibi retinet
et in epulis et in luxuriis cuncta
expendit. Iacobi V. Epulati estis
et in luxuriis enutristis corda
vestra. Prius enim dicit epulati estis
et postea dicit luxuriati. Circa
hoc dicit Iohannes sicut mero
estuans cito despumat in luxuriam

B57

et in libidinem. Et ideo sequitur: Enutristis
corda vestra. Quidam enim nutriunt corda
qui scilicet sicut inmundas cogitationes. Quidam
ora scilicet qui sicut lascivias loquuntur.
Quidam corpora scilicet qui exercent libidino-
sas operationes. Non debemus igitur corda
nec ora nec corpora in luxuriis enutrire
sed potius effugere. Prima Corinthiorum VI. Fugite
fornicationem. Luxuria enim melius vincitur fuga
quam resistentia. Unde dicitur in Polycratico: Claudius
Iulius Cesar dicebat in bello contra gla-
dios in parte a voluptatibus velociter
aportet [illegible]. Et subditur: Desperat [illegible]
cum preliator voluptatem nullo modo tam
facile superari quam fuga eo quod ipsi quos
[illegible] dominentur veneris moribus
incedant multa impudica. Avarus autem
est in retinendo qui scilicet omnia retinet et
nichil communicat. Iste habet manus contractas.
Ecclesiastici XI. Est qui locupletatur parce agen-
do et hec pars mercedis illius. Et dicit: in-
veni requiem mihi et nunc manducabo de
bonis meis solus et nescit quod tempus
preteriat illud et mors appropinquat et re-
linquat omnia aliis. Primus etiam aliquando
non est avari quia nec etiam manducare
audet. Ambrosius in libro de vinea Nabu-
the. Novi ego divitem qui volebat ser-
vorum obsignatum aperire nec quid de con-
dito imminueret. Panis unius diei
deputabatur qui fame vix satiare posset.
Tempi etiam [illegible]. Et quod omnium erat
appetitum conqueri quod pullus esset occisus.
Cupidus et in acquirendo qui scilicet nimis
ardenter cupit. Iste habet manus aptas
quia ab omnibus vult accipere et omnes
expoliare. Contra quod dicitur Ecclesiastici IV. Non
sit porrecta manus tua ad accipiendum
et ad dandum collecta. Talis patitur fa-
mem caninam. Pro fame patientur ut
canes. Canis enim cum videt aliquem
os corrodere quamvis eum latrat non sibi
illud putat. Et postquam id habuit illud
non dimittit donec aliquid corrodendo

ibi invenit. Non contento statu ad altiora
suspirans anhelat. Sic fuit multi tyr-
ranni qui contra subditos semper intonat
ut ea que possidet. Et postquam eos depo-
suerunt totaliter eos despoliat quas vio-
lenter aut fraudulenter quibus spoliatis
mox ad alios spoliandos se convertit.
Eccli. xiij. Dives iniuste egit et freme-
bit pauper autem lesus tacebit. Ecce
comminatio divitis subditis. Si habes commu-
nicet tecum et evacuabit te. Ecce eva-
cuatio. Et confundet te in cibis suis
donec exinaniat te bis et ter. Ecce totalis
despoliatio. Patet igitur quod avarus sine cupi-
ditas non satiatur quod per quatuor potest audi-
re. Primo sic. Et tale. Si aliquis valde
sitiret et tota aqua effunderetur in dolio
et non in stomacho potius sitis eius non ex-
tingueretur sed potius augmentaretur. Cu-
piditas enim avari est quedam sitis huius-
modi sitis aque sicut dicitur. Sed ista sedari
non potest quia cupiditas est insatiabilis et dicitur
de Martha Joh. iiij. Omnis qui biberit
ex aqua hac sitiet iterum etc. Secundo sic
Et tale. Si esset aliquis magnus ignis
quanto plus in ligna ponuntur tanto plus
ignis inflammatur. Et quanto magis dimi-
nuuntur tanto magis restinguitur. Cupiditas
avari est quidam ignis ligna sunt divi-
tie. Quanto ergo multiplicantur divitie
tanto magis cupiditas augetur. Et
quanto plus diminuuntur tanto plus restinguitur.
Eccli. xxviij. Secundum ligna silve sic ignis
exardescit. Gregorius in moralibus. Avaritia
in desperatis rebus non extinguitur sed
augetur. Ad modum ignis cum ligna que
consumat acceperit excrescit. Tertio sic
Et tale. Si quis vellet implere situlam
sapientia stultus esset quia sapientia cum situla
nullam convenientiam habent. Cum sapientia
sit res spiritualis et situla res materialis.
Eodem modo stultus est qui vult implere animam
pecunia cum nullam habeant convenientiam ad invicem.
Cum anima est res spiritualis et pecunia est res
materialis. Sed anima impletur per sapientiam et

archa pecunia. Et ideo bene dicit ij.
Cor. vj. Quis autem consensus templo dei
cum ydolis. Templum dei est anima. j.
Cor. vj. Vos estis templum dei vivi
etc. Ydolum avari est nummus. Coll.
iij. Avaritia que est ydolorum servitus. Ista
igitur duo scilicet anima que est templum dei et
nummus qui est ydolum avari convenire
non possunt. Quarto sic. Et tale. Si
quis vellet implere horreum amplissimum
cum uno grano milii stultus esset. Hor-
reum amplissimum est anima. Appetitus eius
totus mundus est angustus et vix granum
milii reputatur. Si enim totum mundum
possideret avarus adhuc alium
mundum appeteret quo habito adhuc a-
lium affectaret. Et sic quia infinitum
suum appetitum concedit. Boetius i. de
quod est maior omni anime appetitu ipsum
appetitum implere potest. Augustinus in libro
confessionum. Fecisti nos domine ad te
et inquietum est cor nostrum donec requie-
scat in te. Et deus copia quod deus in-
nos est egestas. Ut est Psalmus. Qui re-
plet in bonis desiderium tuum etc.

Cum vocatus fueris Lc. xiiij
ad nuptias etc. Ista sermo
magister humilitatis saepe ad ter-
humilitatem nos inducit et reduci- ci-
tur. Unde quod autem qui nullus potest ve- u-
nire ad nuptias et esse felix s
nisi discumbat in novissimo loco
humilitatis. Quicumque vult discumbere
in loco celestium dat locum illi qui
discumbit in loco humiliationis. Ma-
lucifer in loco primo se posuit ideo
dedit locum ... quia se posuit in loco
novissimo. Ecce Eva se posuit in
loco alto ideo dedit locum beate virgini
que posuit se in loco infimo. Dives
sedit in throno purpureo ideo dedit
locum lazaro sedenti in sterquilinio.
Ideo dicit dominus. Cum vocatus fueris
ad nuptias non discumbas in primo
loco etc. Ubi videnda sunt duo

pm

Primo que sunt iste nuptie Secundo
que sit ista via veniendi ad istas
nuptias ¶ Circa primum notandum quod sunt
quedam nuptie spirituales Et quedam
celestes Spirituales sunt quas fecit
dominus in primo adventu suo in thalamo
conscientie de quibus dicitur Apocalypsis xix Ve-
nerunt nuptie agni et uxor
agni preparavit se etc Ibi glossa eo quod
dicitur uxor agni notatur felix coniunctio
Ibi glossa Ibi quod dicitur preparavit se notatur
preambula dispositio Ibi glossa Nota quod
dicitur nuptie notatur festiva epulatio
Coniunctio anime cum christo fit per fidem
et dilectionem Hoc coniunctio preter
triplex bonum scilicet bonum fidei bonum
prolis et bonum sacramenti Primo eo dicitur ibi
esse bonum fidei Illa bonum fidei est
ibi ne diabolus adulterorum principiat
lectus enim iste conscientie est angustus
Et ideo deus et diabolus non possunt ibi
requiescere Et pallium istius amoris
est breve Et ideo deum et mundum non
possit cooperire Ysaias xxviii Coan-
gustatum est stratum ita ut alter de-
cadat et pallium breve utrumque operire
non potest Contra de multis dicitur Ysaias lvii
Iuxta me discooperuisti te et suscepisti
tum et suscepisti adulterum Secundo dicitur
ibi esse bonum prolis ut scilicet sponsa ex
persona sponsi se generat per Christum
Ibi Salvabitur autem per filiorum generationem
id est per bonorum operum productionem Augustinus
ad probam Hec est uberior fecundior
quod sterilitas non vetere Iuvenescere se-
nectute gaudere non latere pectore
sed corde candescere non visceribus terra
sed celum orantibus parturire Tertio dicitur
esse bonum sacramenti ut inter sponsum
et sponsam divisio nunquam fiat Sed
cum in unionis corporali est copula
unus vna primum coniunctionem animorum Alia
primum permixtione corporum Tertia primum
indiuiduam cohabitationem amborum
Sic et in isto unionis spirituali quod

nos copulatus est perpetuo caritate Ieremias xxxi In
caritate perpetua dilexi te Ideo attraxi
te miserans etc Per hanc conformitatem habebimus
Nusquam angelos apprehendit sed se-
men abrahe apprehendit Et per insepara-
bilitatem Mathei ult. Ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus etc Secundo dicitur esse in istis
nuptiis preambula dispositio Ideo dicitur
preparavit se Ista autem preparatio in tribus consi-
stit Iste enim sponsus vult habere sponsam
pulchram pro Concupiscet rex decorem
tuum etc Sponsam pacificam quia sicut dicitur
Proverbiorum xxi Melius est sedere in angulo
doguratis quam cum muliere litigiosa in domo
communi Isti litigiosi sunt superbi Proverbiorum xiii
Inter superbos semper iurgia sunt Vult etiam
habere amori suo sponsam totaliter intactam
Canticorum ii Dilectus meus mihi et ego illi Ergo
Sponsa id est quia vel non est pulchra per conscientie
puritatem vel quia non est pacifica per humilitatem
vel quia non est intacta per caritatem ad eius
nuptias non meretur admitti Ideo fa-
tue virgines non fuerunt admisse quia non
habuerunt oleum id est nitorem et puritatem conscientie
ut habetur Mathei xxv Illi quoque noluit sedere
in loco novissimo humilitatis sed primo superbie
expellitur cum ruboe ut dicitur Luce xiiii Illi
non qui non habent vestem nuptialem id est
dei et proximi caritatem similiter de nuptiis
expellitur Ut patet Mathei xxii Tertio in
isto unionis spirituali est festiva epu-
latio Ideo dicitur Venerunt nuptie agni etc
Et ista epulatio licet sit pergrata isto ci-
bo gratie non pascuntur nisi illi qui habent
tria supradicta Enim scilicet sunt puritate mundi
Cordis tranquilli Et amore celestium fer-
vidi et avidi Hinc est quod filii israel non
potuerunt recipere manna nisi prius exirent
de egipto et nisi prius consumerent mane egipti
et nisi eis prius deficeret farina egipti
Enim id est vult pasci manna divine gratie
oportet quod sit puritate nitidus Et hoc est
exire de egipto id est de tenebrositate peccati
deus enim non pascit animam tenebrosam

nix integra sed pura et candida. Unde fr
id. ps. Et pullis corvorum invocantibus
eum. dicit Remigius. Cum pulli corvorum
quod diu habent plumas albas a corvis
parentibus tanquam degeneres relinquuntur
et rore celi pascuntur. Cum autem eorum
plume nigrescere ceperint tunc a corvi-
nis cadaveribus nutriuntur. Eodem modo
deus animam que habet mundiciam gratie pa-
scit rore gratie. Tunc non sed nigredine
peccatorum pascitur a dominibus cadaveribus
id est mundiciarum. Secundo oportet quod sit mente
tranquilla. Et hoc est contra mare egipti
quare eam scilicet est inmotu et sequitur illos
qui diversis anxietatibus et tribulacionibus
commoventur. ysa. lvii. Impii quasi mare
fervens quod quiescere non potest. Sunt in cor-
dibus enim talium deus habitare non potest
propter gravem cum signatum est iii. Reg. xix. ubi
dicitur. Ecce dominus transit et spiritus grandis et
fortis subvertens montes. Et sequitur. Non
in spiritu dominus sed post spiritum commotio. Non in
commocione dominus sed post commotionem ignis. Non
in igne dominus sed post ignem sibilus aure te-
nuis et ecce ibi dominus. Non est igitur dominus in
spiritu subvertente nec etiam in commotione
perstrepente nec in igne comburente sed in
sibilo dulcescente. Tria enim sunt que faciunt
cor inquietum scilicet superbia. Et iste est spiritus
grandis et fortis subvertens montes. Secundum
est avaricia et ista est commotio que mentem
sollicitudinibus inquietat. Tertium est ira-
cundia et ista est ignis. deus enim non est
in corde superbo nec avaro nec iracundo
sed in corde ubi est sibilus aure tenuis.
Sibilus enim habet dulcorare. Aura non
habet refrigerare. Sed aura tenuis habet
alleviare. Per sibilum enim intelligitur humilitas.
Certa sibilus equos mitigat et catulos
instigat. Sic et humilitas mentes ela-
tas tranquillat et dolentes irritat. Per
auram significatur mansuetudo que ignem iracun-
die refrigerat et extinguit. Per auram
tenuem significatur paupertas que quidem alle-
viat ab honeribus sollicitudinum.
deus id est habitat ubi est sibilus aure
tenuis id est ubi invenit humilitatem
mansuetudinem et paupertatem. Tertio oportet
quod sit celestis amoris avidus. Et hoc
est contra farinam egipti. Cum dominus
ei esset delectatio cibaria iudea non
potest amare celestia farina enim manna
est farina alba. Sed manna est fa-
rina egipti est tenebrosa. Cibaria
delectatione mundana videntur esse pulchra
sed tamen mentem facit obscuram. Ideo
naturam animi quasi aquila pullos suos
ad terram respicientes conspicit tanquam de-
generes abicit quos non ad celum ta-
men quos mittit ~~illos suos~~ Certa dominus
intrare tales sine gratia non mittit eos
quos amare terrena sed quos videt
desiderare celestia. Bulgar. deli-
cata est divina consolatio et non datur ad-
mittentibus aliena. Hec nuptie
celestes de quibus dicitur apoc. xix.
Beati qui ad cenam nuptiarum agni vo-
cati sunt. Ille autem nuptie sunt re-
fectio visionis divine ubi est plena
satietas. Ideo dicitur nuptie. In
nuptiis cum convenerunt omnia quem
dat. Erit dulcis aviditas. Ideo
dicitur agni qui sicut carnes delectabiles.
Erit eterna securitas. Ideo dicitur cena.
Cena ultimum aliud quamvis ubi ubi
succedit. Satietas autem parit fasti-
dium fames sine aviditas sed pena
dubitatio necessaria desiderat habet
timorem ideo deus posuit famem sine a-
viditate in satietate ne satietas fa-
ciat fastidium. Posuit satietatem
in fame ne fames habeat penam.
Posuit securitatem in utroque ne dubita-
cio habeat timorem. Ecclesiastici xxiiii. Qui edunt
me. Ecce satietas. Adhuc esurient
Ecce aviditas. Qui audit me non
confundetur. Ecce securitas. ¶ Secundo
videndum est quod sit via veniendi ad istas
nuptias. Et dicendum quod est humilitas.
Unde non dicitur Luc. et recumbe
in novissimo loco. ecce humilitas

Sm

cum meretur gratiam quod est venire ad nup-
tias celestes. Quanto autem quis hu-
milior tanto in gratia et in gloria
erit maior. Et hoc potest ostendi per
quatuor. Primo per exemplum in pupilla ocu-
li. Sicut dicit Gregorius pupilla enim quanto
plus est nigrior tanto clarior. Sic
ergo quanto magis nigrescit in conspectu
suo tanto magis lucescit in conspectu
dei et hic per gratiam et in futuro per gloriam.
Secundum exemplum est in candela que quanto magis
inclinatur tanto maiori luce perfunditur.
Sic ergo quanto magis inclinatur per hu-
militatem tanto maiori luce gratie
et glorie repletur. Tertium exemplum est in aqua
que quanto magis descendit deorsum tanto
magis ascendit sursum. Sic et ergo
quanto magis descendit humiliando se
ipsum tanto plus ascendit. Ad celum enim
descendit ut ascendat. A deo re-
cedis cum ascendis quia eo. Quar-
tum exemplum est in corde. Animalia cum habentia
magnum cor et iacens sunt timida sicut
patet in cervo et asino. Habentia autem
cor medium sunt audacia sicut patet in
tali. Habentia autem cor parvum sunt au-
dacissima sicut patet in leone. Videmus enim
quod ignis magnam domum parum cale-
facit mediocrem magis et parvam
maxime. Sic etiam accidit de calore
spiritus in magno et mediocri et parvo
corde. Sic scilicet quanto cor est minus in
quantitate tanto fortius in virtute. Sic et ergo
quanto fuit humilior tanto erit in regno gratia
et in gloria sublimior etc. Dominica
xviii.
Audientes pharisei
quod Ihesus silentium imposuisset primo
saduceis convenerunt. Primo
convenerunt pharisei in unum et in- Mathei
terrogavit eum unus ex eis legis xxii.
doctor temptans eum. Magister quod
est mandatum magnum in lege? Ait il-
li Ihesus: Diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo et in tota anima tua
et in tota mente tua. Hoc est maximum

et primum mandatum. Secundum autem simile est huic:
diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his
duobus mandatis universa lex pendet
et prophete. Congregatis autem phariseis
interrogavit eos Ihesus dicens: Quid
vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt
ei David. Ait illis: Quomodo ergo David
in spiritu vocat eum dominum dicens: Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis donec
ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Si ergo David vocat eum
dominum, quomodo filius eius est? Et nemo pote-
rat respondere ei verbum neque ausus fuit quis ex
illa die eum amplius interrogare.
Sicut dicitur in historia scolastica: tres secte
erant inter iudeos ab aliis differentes
scilicet pharisei saducei et esseni. Phari-
sei autem ab aliis divisi erant quantum
ad habitum quia in fronte et in brachiis car-
tas in quibus decalogus scriptus erat por-
tabant que philateria dicebantur a phi-
laxe quod est servare et thorat quod est
lex. Habebant etiam in fimbriis palliorum
spinas alligatas quibus puncti dum
incederent memores fierent mandatorum
dei. Et quia sic ab aliis divisi erant
pharisei appellati quod est divisi dice-
bantur. Alii erant saducei qui ab a-
liis differebant quantum ad doctrinam. Ipsi
resurrectionem negabant animas cum corporibus
interire credebant et quinque libros mo-
ysi solummodo recipiebant. Alii erant
esseni qui ab aliis differebant in modo
vivendi quia fere monasticam vitam duce-
bant coniugia vitabant omnia in com-
muni habebant. De duabus autem primis sectis in
isto evangelio mentio habetur. Notandum autem
quod in isto presenti evangelio tres questiones
ponuntur. Prima est quam fecerunt saducei. Secunda
est quam fecerunt Saducei. Tertia est quam
fecit Christus. Prima quidem est quam
fecerunt saducei et si hic tota non
ponatur tamen hic tangitur cum dicitur: Cum Ihesus
silentium imposuisset saduceis. Ipsi

cum sadducei quinto nolebant probare per
mulierem septenam virorum non esse
resurrectionem. Si enim resurrectio fieret tunc talis
mulier propter viros haberet. Quarto per
suam visionem silentium imposuit
eis et ita declaravit. Primo quod in alia
vita nulla erunt coniugia unde ait
In resurrectione neque nubent neque nubentur.
Secundo declaravit quod homines erunt an
gelis similes et equales unde subdit Sed
erunt sicut angeli dei in celo. Tertio de
claravit quod anime post mortem corporis vivunt
dicens Non est deus mortuorum sed viven
tium etc. Primo declaravit quod in alia vita
nulla erunt coniugia unde ait in resurrectione
neque nubent neque nubentur. Et hoc quidem
redditur Luc. xx. Neque ultra mori po
terunt. Causa cum in illa vita nulli mo
riuntur. ideo nulli nascuntur. Si enim nullus
moreretur. non esset necesse quod alius nasceretur.
Est enim humana generatio tamquam arbor
Eccl. xiiii. Omnis caro sicut fenum
veterascet et sicut folium fructificans
in arbore viridi Alia generantur et alia
deiciuntur. Sic generatio carnis et sanguinis
alia finitur et alia nascitur. Est enim si
militer unde dicitur in quadam Glossa in fine
Eccl. In muro quo fit quidam lapi
des latent Isti ad opus ponuntur.
Et sic tandem in muro alia adequantur.
Sic etiam est in mundo Nam latent homines
atque nascuntur. precedunt et nascuntur.
homines orti suo tempore moriuntur et tandem
omnia adequantur. quia uno fine omnes clau
duntur. Secundo declaravit quod homines erunt
similes angelis et equales unde subdit Sed
erunt sicut angeli dei in celo Et Luc. xx
dicitur. Equales enim angelis sunt. Homines enim nunc
angelorum sunt dicti minores equales et
maiores minores in magnitudine ad quem
sunt in carne mortali Nam sic dicit
Aug. Sicut aurum corporeum melius
est quam argentum incorporeum et argentum
corruptum melius quam plumbum in
corporeum Sic etiam corruptum quodlibet
spiritus melior est quam incorporeum cor
pus. Quamdiu enim sumus in carne
corporali angeli nobis comparantur et
ministrant nobis. Post resurrectionem autem homines
angelis erunt equales in officio lau
dandi deum quia in laudando deum
angelis coniungentur. Ps. Prevenerunt
principes coniuncti psallentibus etc.
Iob xxxviii. Ubi eras cum me
laudarent astra matutina id est angeli
et iubilarent omnes filii dei id est sancti
Erunt autem homines angelis maiores
in magnum habebunt deum tamquam fratrem suum
et magnum habebunt beatitudinem in visione
humanitatis et in contemplatione divinitatis
Angeli non habebunt nisi in contempla
tione divinitatis. Ad ista autem significanda qua
tuor leguntur de angelis quos Salo
mon in propitiatorio fecit. Primo scilicet quod
erant de lignis olivarum Secundo quod
habebant alas expansas. Prima duo
significabantur quod in magnitudine homines sunt
eis minores et corporales sed erunt eis
compassibiles. Hoc significat quod erant de
lignis olivarum et quod pares sunt eis
in officio. Hoc significat quod habebant alas
expansas Tertio legitur quod habebant pedes
obliquos et elevatos ad modum
iubilantium ad tunc medium quod sunt pergi
tantibus ad laudandum deum Quarto
legitur quod vultibus se mutuo respi
ciebant Hoc significat quod stupent et mi
rantur. nam humanum cum divina in
unitate persone est unita. Tertio declarat
quod anime post mortem corporis vivunt
dicens Non est deus mortuorum sed vi
ventium Et istud etiam gentiles
pharisei credebant Unde ait Aug.
in li. de ci. dei Theombrotus lecto
platonis libro ubi de anime immor
talitate disputatur se precipitem dedit
de muro ut pergeret vita migrare
ad eam quam credebat esse meliorem
Sic autem dicitur Glo. probando ecclesiam
aliarum xx. Surrexit probat resurrectionem

Bij

corporum quam cum animabus bona vel mala gesserunt. Secunda questio quam fecerunt pharisei xo. Ista multi querunt sed unus temptando querit dicens Magister quod est mandatum magnum in lege. Crisostomus. Convenerunt pharisei in unum ut multitudine vincerent quem supare ratione non poterant a veritate nudos se esse professi sunt qui multitudine se armaverunt. Dicebat enim apud se Unus loquatur pro omnibus et omnes loquuntur per unum ut siquidem vicerit omnes videantur vicisse. Si victus non fuerit vel solus videatur confusus. Ille magister eum vocat cuius non vult esse discipulus de magno mandato interrogat qui nec minima observat. Ille debet interrogare de maiori iusticia qui iam minora complevit. Ad istam questionem respondet dominus Diliges dominum deum tuum secundum Crisostomum non dixit time. vel cogitare sed dilige. Timere magis est servorum diligere non filiorum. Quia timet ut penam evadat non quia amet iusticie. Nec dixit etiam cogitare sed dilige. Cogitare namque deum et providere non hunc diligere autem est religiosi spiritualiter et recti cordis. In hoc autem precepto de dilectione ostendit dominus modum diligendi deum et proximum. De deo dicit Ex toto corde tuo et ex tota anima tua et in memoria intellectu et voluntate secundum Augustinum. Debet diligi deus ex toto corde id est intellectu sine errore. Quia sicut fides sine operibus mortua est ideo debet diligi ex tota anima id est voluntate sine contradictione ut in preceptis dei voluntas sua ponat et ei propria non contradicat quemadmodum sequitur ex duobus debet preveniat. Ideo subdit ex tota mente tua id est memoria sine oblivione secundum Crisostomum. Diligere deum ex toto corde est ut cor nostrum non sit inclinatum ad aliquid in dilectionem magis quam dei precepta cum

magis pretereat cor tuum sint ad aliquid id est pro tanta parte minus est ad deum diligere cum ex tota anima est anima que facit sermonem ipsi et vitam dei. Quoniam igitur magis de deo dubitare cepit vel incantaciones vel divinaciones aliquas valere crediderit iam non in tota anima diligit deum. Diligere autem deum ex tota mente est ut omnis sensus vacet in obsequium dei vel secundum Augustinum. Ut cui intellectus deo ministrat cuius sapientia deo vacat cuius sententia circa deum est cuius cogitaciones ea que dei tractat cuius memoria ea que sunt bona recordatur tota mente diligit deum. Deinde ponit duos modos diligendi proximum tuum autem. Et proximum tuum sicut te ipsum. Homo enim debet se quadruplici dilectione diligere scilicet primo naturali. Secundo ordinata. Tercio efficaciter. Quarto perpetuitate. Primo quidem debet homo se ipsum diligere naturaliter scilicet ut diligat se ipsum propter virtutem quia bonus est vel quia ut bonus sit. Eodem modo debet diligere proximum. Augustinus in libro de trinitate. Qui amat homines aut quia iusti sunt aut ut iusti sint debet amare. Sic enim et se ipsum debet amare aut quia iustus est aut ut iustus sit. Secundo debet homo se ipsum diligere ordinate scilicet ut nichil diligat super deum aut quam deum sed diligat deum super omnia postea animam suam et postea corpus suum ultimo res exteriores. Sic et proximum debet diligere super deum aut quam deum sed deum super omnia deinde debet diligere in ipso bona spiritualia deinde bona corporis deinde bona exteriora. Canticorum ii. Ordinavit in me caritatem. Tercio debet homo se ipsum diligere efficaciter. Homo enim se ipsum efficaciter diligit quia bona sibi procurat et nociva devitat. Sic etiam debet diligere proximum. Prima Iohannis iii Non diligamus verbo neque lingua sed opere et veritate. Quarto homo perpetuitate nullo enim tempore homo desinit se amare. Eodem modo debet proximus diligere i. tempore prosperitatis et adversitatis. Proverbiorum xvii Omni tempore diligit qui amicus est

Tercio quo est quia fecit xpo pharisees dicens
Quid vobis videtur de xpo cuius filius
est pharisei autem credebant xpm esse
puram creaturam Sed cum david vocet
eum dominum suum constat eum esse maiorem
Ideo at eos reprehendit quia eum esse filium
david dicunt et credunt sed quod eum filium
dei esse non credunt Quidam autem hic duas
in xpo fuisse nativitates scilicet temporalem secundum
quod est filius david et eternam secundum quam
est filius dei Cristus enim et erat filius david
inquantum de sua stirpe secundum carnem erat
natus Et erat dominus david inquantum
ab eterno patre fuit genitus Tercio autem
pro primo fuit mitis et mansuetus de
david enim dicitur Memento domine david
et omnis mansuetudinis eius Deo autem dicitur
in ps Cum tu domine suavis et mitis
es Ideo fuit tercio mirum si xpo non fuit
mansuetus et mitis qui habuit tam ma
suetos patres Et ideo vult filios habere
mansuetos dicens Mathei xi Discite a
me quia mitis sum et humilis corde
Sed multi de quibus quod non sunt mansueti
sed instar ericii valde hispidi et pu
gitivi Ericius enim si tangitur statim
interius se abscondit et contra pu
git et dicitur habere quasi dentes Sic multi
qui reprehenduntur per verba maledictionis
pungunt et vicia abscondunt Qui habent
dentes sunt quasi modi excusationis secundum
Bughar Aut enim dicunt qui peccat quod
reprehenditur dicit non feci / aut si feci non
male feci Aut si male non multum
male Aut si multum male non mala
intentione Aut si mala intentione alie
na persuasione etc De eodem secundum

Diliges dominum deum tuum secundus
tuum ex toto corde Mathei xxii
tuo etc Sicut dicit
Augustinus in libro de doctrina xpiana Ut
nemo occupatorum habeat voluntatem
dominus consummatum et abbreviatum verbum
super terram quod etiam non obscurum esse
voluit Ideo breve ne non vacaret
legere Ideo apertum ne quis dicat in
non licuit intelligere Thezaurus est

magnus divinarum scripturarum Si
piger eras ad perscrutandum the
zaurum non sis piger vivam mar
garitam sic sublinguam et quo
vis feratur abula Istud verbum
abbreviatum et ista margarita
est preceptum de dilectione dei et proximi
de hac scilicet duplici dilectione scilicet dei
et proximi est agendum Circa
autem primam dilectionem sciendum quod sex sunt
que valde movent ad diligendum
quod omnia sunt in deo sunt in forte omnium
bonorum scilicet pulcrum bonum honestum
suum Quidam utile et delectabile
Primum scilicet quod movet ad diligendum
est pulcritudo dicitur Quia pulcrum
et bonum deperiit In xpo autem
summa est pulcritudo et ideo summe
est diligendus Cap ix Candor est
lucis eterne et speculum sine ma
cula et ymago bonitatis illius Ubi ca
dit secundum quod est candor lucis speculum
puritas Et ymago bonitatis dicitur in
xpo quidem sunt tres partes scilicet caro
anima et divinitas sine deitas Caro
enim eius fuit lucida et candida
quia de purissimis sanguinibus beate
virginis generata Anima eius fuit
ad ymaginem dei creata et omni bonitate
repleta deitas sive divinitas fuit
speculum sine macula quia in ipso
omnia relucent et preterita et presencia
et futura et verba et corda et facta
De ista pulcritudine dei dicit
Augustinus in libro de libero arbitrio Tanta
tanta est pulcritudo iusticie tanta
est iocunditas lucis eterne ut eciam
si non liceret in ea amplius vivere
quam unius diei hora mora propter
hoc solum innumerabiles anni huius
vite pleni deliciis et circumfluentia
bonorum temporalium recte meritoque
contempnerentur Secundum quod movet ad
diligendum est bonum Sicut patet in
superiori auctoritate dionisii Iste
autem est summa bonitas Et ideo

R

e summe dil(igendu)s Aug(ustinus) de t(rinitate). Sed ista
no diligant(ur) n(is)i q(uia) bona s(un)t p(ro)pter
at illis inherendo no amac b(eat)um
ipm̄ vn(de) bona sunt de cuius bo(ni)t(at)e
d(icit) Damascenus Bonus (et) o(mn)ibonus
(et) supbonus deus totus e(st) bonitas
ip(s)e suphundat(er) diuitias sue
bonitatis no sustinuit solu(m) e(ss)e
q(uo)d bonu(m) s(ed) sui ip(s)ius natu(ram) aliis
p(ar)ticipata(m) Ista auctas e(st) eod(em) dil(igenter)
exponenda Deo e(ni)m p(ri)mus e(st) bonus
s(ed) no o(mn)ibonus i. co(m)muni p(ar)te bonus
qua nullus b(e)n(e) defecit Alius aute(m)
e(st) bonus (et) o(mn)ibonus s(ed) no suphonus
q(uia) h(abe)t sup se bonitate(m) diuinam Homo
et (et) an(gelus) licet sint boni ta(men) no
sunt summa bonitas q(uia) no h(abe)nt
bonitate(m) essentiale(m) s(ed) accidentale(m)
q(uia) p(ossu)nt ea p(er)d(er)e Et ta(men) ho(mo) rema
nebit ho(mo) (et) an(gelus) remanebit angelus
sicut p(atet) in an(gel)is malis Bonitas
aut(em) sic e(st) deo co(n)naturalis q(uod) sicut ignis
no p(otes)t p(er)d(er)e suu(m) calore(m) sic nec
deus sua(m) bonitate(m) Circa i(stu)d d(icitu)r sicut
bonus (et) bonu(m) e(st) sui ip(s)ius co(m)munica
tiuu(m) io sua(m) bonitate(m) co(m)municauit (et)
ca(m) tu(n)c eis p(ar)ticipauit Quibusda(m)
dans esse Aliis viue(re) Aliis se(n)
tire Aliis intellige(re) Tercium q(uo)d mo
uet ad diligend(um) e(st) honestu(m) Est
eni(m) honestu(m) q(uo)d sua vi nos attrahit
(et) sua delectatione nos allicit In
deo aut(em) e(st) summa honestas Et io
e(st) summe dil(igendu)s Cap(itulo) vij In
enarrabilis honestas p(er)manens
illi(us) Est eni(m) i(n) deo summa delect(atio)
q(ue) nos allicit p(ro)p(ter) delectat(i)o(n)es in
deuota(m) e(ius) n(ost)ri i(n) fine Est e(ti)a(m)
in eo vis q(ue) nos attrahit no ta(men)
cogendo s(ed) alliciendo Ioh. vi. Ne
mo p(otes)t venire ad me nisi p(ate)r
meus qui misit me traxerit
illu(m) Et sup(er) h(oc) po(n)it ... la
Ita s(ecundu)m Aug(ustinum) Omnis (christi)a(n)i ad
... ia(m) viridis Sic a(n)i(m)a

a(n)i(m)a (christi)a(n)i d(ebe)t desid(er)io diuine visionis Inq(ui)
illud p(salmu)s Sitiuit a(n)i(m)a mea ad deu(m)
fonte(m) viuu(m) (et)c. Dicit (christi)a(n)i ad co(m)para
tionis Sic a(n)i(m)a (christi)a(n)i d(ebe)t ad p(ro)missione(m)
gr(ati)e celestis q(ue) i(n)terius ... dulce(n)... Vnde
o(mn)is diui(ni) s(ed) ... duro cortice p(ro)uic(it)
... viij(o) Agite p(ri)ma(m) Tercio cortex
... Accingebat ei vestis colore(m)
Terre mutens melior Pellipari(us)
(christi)an(u)s capture ad emendu(m) p(ro) pelliu(m)
emptione no cogendo s(ed) alliciendo Sic
deus (christi)ani a(n)i(m)a(m) emendo ei celu(m)
... tanq(uam) pelle varia (et) depicta
P(salmu)s Extendens celu(m) sicut pelle(m) Q(uintu)m
q(uo)d mouet ad dil(ectionem) e(st) s(imi)litudo Et i(n)t(er) o(mn)i(a)
Omne a(n)i(ma)l dil(igi)t sibi s(imi)le D(icitu)r (christi)u(m)
et nos e(ti)am s(imi)litudo considera(tu)r ip(s)e
eni(m) factus e(st) nobis s(imi)lis vere assu(m)p
cione carnis Philip. ii. In s(imi)litudine(m) ho(min)u(m)
factus Nos aut(em) debem(us) esse s(imi)les ei
vere imitacionis Ephe. v. Estote
imitatores dei sicut filij k(arissi)mi Nec
ip(s)e no(n) (et) nos su(m)mus s(imi)les vere ...
gimus s(ed) ta(men) differe(n)ter q(uia) sic Glo(sa) s(upe)r
i. p(etr)i Coll. d(icitu)r Qui e(st) y(m)ago dei in
visibilis Aliter eni(m) y(m)ago regis e(st) in
filio (et) aliter e(st) i(n) nummo Nos ei sum(us)
nummus (et) (christus) e(st) filius Sextu(m) q(uo)d mo
uet ad dil(ectionem) e(st) utile Hoc ei sepe
dil(igi)t(ur) amicus p(ro)pt(er) vtilitate(m) qua(m) habe(re)
se credit Christus no(n) tanq(uam) verus amicus
e(st) dil(igendu)s Quia utilitate(m) recipimus
ab ip(s)o in vita in morte (et) p(ost) morte(m)
In vita dilectores suos ditat
sp(irit)ualib(us) diuicijs P(ro)u(erbiorum) viij. In vijs
iusticie ambulo in medio semitarum
iudicij ut dite(m) diligentes me (et) the
sauros eor(um) repleam (et)c. In morte
custodit ab i(n)sidijs hostis P(salmu)s Cu
stodit d(omi)n(u)s o(mn)es dilig(ent)es se (et)c. Post
morte(m) no(n) suscipit in gl(ori)a(m) p(at)ris Eccl(esiast)i(ci)
p(rimo) Cu(m) ... d(ilectio) ... i. s(ecundu)m q(uod) de(us) ...
eu(m) dat p(ro)bet illam s(cilicet) celeste(m)
glo(riam) diligentib(us) se Septimu(m) q(uo)d
mouet ad dil(ectionem) e(st) delectat(i)o. Male-

cum homo diligit rem in qua delectatur
et delectabilior tanquam fuerit In deo
autem est summa delectatio Et ideo
summe est diligendus In presenti enim vita de
lectationes spirituales quas habent / habent
imperfectionem admixtionem et interrup
tionem Primo consolationes et delectationes
spirituales quas habent in presenti vita sunt
imperfectionem habentes significatio est in iii Regum xvii
Ubi deus pascebat Heliam mittens
carnes mane et vespere tamen bibebat
de torrente Tandem illam refectionem
deus sibi subtraxit ita quod vix modi
cum aque et panis habere potuit Sunt
enim consolationes spirituales sunt imperfe
ctionem Et non per hoc quod illa refectio
non fiebat in meridie sed in mane
et in vespere In meridie quidem est
perfectio lucis et caloris et significat
refectionem sanctorum et beatorum qui sunt in
patria in plena luce cognitionis et in
pleno calore amoris In mane autem
et vespere est lux et calor sed imperfecte
et significat refectionem in via que habent
imperfectam cognitionem et imperfectum ad
rem primo Cor. xiii. Cum venit quod
perfectum est evacuabitur quod ex parte est
Secundo consolationes spirituales habent admixtio
nem quia sepe admiscetur vel
acrimonia carnis corrupcione vel a diabolo
temptacione vel amicorum persecucione Hoc
significatur per hoc quod bibebat de torrente
Ysa. primo Vinum tuum mixtum est aqua
Tertio consolationes spirituales habent interrup
tionem quia a beatis sepe subtrahuntur
vel ut amplius sitiantur vel ut sapien
tius desiderentur vel ut cautius conserven
tur Hoc significatur per hoc quod deus cibum lectum
Helie subtraxit Dicto de dilectione
dei dicendum est de dilectione proximi Circa
quod notandum quod Augustinus in libro De doctrina christiana
In quinque quod sit ista dilectio de qua
dicitur diliges proximum tuum sicut te
ipsum quatuor dilectiones distinguit

Prima est carnalis Secunda est naturalis Tertia
est socialis Quarta est spiritualis Dilectio carnis
Prima quidem est dilectio carnalis que est
inter virum et uxorem Et ista licet
sit licita tamen de se non est meritoria
quia etiam in brutis animalibus invenitur
Passeres quidem coniugia habent
nidos faciunt ova confovent pul
los nutriunt Quando autem de se
non sit meritoria ista potest tamen fieri
meritoria quando scilicet vir diligit uxorem
quia bona est vel ut bona sit Tunc enim non
diligit uxorem ut uxorem sed
deum diligit in uxore Et tunc
reducitur ad istud preceptum diliges
proximum tuum sicut te ipsum id est ad gratiam
in presenti et ad gloriam in futuro Ephe.
v. Viri diligite uxores vestras
sicut et Christus dilexit ecclesiam Secunda est
dilectio naturalis qua pater diligit filium
Et ista licet sit licita tamen de se
non est meritoria Unde subdit Augustinus
pro magno laudatur quod in homine
quod videmus in tigride Serpentes
et lupi diligunt filios suos Non
est laudandus qui diligit filios su
os sed est detestandus qui non amat
Si filios amas pectoribus compares
si non amas affectibus vinceris
potest autem hec dilectio fieri meritoria
quando scilicet pater diligit filium quia bonus
est vel ut bonus sit Tunc enim non
diligit filium ut filium sed deum diligit
in filio Et tunc reducitur ad istud
preceptum diliges proximum tuum sicut
te ipsum Ephe. v. Vos patres no
lite ad iracundiam provocare filios
vestros Sed educate in disciplina
et timore dei Tertia est dilectio so
cialis sive coniunctionis qua consor
tio sive cohabitandi colloquendi
et conversandi Que licet sit licita non
tamen est meritoria quia est inter animalia

Sed subdit Aug(ustinus) duo equi inadu-
nant in simul et se videntes desiderat
ad alia die percedit unus festinat
alter vix regitur apprehendere et tam
diu se impetu suo provocat donec
ad actum suum perveniat. Cuiusque pre-
venit qui in loco suo residit. Quo-
niam ista dilectio non est inviola-
de sed est tamen si inviola quando scilicet quis
diligit aliquid quia bonus est vel
ut bonus fiat. Tunc enim non diligit
aliquid ut aliquid sed deum diligit in aliquo.
Et tunc talis dilectio reducitur
ad preceptum de dilectione proximi. De
tali dicto dicitur Eccl(esiastic)i vi. Amicus fide-
lis medicamentum vite et inmor-
talitatis qui metuunt deum inve-
niunt illum. Quarta est dilectio virtutis
qua quis diligit alium propter fidem
virtutem et bonitatem. Et ista non potest
esse inter avaria que virtute carent.
Quia avaria non diligunt alia avaria
propter bonitatem et virtutem. Et ista est
virtuosa de qua est preceptum diliges
proximum tuum sicut te ipsum. Tullius
Nichil est amabilius virtute nec
est quod magis alliciat ad diligendum
cum propter virtutem et probitatem etiam eos
quos numquam vidimus diligimus. De
Tanta est vis probitatis ut etiam eam
in hostibus quos numquam vidimus vel
quod maius est in hoste diligamus etc.
In hijs duobus man- **Sermo**
datis universa lex pendet **tercius**
et prophete etc. Omnia dicta **de co**
precepta que per decalogum sunt **de**
accepta in hijs duobus preceptis **in**
dependent scilicet in dilectione dei et proxi-
mi. Quia cum decem precepta in duabus
thabulis moysi fuerunt conscripta Sed
in prima thabula fuerunt scripta tria
prima que pertinent ad dilectionem dei
In secunda fuerunt scripta reliqua septem

que pertinent ad dilectionem proximi. Primum
est preceptum non habebis deos alienos
Et istud pertinet ad primum qui tangit
spiritale patrem totius divinitatis est patrem
adorandus. Gentiles enim olim fa-
ciebant deos alienos id est quedam simu-
lacra in quibus demones habitabant
et responsa dabant. Sed tamen sapientes
inter eos ea deridebant et contempne-
bant unde dicit Ambro(sius) in li(bro) de virginibus
Cum iussisset dionysius in templo iovis
amictum aureum quo eius operiebatur
simulacrum detrahi iussit et imponi
laneum dicens Aurum in yeme est fri-
gidum in estate est onerosum. Deus autem
sic induit sum ut nec onus ferre posset
nec frigus portare. Item cum iussisset
esculapio barbam auream cum apollo
pater eius non dum haberet tolli imperavit
incongruum esse asserens ut filius bar-
batum haberet cum apollo pater eius ad-
huc non haberet. Item simulacris tenentibus
pateras aureas eas ademit alle-
gans se accipere debere que dii darent.
Et subdit Ambro(sius). Ita ludibrio
habiti sunt ut nec sibi impie vestem suam
defendere potuerit nec barbam escu-
lapius nec apollo pubescere adhuc
cepit nec omnes qui dicuntur dii re-
tinere potuerunt pateras quas tene-
bant. Refert etiam Aug(ustinus) in li(bro) de
vera religione quod sortes a populo sunt
occisi quia noluit ydola adorare dicebat
enim quod prius adoraret canes
quia erant opus nature quam ydola que erant opus
hominum. Multi autem sunt hodie qui sibi faciunt
deos alienos. Ita sicut dicit Aug(ustinus) hoc
abhominatione precipue colitur quod preter deum
diligitur. Superbi enim pro deo suo habent superbiam
luxuriosi luxuriam avari avariciam. Ideo propterea
commutaverunt gloriam incorruptibilis
dei in similitudinem volucris quadrupedum
et serpentium. Per volucrem superbia intelligitur
que semper in altum volat per quadrupedes

inter luxuria que per corpus completur quod
quatuor elementis componitur. Prospere
inter avaritia que super terrenis incumbit. Ma
nus autem quilibet istorum tamen habeat
pro deo specialem nichilominus habent
deum quemdam scilicet belzebub qui dicitur deus
muscarum contra cum superbia est volati
lis significat superbiam quia volat super alios
superbia est immunda significat luxuriam quia operatur
in immunda superbia et pugnatina significat
avaritiam quia incitat diversis sollicitudi
nibus pungit. Ideo primum vocatur
Secundum preceptum est non assumes nomen
dei tui in vanum. Et istud preceptum
pertinet ad filium qui est nomen patris
In vanum autem nomen dei assumit qui
iurat pro nichilo et frivolis vel iurat
falsum vel qui iurat quod iniquum est. Talis
iniuriam facit deo sibi et proximo. Deo quidem
quia eum iurare vel aliud fiat quod eius
testimonium invocare qui falsum iurat supponit
quia deus mendacium diligat. Cum
tamen dicatur in psalmo Perdes omnes qui loquuntur
mendacium. Facit etiam iniuriam sibi ipsi
quia iudicio dei puniendum se obligat.
Nichil est enim aliud dicere per deum ita est
nisi deus me condempnet si ita non
est. Facit iniuriam proximo quia per falsum iuramentum
ipsum decipit et defraudat. Refert
Augustinus in quodam sermone quod quidam ne
gavit pecuniam creditori iuratorie. Cre
ditor abiit contristatus. In ipsa autem
nocte ad iudicium rapitur audivit
vocem dicentem huic quare provocasti hunc
ad iuramentum quem sciebas falsum iuraturum
Reddatur ei plaga negate pecunie. Et in
dorso eius clamans erat ut pecuniam tuam
perdas quam aliam eius plaga mereatur pri
mus. Prostratus est tam fortiter ver
beratus est ut in dorso vigilantis pla
garum vestigia apparerent. Tertium
preceptum est memento ut diem sabba
ti sanctifices. Et istud refertur ad spiritum
sanctum in quo vera requies habetur. Contra

istud preceptum facit qui cum cupiditate
in die sollempni opus simile facit
vel aliquod peccatum committit vel opera
non dimittit quia ab omnibus operibus
non est vacandum. Nota est autem triplex
sabbatum. Primum est sabbatum temporis
Secundum est sabbatum pectoris. Tertium est
sabbatum eternitatis. Primum scilicet sabbatum
est sabbatum temporis dies septima qua
deus voluit observari in memoriam
quod deus omnia in sex diebus creavit et
in septima ab omni creatura cessavit de diis
requievit. Exodi xx. Sex diebus fecit
deus celum et terram mare et omnia que
in eis sunt et requievit die septima
etc. Secundum est sabbatum pectoris scilicet
quies mentis que non habetur nisi in
deo. Sicut enim res non quiescit nisi
in proprio loco sic nec anima requiescit
nisi in deo qui est locus anime. Psalmus Esto
mihi in deum protectorem et in domum re
fugii etc. Johannis xvi. Hec locutus
sum vobis ut in me pacem habeatis. In
mundo pressuram habebitis in me autem
pacem. Tertium est sabbatum eternitatis
Ysaie lxvi. Erit sabbatum ex sabbato
et anima de requie intret per ... Hoc
ad requiem eternitatis. Levitici xxiii.
Notabiliter sabbatum delicatum plus
est et dicitur cibum delicatum quem vel
bonum vel sapidum. Primum est sabbatum
scilicet quies temporis est bonum. Secundum scilicet
sabbatum quod est pectoris est sapidum
Psalmus Gustate et videte quoniam suavis
est dominus. Tertium scilicet sabbatum eternitatis est
delicatum. Job xxii. Tunc super omnipo
tente deliciis affluens et elevabis
ad deum faciem tuam etc. Post precep
ta prime tabule que pertinent ad di
lectionem dei sequuntur precepta secunde tabu
le que pertinent ad dilectionem proxi
mi. Dilectionem pertinet bene
facere et ab offensis tamen debemus
ad ... qui nobis sunt
magis coniuncti scilicet parentibus et ...
Et ideo quartum preceptum est Honora

patrem

patrem tuum et matrem. Et intelligitur iste honor non tantum in verbo vel in signo sed in obsequio. Debemus autem ipsos honorare quia ab ipsis recepimus esse intrinsecum et doctrinam. Quia non ab ipsis recepimus esse debemus eis magnam reverentiam. Eccli. vii. Honora patrem tuum et gemitus matris tue ne obliviscaris. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses. Quia ab ipsis habemus nutrimentum debemus eis magnam dilectionem ut sicut nutrierunt nos in iuventute ita et nos nutriamus eos in senectute. Eccli. iii. Fili suscipe senectam patris tui etc. Quia non ab ipsis habemus disciplinam et doctrinam debemus eis magnam obedientiam. Ephe. vi. Filii obedite parentibus vestris in domino hoc enim iustum est.

Quintum. Quintum preceptum est non occides. Ad dilectionem enim proximi pertinet ut eum non tantum diligere sed etiam ab offensis cavere. Offensa enim potest fieri vel facto vel verbo vel signo vel voluntate. Facto autem vel in propria persona vel in persona coniuncta vel in rebus. Offensa quidem in propria persona prohibetur cum dicitur Non occides. Et homicidium aliquando fit per odium prima Ioh. iii. Qui odit fratrem suum homicida est. Aliquando per malum consilium vel per verbum detractorium. Psalmus Filii hominum dentes eorum arma et sagitte etc. Aliquando opere et istud est corporaliter quando ei occidit corpus tantum. Et ista occisio non est timenda maxime quando per iusticiam sustinetur. Math. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Aliquando occidit animam tantum quando scilicet ad peccatum trahit unde dicitur de dyabolo Ioh. viii. Ille homicida erat ab initio quoniam scilicet quod primos parentes ad peccatum traxit. Aliquando occidit utrumque et hoc fit in duobus casibus. Unus est quando quis procurat abortum quia et puer in anima et in corpore moritur. Alius quando quis interficit semetipsum.

Sextum. Sextum preceptum est non mechaberis. Ubi prohibetur offensa in persona coniuncta. Est autem adulterium gravius peccatum in viro et in muliere tum quia uterque contempnit dei preceptum tum quia uterque committit furtum. Nam sicut dicitur prima Cor. vii. Mulier potestatem sui corporis non habet sed vir. Et econtrario. Qui ergo corpus suum alteri tribuit furtum committit. Sic etiam furtum committit qui alteri dando semen dat tum quia uterque facit contra divinum sacramentum. Ephe. v. Vir agit de muliere(?). Sacramentum hoc magnum est. Hoc autem dico in Christo et in ecclesia. Significat autem unionem divine nature cum humana que inseparabilis est. Qui ergo carnem suam dividit facit contra incarnationem domini iniuriam facit. Psalmus autem quod dicitur Non mechaberis prohibetur omnis carnalis corruptio preter eam que est in matrimonio.

Septimum est non furtum facies. Ubi prohibetur offensa in rebus. Per furtum intelligitur omne male ablatum sive occulte accipiendo sive violenter rapiendo sive fraude in mercationibus committendo sive iniuste debita non solvendo. Est autem furtum gravius peccatum primo ratione dei quia talium dona nimium contempnitur(?). Eccli. xxxiiii. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum quasi qui victimat filium in conspectu patris sui etc. Secundo ratione proximi quia hoc est quasi homicidium committere. Ibidem Panis egentium vita pauperis est qui defraudat illum homo sanguinis est. Tertio ratione sui quia alia peccata homo penitens cito sicut de homicidio cessare ita et de fornicatione cessare contingit. De furto autem et si peniteat tamen nisi satisfaciat.

Octavum est Non loqueris adversus proximum tuum falsum testimonium. Ubi prohibetur offensa in verbo. Testis autem falsus tres offendit. Unde dicit Ysidorus de summo bono dicens Testis falsidicus tribus personis est obnoxius: primo deo quem periurando contempnit, secundo iudici quem mentiendo fallit, postremo innocenti quem falso testimonio ledit. No

Nonum est Non concupisces uxorem proximi tui. In isto autem precepto et in sequenti prohibetur offensa in voluntate. Cupiditas enim hic prohibetur. Primo quia

est ea et radix omnis mali ut ibi
vj° Radix omnium malorum est cupidi
tas Eusebius vj° Et qui volunt divites
fieri incidunt in temptacionem et in laqueum
diaboli et desideria multa et inutilia
et nociva Eccl° quia erat quiete at
Ideo divitie spinis comparantur Aug.
Divitias invenisti requiem perdidisti
cum vigilas desideras cogitas cum dor
mis latrones sompnias in die solli
citus in nocte pavidus ff de medico
Tullius quia fatue divitias inutiles possessori
Nichil est gloriosius nisi quia eas
custodit et timet Eccl° xiiij° Viro cu
pido et tenaci sine racione est substancia Eccl°
v. Quid prodest possessori nisi quod cer
nit divitias suas oculis suis Exodi
xx Non concupisces uxorem proximi tui
Concupiscentia autem carnalis tres habet
gradus Unus est primus in corde male
concupiscere Math. v. Qui viderit mulierem
ad concupiscendum eam iam mechatus est eam
in corde suo Alius est primus in ore verba
carnalia proferre Ephes. v. Omnis sermo
malus ex ore vestro non procedat Ovidius
poete fingentes carmina amatoria
repellebantur de civitatibus Tercius est primus
est in opere mala concupiscencia perficere
Ro. vj° Non regnet peccatum in vestro mor
tali corpore in vestro mortali corpore ut obediatis
concupiscenciis eius Glossa id est primus Non con
cupisces uxorem proximi tui id est non con
cupisces eam in corde tuo nec eam verba
amatoria sollicitabis ore nec concupiscenciam
tuam complebis in opere etc. Dominica xviij°

Ascendens ihesus in Sermo de
naviculam transfretavit eadem dominica
et venit in civitatem suam Matthei
Et ecce offerebant ei paraliticum ia ix°
centem in lecto Et videns ihesus fidem
illorum dixit paralitico Confide fili remit
tuntur tibi peccata tua Et ecce quidam
de scribis dixerunt intra se Hic blasphe
mat Et cum vidisset ihesus cogitaciones
eorum dixit Ut quid cogitatis mala
in cordibus vestris Quid est facilius
dicere dimittuntur tibi peccata aut dicere

surge et ambula Ut sciatis autem
quia filius hominis habet potestatem
in terra dimittendi peccata Tunc ait
paralitico Surge tolle lectum tuum
et vade in domum tuam Et surrexit
et abiit in domum suam Videntes
autem turbe timuerunt Et glorifica
verunt deum qui dedit potestatem ta
lem hominibus Tria omnia
elementa lavat unda sed corrupi
bilitatem suam sed in munda Secundo xpo
ea mundavit Terra quidem suam est in
munda possessione sanctus in nocte
Secundo xpo hanc mundavit quod supra eam
xxxiij annis ambulavit Aer suus
est in mundus pessimus in corporum ymmola
to ydolis Secundo xpo hunc mundavit
quod non sub tecto sed ad aerem pati
voluit et quod pacem in celum ascen
dit Ignis suus est in mundus corpo
rum hostiis cremabat Secundo hunc
xpo mundavit quod spiritum suum in specie
ignis misit Aqua facta est in munda
comprehendis hostiis abluit Secundo
xpo hac mundavit quod in iordane
baptizatus fuit et quod super mare am
bulavit Unde hodie in ewangelio legitur
Cum dicitur ascendens ihesus in naviculam
etc. Per hanc autem navem religio sive
penitencia intelligitur quia et ipse xpo
ascendit quod sine salute aliquis
ante penitenciam assumit Ideo dicitur asce
dens ihesus in naviculam etc. Sed ad
penitenciam duo faciunt bona Unum quia
in celeste civitatem deducit Ideo sequitur
Et venit in civitatem suam Aliud quia
infirmum ad sanitatem reducit cuius
signum in paralitico curato Circa
quarum est videndum et querendum Primo
quod per navem religio intelligitur Secundo
sunt venti quibus hec navis deduc
itur et impellitur Tercio quid facien
dum sit quando tempestas temptacionis oritur
Quarto quid per mare significatur
Circa primum ad nos quod religio per navem

mittitur ipse ea uota scilicet obediencie.
paupertatis, et continentie. In mari quidem
non requiruntur cibus uel potus deli
catus sed uictus uel locus amplus
sed artus. Item in religione non debet
quis delicata sed uictura non lata lo
ca sed arta. Et hoc refertur ad uo
tum paupertatis. Hoc est paupertatis uouimus
uictura tamen et arta que debemus
habere. Thimo. ult. Habentes alimenta
et quibus tegamur hiis contenti simus
Et Matthei vij. Arta via est que ducit
nos ad vitam. Secundo in mari fit omnis
gubernatori obedientes. Et licet
sit ibi aliquis magnus non tamen
dedignatur ad eius pedes sedere. Sic
eciam in religione omnis debet esse
obedientes prelato. Et si est ibi ali
quis magnus genere uel sciencia non debet
dedignari subici prelato. Hebr. xiij.
Obedite prepositis uestris et subiacete
eis. Et Eccl. iij. Quanto magnus es
humilia te in omnibus. Et istud pertinet
ad uotum obediencie. Tercio si nauis
est uacua uacillat si nimis onu
sta submergitur si moderata stabilitur.
Sic eciam si quis carnem suam in nullo
maceraverit efficitur lasciua. Si ~~nullo~~
nimis macerabit efficitur infirma. Si de
bito modo est due utiles et boni sub
uenta. Hugo de sancto victore. Qui car
nem suam supra modum affligit ciuem
suum occidit. Si plus quam oportet
alimentis reficit hostem suum nu
trit. Sic ergo nutrienda est ut seruiat
Et sic domanda ut non superbiat
Et istud spectat ad uotum castitatis
que tunc seruatur cum caro maceratur.
Contra sunt nostri quam istam nauem
quatuor uenti tempestatum impellunt
Prima quidem religiosos conagitat
vana gloria. Et iste est uentus qui flat
ab oriente. Sicut enim vana gloriam
aut quia orti sunt de magnis genere
aut quia habent lumine magne sciencie

Secunda quosdam conagitat carnalis gaudia. Et
iste est ventus qui flat ab occidente i. a
carne que cottidie tendit ad occasum. Tercia quosdam
conagitat auaricia. Et iste est uentus qui flat
a meridie scilicet auster terrene prosperitatis
Quarta quosdam conagitat accidia. Et iste
est ventus qui flat a septentrione scilicet a
quilo frigiditatis i. accidie et torporis
De hiis quatuor ventis dicitur Dan. vij. Vi
debam in visione noctis et ecce quatuor
venti pugnabant in mari magno etc.
Contra istud nos quibus imminet tempestas
temptationis quatuor facere debet scilicet primo
debet omnis piscis. Secundo velum elacionis
deponere. Tercio anchoram fidei in deum po
nere. Quarto ad scopulos et ad deum recurrere
Primo debet omnis piscis scilicet onus cupiditatum
et peccatorum. Hebr. xij. Deponentes omne
pondus et circumstans nos peccatum. Unde
dicitur Jone primo. Eiecerunt vasa in mare
que erant in naui ut alleuiarentur ab eis
Secundo debet velum elacionis deponere
et in ymo humiliter permanere quia venti
conculcata conagitat et infima non inquietat
Unde dicitur Crisost. Quia rami qui in alto sunt
sepe ventis franguntur. Qui autem sunt in
ymo securi consistunt. Tercio debet anchoram
fidei et spei in deum figere. Hebr. vi.
Confugimus ad tenendam propositam nobis
spem quam sicut anchoram habemus anime firmam
et tutam. Quarto debet ad scopulos et ad deum
recurrere. Sic legitur Matthei viij. Ubi cum na
vicula illa operiretur fluctibus discipuli
dixerunt Xpo. Domine salua nos perimus. Contra
quatuor sunt qui permanere possunt in modicum tempus
dicta. Primo propter inquietudinem. Secundo propter
instabilitatem. Tercio propter amaritudinem. Primo quidem
dicitur mare propter inquietudinem. Ysa. lvij.
Cor impii quasi mare feruens quod quiescere
non potest. Contingit autem sepe quod in religi
one ubi debet esse silencium quod vadunt
ad silencium sicut dicitur Ysa. viij. ibi inuenitur
mare. Item ubi debet esse silentium ibi
inveniuntur tumultus litigacio. Ubi debet
esse tranquillitas ibi est ociositas
Tales non viuunt more hominum sed ferarum

Fere enim ad minorem pugnant quia ipse
alius aut ipse doctalis aut quibus
ad libidinem vocatur. Sic multi
religiosi litigant aut ipse alius
sit quia non bene pastum aut ipse de
micalis quia sit non in magis monaste
riis vel abbatiis collocatur. Aut
ipse libidine emandi quia sit ad ma
gnas abbatias non promouetur. Ter
cius dicitur mare ipse insaciabilitas
Unde propter dicitur Eccl. xx. Omnia flumina in
trant in mare et mare non redundat
Omnia enim fere flumina infernalia que hoc
mare intrant de quibus supra Joh. ii. Hec
quod est in mundo aut est concupiscentia carnis
aut concupiscentia oculorum et superbia vite Sed
ista flumina non saciant mundum Omnia
non concupiscentia carnis saciatur delicijs non
superbia vite saciatur honoribus varijs Quar
tus dicitur mare ipse amaritudo Nam
diuicie delicie et honores dulcia videntur
hominibus mundanis sed in veritate sunt ama
ra Sicut enim pisces non senciunt amaritudinem
maris quia ibi sunt multi Sic non homines
mundani senciunt horum amaritudinem quia
sunt talibus assueti Dat eciam mundus
suis viris multas amaritudines. Sed cum
in eis dulcorantur per diuinas consolaciones
Ps. Secundum multitudinem dolorum meorum in
corde meo consolaciones tue letifi
cauerunt animam meam Tribus namque mo
dis aque maris possunt fieri dulces Aut
radijs solaribus in nubibus eleua
te Aut procuras in terre visceribus
deputate Aut eciam cereum vas per
poros subtiles ingresse Sicut patet
per philosophos si fiat vas cereum et in mari
imponatur aqua que per poros ingreditur
dulces redduntur. Sic eciam in suis
viris tribulaciones dulcorantur Pri
mo contemplacione celestis glorie Unde cum
celeste gaudium contemplantur tunc in nubes
quodammodo eleuantur. Et contali co
templacione plenus Leuigauit. Gregorius
Considerati premij minuit vim fla
gelli. Secundo consideracione et recorda

cione mortis ipse Christi cum quod
habet in meditatione quo patet cum superbia
contempnit omnia mundana tam prospera
quam aduersa Jeronimus Facile contempnit
omnia qui cogitat se esse moriturum
Tercio commeditacione mortis dominice
Cristus enim fuit tamquam vas cereum
Ps. Factum est cor meum tamquam cera
liquescens in medio ventris mei Po
ri eius sunt eius vulnera in quem morte tri
bulaciones in misse dulces reddunt.
Gregorius Si passio Christi ad memoriam
reuocetur nichil est quod non equo animo
tolleretur. Quinto ponitur bonum quod
assequimur donum premie quia in ce
leste patriam nos inducit. Ideo
dicitur Sicut vetus infirmitas sua sicut liberalit
ciuitas ista Christi fuit Capharnaum
sicut dicitur ii. Unde super Crisostomus Christus
habuit tres ciuitates unam in qua
fuit natus scilicet bethleem Secundam in
qua fuit nutritus scilicet nazareth
Terciam in qua fuit conuersatus scilicet caphar
naum Spiritualiter ciuitas vera
est ciuitas celestis quia in ea erit
iure ciuilitatis perpetue habitacionis et
filiacionis Deus enim faciet nos ibi
suos ciues et perpetuos hereditates
tenere et filios sine heredes. Et de
hijs tribus nos faciet insignitos
Apok. iii. Scribam super eum nomen
dei mei i. super Glossa hoc nomen quod
est eternum et nomen ciuitatis nomen urbis
i. super Glossa hoc nomen quod est ciuis
et nomen meum nomen quod est filius
dicitur ad infra Capitulo xiiii. Habebat
nomen eius et nomen patris eius scriptum
in frontibus suis Sicut enim habent
in frontibus suis hec tria nomina
scripta scilicet Ciuis Eternus et filius
dato enim primo sole quod dicit aliam
sed dicit Ego Decima vita mea quia
posui Jeronimus dicit Ecce deo isto
et meo scripsisti quia ciuis sum
Secundo itum dicit Secundo ciuis sum
manere in tra mea per mille annos

postea ex(tra) q(ui)d(em) E(ccl)e(siastic)i. Ecce dixi
quia tu suscepisti q(uia) ecius s(un)t. Ei(us)
etiam dicit d(omi)n(u)s Chanc(e)s ter(cio)
mea tamq(uam) tinis et etiam(us) adtulaz
tu meam. et aspersa mea no(n) velas
Ecce d(omi)n(u)s q(uia) suscepistis q(uia) fili(us) an(i)
P. ij
simu(s). Et(iam) ponit(ur) aliud bonu(m)
q(uo)d o(mn)i(bu)s p(ri)me asserui(n)t q(uia) ab
o(mn)i infirmi(ta)te liberam. Ex notat(ur)
infirmitate paralitici. Est aut(em) pali
sis morbus qui membra reddit
mollia et dissoluta et dissipata
Et ideo paraliticus sig(nifica)t voluptuo
sos et delicijs assuetos. de quibus
d(icitu)r p(ro)u(erbiorum) xviij. Qui mollis et dis
solutus e(st) in ope(r)e suo f(rate)r e(st) sua
op(er)a dissipa(n)tis. Vnde ti(bi) e(st) m(aterial)i(te)r. Et
tria q(ue) ponit Salomo(n) p(ate)t q(uia) molle
dissolutu(m). et dissipatu(m). Nam molle
e(st) q(uo)d cedit o(mn)i duro, dissolutu(m)
e(st) q(uo)d nullo vinculo e(st) colligatu(m), dis
sipatu(m) e(st) q(uo)d totalit(er) e(st) co(n)fractu(m)
Sic p(ate)t i(n) vase co(n)fracto. Tales e(n)i(m)
s(un)t molles qui o(mn)i duro et o(mn)i
temptationi cedunt Ec(clesiastici) xiij. facta
est p(er)cussio et tribulatio p(ro)pt(er) v(er)bu(m)
co(n)tinuo scandaliza(n)tur. Tales etiam
no(n) s(un)t aliq(uo) vinculo timoris vel amoris
ligati. Ideo s(un)t i(n)mundi. Num(eri) xix.
Vas q(uo)d no(n) h(abe)t op(er)culum vel liga
tura(m) i(n)mundu(m) est. Tales etia(m)
s(un)t co(n)fracti q(uia) nullu(m) bonu(m) possu(n)t
retinere p(er)m(anen)t(er). Ec(clesiastic)i. xxi. Cor fatui
q(ua)si vas co(n)fractu(m) o(mn)e(m) sap(ienci)a(m) no(n)
tenebit. Sanat(ur) aut(em) iste paraliticus
qui i(d est) q(uia) erat mollis ad cedendu(m)
efficit(ur) durus ad resistendu(m) p(er) s(an)c(t)i(ta)t(e)m
e(st) cor meu(m) tamq(uam) terra s(iccitat)is. Ecce
q(uia) mollis ad cedendu(m) Ieremie. Aruit tamq(uam)
testa v(ir)tus mea. Ecce q(uia) durus p(ro)pt(er)
ad resistendu(m). Secu(n)do etia(m) i(d est) q(uia) no(n)
erat colligatus p(ro)ximo modo fortit(er)
deo ligat(ur) vinculo amoris. Coll(ossenses) iij.
Sup(er) h(ec) aut(em) o(mn)ia car(itat)em h(abe)ntes q(uo)d
e(st) vinculu(m) p(er)fectionis. Et vinculo timoris
Vnde sic d(icitu)r Ec(clesiastic)i. xxvij. Nisi in
timore d(omi)ni te instant(er) tenueris cito
subu(er)tet(ur) dom(us) tua. Tercio i(d est) q(uia) erat
tamq(uam) vas co(n)fractu(m) p(ro)ximo modo efficit(ur)

Iste sermo mi(hi) p(ro)

vas solidu(m) et p(re)ciosu(m). Ec(clesiastic)i l. Qu(asi) vas
auri solidu(m) ornatu(m) o(mn)i lapide p(re)cioso. Et
Offerebant ei paraliticu(m) iacente(m) De
in lecto. Et vide(n)s Ih(esu)s fi(dem) eodem
de(m) illoru(m) et cetera. Ecclesia legit sermo
q(ui) fecit x(ristu)s aliquib(us) fuit o(ste)n(s)a Secundus
causo infirmit(at)is spiritualis sic ch(risto). xo(r) c.
phariseis. Qui dicebat Ioh(annis) ix No(n)
e(st) hic h(om)o a deo qui sabbatu(m) no(n) custodit.
Et sic scribis istis q(ui) dix(eru)nt h(ic) blasphemat.
Aliquib(us) fuit ca(usa) sanit(at)is Et h(oc) explicat
Vel sanit(at)is corp(or)alis tu(m) sicut ceco nato
in p(ri)n(cipi)o Ioh(annis) ix Ille aut(em) dix(it) p(ro)ph(et)a
p(ro)ph(et)a e(st). Glo(sa). Adhuc e(st) i(n) v(er)o i(n) cor
de q(uia) no(n) d(omi)n(u)m filiu(m) dei (con)fite(batu)r. Aliquib(us)
ca(usa) sanit(at)is spiritualis tu(m) sic illis q(ui) ad
h(u)c miracula (con)uertebant(ur). Sic istis c(on)ti(ngit)
bis de quib(us) d(icitu)r Videntes aut(em) t(ur)be timu
erunt. Aliquib(us) sanit(at)is corp(or)al(is) et spiritual(is)
Sic isti paraliticos q(ui) d(omi)n(u)s cor(pore) et mente
sanauit. Circa aut(em) istud miraculu(m) po(nun)t(ur)
quinq(ue) differe(n)cie p(er)sonaru(m). Et p(rim)o ponit(ur)
p(er)sone offere(n)ciu(m) in quib(us) fuit mag(na)
fidei co(n)stancia vn(de) d(icitu)r Offerebat ei pa
raliticu(m) et cetera. Sec(un)do ponit(ur) p(er)sona infirmi in
qua fuit magna miseria q(uia) erat pa
raliticus et cetera. Tercio ponit(ur) p(er)s(on)a scribaru(m) i(n) q(ui)b(us)
fuit cogitac(i)o temeraria dicentes in(tra)
se hic blasphemat et cetera. Quarto p(er)sona x(rist)i
in q(u)o apparuit mag(na) ma(gnificencia) sapi(enc)ia et po(tenci)a
Quinto ponit(ur) t(ur)be in quib(us) fuit lau
dacio diuina vn(de) d(icitu)r Videntes aut(em) t(ur)be
timuerunt et cetera. Circa p(rim)o ergo ponit(ur) p(er)sona
offere(n)ciu(m) in quib(us) fuit mag(na) fidei
co(n)stancia vn(de) d(icitu)r offerebat ei paraliticu(m)
Et vide(n)s Ih(esu)s fide(m) illoru(m) et cetera. Ex quo
p(ate)t q(uia) merito fidei illoru(m) x(ristu)s h(un)c sanat.
Glo(sa). Quantu(m) valet apud deu(m) fides
p(ro)p(ri)a apud q(uem) tu(m) valuit aliena ut int(us)
et (exterius) sanaret ho(min)em. Vnde ei sico(rum)
d(omi)n(u)s sepe dat p(ro)p(ri)am g(ra)ciam p(ro)pt(er) aliu(m)
d(omi)n(u)m ut q(ui) a(liqu)a non h(abe)t g(ra)ciam p(ro)p(ri)a(m)
Ex(em)p(l)o in vi(tis) patru(m) Petr(us) d(omi)n(u)s dico
aut(em) q(uia) utiles s(un)t sacro(rum) orac(i)ones p(er) h(un)c
modu(m). Si aliquis desiderans sancta
dona et adp(ar)ticipac(i)o(n)e(m) eoru(m) s(ancti)t(at)em ha
bitu(m) h(ab)e(n)s sic p(ro)pt(er) cognit(ur) p(ro)p(ri)etat(is)
venientes ad aliquos sacro(rum) viro(rum) rogat

ipsum scilicet susceptorem et coronatorem conficitur.
oratio dignissima dona petit. Et desiderium
rei bene. Ps. ciii. Et in minitas culpe
reatum et cognitio puritatis pe ce. Tertium est po
stulatio rei digne. Ps. Id est desiderium
rei bene. Jo. dicit. Si aliquis desperatus
sua dona deus at non dat dona sua
negligenti set desperati. Ps. Desiderium
pauperum exaudivit dominus et cetera. Sap. vii.
Sed impetrat qui se composuit et cetera. Ps.
Est in minitas culpe. Et id dicit Bern.
Similiter spiritus id est medium affirmat gratis. Si ei
in actu vel proposito peccandi essent sicut muri
pec obicere non posset. Je. xv. Si ste
terit moyses et samuel coram me non
est anima mea ad populum istum. Peccatum ei potest
obstaculum ne orationes possint ad deum
ascendere. Tren. iii. Opposuisti nubem
tibi ne transeat oratio. Salat. eloquar. ne deus
possit audire. Ysa. lix. Non est aggravata
auris eius ut non audiat set iniquitates
vestre diviserunt inter vos et deum vestrum. Post.
velamine ne posset eas videre. Pro vero sequitur.
Et peccata vestra absconderunt faciem eius
a vobis ne exaudiret. Tertium est cognitio
puritatis pe vero dicit. Cum pe puritate
cognitione lec. iiii. Re. iiii. Quia cum helyseus
pallio helie aquas iordanis percussisset
non sunt divise quia de merito suo pro consideratione
videbatur. Cumque post dominum invocavit, imploratus
deus. Ubi est deus helye, statim divise
sunt aque. Tertium est postulatio rei digne
ideo sequitur. Tertium est quod petit digni
ssima dona sunt enim qui petierunt
terrena et repulsi sunt. Jaco. iiii. Petitis
et non accipitis eo quod male petitis. Alii
petierunt carnalia et puniti sunt. Num. xi.
Quis dabit nobis carnes ad manducandum
et puniti sunt in puncto eorum. Alii petierunt
sublimia et reprehensi sunt sicut filii zebe
dei Mt. xx. Et octavo post quartum infirmi in
qua sunt magis insensibilia corpora est pali
ticus. Causa de paralisis quidem constri
ctio et constrictio. Consolatio conti
nuata cumque consolatio nervos mandere
Sancti eius impediens tamen spiritum ad
instrumenta sensuum et perfectio motivi et
sensus. Ita avari paralisim incurrit
dominia frigiditate. Est ei sicut congelata

que nulla sentit supra caritatem. Mt.
xxiiii. Habundabit iniquitas et re
frigescet caritas multorum. Illa luxu
rie paralisim incurrit dominia humi
ditate que generatur ex nimietate
cibi et potus de qua dicitur. Ezechiel
xvi. Hec fuit iniquitas sodome sa
turitas panis et habundantia de potu
dicitur. Ephe. v. Nolite inebriari vino
in quo est luxuria. Illa superbi paralisim
incurrit contritione et separatione. Sum
perbia enim separat animam a deo. Ideo
spiritus sanctus ad cor eius transire non pre
Ecc. x. Initium superbie hominis aposto
tare a deo scilicet cum ab eo quod sit recedere
recessit cor eius. Tertio sunt pene
peccatorum in quibus sunt cogitatio
temeraria dicentes inter se hic blas
phemat. Tribus ad modis blas
phemia in deum committitur. Primo cum deo
negatur quod ei convenit. Secundo cum ei attri
buitur quod ei non convenit. Tertio cum id quod
est alicuius attribuit. Et quia scribe crede
bant deum esse non credebant id ipsum blasphe
mare dicebat quia remissionem peccatorum
solius dei est attribuebat ei. Contra
ista tria species faciunt superbi quia sibi
attribuunt gloriam que est propria dei. Ysa.
xlviii. Gloriam meam alteri non dabo
Secundo iracundi qui attribuunt sibi vin
dictam que est propria dei. Ro. xii. Michi
vindictam et ego retribuam. Tertio sunt
quidam temerarii qui volunt de ali
orum cordibus iudicare cum hoc sit proprium
dei solius. Cor. iiii. Nolite ante tempus
iudicare. Et octavo post dominum primum christi
in quo apparuit magna misericordia dei et
sapientia et potentia christi. Misericordia quia dixit
Remittuntur tibi peccata tua. Nam
per iusta dicitur. Potestate habet filius hominis
in terra dimittendi peccata. Et hoc dicit
in terra non super terram vel infra terram
Remissio enim ista non habet locum super
terram id est in celo quia ibi nulla sunt
peccata nec habet locum infra terram id est in
inferno quia ibi sunt peccata irremissibilia. Hec
autem locum in mundo quia ibi sunt peccata
remissibilia. Tertio apparuit eius
sapientia in hoc quod cogitationes eorum vidit
et hoc quod ita sapienter eos confutavit

dicas quid e facilius dicere Remittuntur
tibi peccata tua. Ista autem comparacio potest
esse siue ratione operantis. Et sic ambo sunt
sibi eque facilia. Vel ratione operis. Et
sic dicere peccata e difficilius. Quia
secundum Augustinum. Maius e de impio iustum
facere quam creare celum et terram. Creauit enim ibi
deus sed resistencia sed vo[luntate] ... punita
In racione autem iusti nihil resistens sunt
Vel potest siue ratione nostre cognicionis. Et sic fa-
cilius e peccata dicere quam hominem sanare.
Quia illud videmus, istud autem videre
non possumus. Crisostomus. Quanto anima
corpore pocior e tanto curacio eius plus
e quam corporis. Sed quia illud occultum e
addit quod manifestum e. Vel potest intelligi
ratione locucionis. Et si dicat esse facile
e dicere Remittuntur. Et peccata et dicere Sur-
ge et ambula. Sed ergo videtis quod
ad inuicem dicere surge et ambula sequitur
curacio corporis credatis quod ad inuicem
dicere remittuntur tibi peccata sequatur
curacio mentis. Unde non subdit. Vt autem
sciatis etc. Crisostomus. Potest exponi primo ut
iungatur immediate ad illud quod sequitur
tolle lectum tuum etc. Subiungitur primo ut
sciatis quia filius hominis etc. Surge
tolle lectum tuum etc. Vnde autem interpo-
nitur autem palitico sit verbum euangeliste.
Tunc primo quia sed quod dixerat alteris quid
e facilius dicere. Secundo quod fiat perplexus
in hunc modum. Vt autem sciatis quia fi-
lius hominis etc. Dicto facta ut surgat
postea subdit euangelista. Tunc autem
palitico etc. Tercio ut sit verbum euangeliste
dicentis ad nos. Vt autem vos posteri
sciatis quia filius hominis habet potestatem in
terra dimittendi peccata. Tunc autem palitico
tercio eius postea apparuit in hoc quod
dixit. Surge tolle grabatum tuum.
Tria incommoda iste paciebatur. Non
enim stare poterat totis viribus reso-
lutus erat. Et incedere non valebat.
Sed verbum Christi tante fuit potencie et
virtutis quod dedit ei robur ad standum.
Ideo dicitur Surge fortitudinem ad
hunc onus portandum. Ideo dixit tol-
le grabatum tuum. Et facultatem ad
ambulandum. Ideo dixit et vade in

domum tuam moraliter. Autem lectus peccatoris
est ipsum peccatum in quo male delectatus
quiescit. Tunc autem surgit quando peccatum
deserit. Ideo Surgite postquam sederitis
qui manducatis panem doloris. Tunc
lectum portat quando peccatum quod ei erat
quieti et delectacioni incipit esse oneri
et dolori. Et ideo lauabo per singulas
noctes lectum meum lacrimis meis stratum
meum. Tunc in domum suam vadit quando
in celum meditacione pergit vel conscienciam
suam distruit vel quando vilitatem sui cor-
poris quod e domus eius conspicit. Et ceterum
ponitur. Et hec in quibus fuit laudacio
diuina. Vnde dicitur. Videntes autem turbe timuerunt
etc. Cristus enim tribus de causis miracula
faciebat. Primo propter illorum certa quos huius
faciebat utilitatem quia eos in anima
et in corpore curabat. Secundo propter aliorum
conuersionem quia multi videntes Christi miracula
conuertebantur. Tercio propter dei gloriam et honorem.
Vnde dicitur Johannes. Non ... hic peccauit neque
parentes eius sed ut manifestentur opera
dei in illo. Ista triplex causa potest hic
notari iste paliticus in anima et in corpore
fuit sanatus et curatus et turbe fidem Christi
receperunt et deum glorificauerunt etc. De

Surrexit ihesus palitico et cetera.

Confide fili remittuntur tibi primo
peccata tua etc. Sicut tenus
dicit Beda et habetur in glosa.

[margin: De eodem primo termino sermo]

quinque modis contingunt infirmitates. Vel
ut meritis inita per pacienciam augeatur
ut sancto Job vel ad custodiam virtutum
ne superbia temptet ut paulo. Vel ad
corrigendum peccatum sicut marie leprosa et sic
huic palitico. Vel ad gloriam dei ut ceco
nato et lazaro. Vel ad inicium pene
ut herodi cuius hic vidua. Quinque in
infirmo sequatur. Vnde dicitur Jeremie xvij du-
plici contricione contere eos etc. Hec igitur
infirmitas ideo isti palitico attribuitur ut
sua peccata puniret. Peccata vnde dicitur suis
causa fuisse eam sue infirmitatis. Primo tamen
sanat eam dicitur Confide fili remittuntur
tibi peccata tua etc. Igitur in verbis predictis
tria tanguntur. Videlicet primo grauitas
morbi. Secundo benignitas medici. Tercio
efficacia remedij. Primum notatur cum dicitur
Surrexit ihesus palitico etc. Secundum cum

subingitur. Consideret filius etc. Tercium notatur cum additur. Reddetur tibi etc. Tercium vero quod notatur cum dicitur. Dixit ihesus paralitico. Est enim paralisis genus morbus quem tria mala comitantur scilicet tremor, immobilitas et insensibilitas. Dicitur autem paraliticus peccatores vel quoslibet delicijs assuetos in quibus est tremor et timor. Tunc enim aliquod opus penitencie assumere. Ps. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Legitur Gen. iiij. Quod deus posuit signum in Chaym. Et dicitur in hystoria scolastica quod primum signum fuit tremor capitis per quod audiebatur quod deus illum abiecerat. Videtur quod adeo iste reprobatus qui in bono operando nimis est timidus. Legitur enim de natura animalium quod cervus habet cor timidum sed comedit herbas medicinales virtute quarum cor confortatur et medicinale efficitur et os fuit cartillago in eius corde generatur. Iste herbe medicinales sunt dominice passiones que sibi fuerunt amare. Cant. j. Fasciculus mirre dilectus meus mihi etc. Sed nobis fiunt medicinales. Extra. Olim enim diciam omnes in festinacione nebule. Sed cum non sunt sicut nebula quia tellos vim qui peccati pondere premuata. Abstrac enim nauit medicina sanguinis. Et hec in festinacione sunt iniectum cordia id est istarum passionum que confortat cor ad aggrediendum ardua. Pro. Machab. vj. Elephantis ostenderunt sanguinem vue et mori ad acuendos eos ad prelium etc. Cor medicinale factum ad portandum vilia. Aug. Mirabilis passio tua domine ihesu portata est omnibus iniquitatibus meis et vllam vim infinite inefficacis invenimus. Os id est robur cordis generat ad sufferendum adversa. Aug. Si passio Christi ad memoriam reducitur nichil est quod non equo animo tolleretur. Secundum malum est immobilitas quia caret motu. Si enim paraliticus ambulare voluerit aut penitus subsistet aut retrocedet aut vnum passum ad dexteram et alium ad sinistram faciet. Multi sunt tales paralitici de quibus Aug. de cantico novo. Tria sunt genera hominum quos deus odit scilicet remanentes retro abeuntes et oberrantes. Qui non proficit remansit. Qui a bono proposito declinat retro abiit. Qui fidem deserit a via erravit. Et sequitur

Aug. Remanentes id est sine conversione retroabeuntes sunt renouandi. Errantes in via reducendi. Primi id est sine conversione sunt scilicet tepidi et negligentes. Aug. Super. In via dei non progredi regredi est. Bern. Aliqui stantes proficiunt aliqui stantes fiunt negligentes quia ignauia et torpore marcescunt. Ideo Eccl. xxxiij. Sperans marcescit ignauia. ij. Cor. vj. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ille in vacuum graciam dei recipit qui in ea non proficit. Secundi sunt qui retro ad peccata redeunt. Isti sunt similes vxori loth que quia retro respexit in statuam salis conuersa fuit in via. Ut habetur. Gen. xix. Augustinus. Ideo conuersa est in statuam amisit motum et sensum quia tales omnia iusta perdiderunt que attinent vel sensum fidei recte vel motum operacionis bone. Augustinus. Conuersa est in statuam salis ut alijs introducieret ne et ipsi retro respiciat. Augustinus. Remansit in via dans intelligi quod ipsi via alijs demonstrare possunt sed ad patriam pervenire non possunt. Tercij sunt qui errant modo scilicet declinando ad dexteram spei per presumpcionem modo ad sinistram timoris per pusillanimitatem modo ad dexteram prosperitatis per intemperanciam modo ad sinistram adversitatis per impacienciam. Legitur j. Reg. vj. Quod vacce que portabant archam domini ibant mugientes non declinantes ad dexteram neque ad sinistram donec venirent bethsames. Ille enim qui ingum dei defert debet de peccatis suis gemere et non debet amore alicuius prosperi vel timore alicuius adversi a via dei declinare donec veniat bethsames id est ad domum dei. Quia bethsames interpretatur domus solis. Tercium malum est insensibilitas quia caret sensu. Tales enim quamvis mala non sentiunt scilicet primo diabolicas temptaciones. Secundo diuinas punitiones. Tercio suos defectus et imperfectiones. Quarto proximorum miserias et afflictiones. Primo quod non sentiunt diabolicas temptaciones. Et hanc insensibilitatem facit consuetudo. Crisostomus super Ieremiam. Non sentit qui consentit sed sentit qui dissentit de-

3 [illegible]

talibus dicitur prover. xxiii. Verberaverunt
me et non dolui traxerunt me et
non sensi. Ideo tepescentes confitentur
et non desistunt quia ad illud
attendunt quod delectat et non ad
illud quod cruciat. Dicit enim Beda quod
serpens qui evam seduxit faciem
habebat virgineam sed caudam serpen
tinam. Quia diabolus in principio blanditur
postmodum veneno inficit. Ideo
similis est scorpioni qui blanditur
in facie sed pungit in cauda. Ergo
non sentiunt divinas punitiones. Et
hanc insensibilitatem facit amor mun
danus qui non permittit sentire
punitiones amoris dei. Debemus igitur cor
ad mundum claudere et ad celum aperire
Si volumus divinas inspirationes
suscipere et eas punitiones sentire.
Hinc est quod cor hominis est latum superius
et strictum inferius. Quia debemus
esse lati ad amandum celestia et
stricti ad amandum terrena. Dicit Ysidorus
libro de animalibus quod aves clau
dunt oculos cum palpebra inferiori
animalia non gressibilia cum palpe
bra superiori. Quia viri spirituales
oculos habent clausos ad terrena
carnales non ad celestia. Secundo non sen
tiunt suos defectus et imperfectiones
Et hanc insensibilitatem facit superbia
Humilitas non sentit et recognoscit
peccatum. Si non humiliter sentiebat. Et
quia sentit ideo deus suos defectus
perficit. ps. Infirmata est tu vero
perfecisti eam. ps. Augustinus. Si non in
firmaretur non perficeretur. Item multos
impedit a sanitate presumptio sanitatis.
Tales superbi sunt similes vespertilionibus
qui amiserunt visum suum
propter volatum. Huiusmodi enim est falliculus
qui comburitur ad candelam tunc sit in
firmam alarum. Eodem modo superbi quia
in altum volant defectus suos non
considerant. Tertio non sentiunt proximorum
miserias et afflictiones.
Et istam insensibilitatem facit avaritia.

Quia avarus nullum habet sensum compassio
nis unde de avaro dicitur Eccli. x. In vita
sua proiecit intima sua. Proiecit quidem
exteriora i. omnem proximum et exteriorem
proiecit interiora i. omnem propinquum. Item avarus
proiecit intima i. patrem et matrem animam
suam et deum. Augustinus de verbis domini. In
explebilis quidem est avaritia. Dimittit nec
deum timet nec hominem reveretur nec pat
ri nec matrem agnoscit nec fratri obtem
perat nec amico fidem servat. Tertio ponitur
benignitas medici. Cum dicitur Confide
fili remittuntur. Debemus confidere quod deus nobis
nostra peccata remittet. Et ad istam confidentiam
nos inducunt exempla peccatorum qui tam
graviter ceciderunt et tam misericorditer revoca
ti sunt de quibus sic dicit Gregorius Omelia
xxv. Immensa clementia dei mi fratres
debemus aspicere qui nobis vero insignia
exempla penitentie posuit eos quos post primam
vitam post lapsum fecit. Pretendo etenim pe
trum considero latronem aspicio Zache
um intueor mariam magdalenam et
nichil aliud in eis video nisi ante
oculos meos posita spei et penitentie exempla.
Fortasse enim in fide lapsus est aliquis Pe
trum aspiciat qui amare flevit quod ti
mide negaverat. Alius qui contra proximum
suum in malitia crudelitatis exarsit aspiciat
latronem qui in ipso mortis articulo ad vite
premia penitendo pervenit. Alius qui avari
tie estibus anhelans aliena diripuit
aspiciat zacheum qui siquid alieni
abstulit quadruplum reddidit. Alius
qui libidinis igne succensus carnis mun
ditiam perdidit aspiciat mariam magdalenam
que in se carnis amorem igne divini a
moris excoxit. Tertio ponitur efficatia
remedii. Cum dicitur Remittuntur tibi pec
cata tua. Sed quia hoc est proprium dei ideo scri
be cum blasphemare dicebant eo
quod peccata se dimittere asserebat quia ipsum
esse deum non credebant. Solius enim
dei est remittere peccata. Ysa. xliii.
Ego ipse sum qui deleo iniquitates
tuas propter me. Et Jo. dicitur Joh. xx.
Quorum remiseritis peccata remittun
tur eis. Deus enim et sacerdos peccata dimittunt

sed differunt. In peccato enim sunt tria scilicet dei offensa deformitas macule et obligatio ad penam eternam. Ezech. xviii. Quod obtexit caligine. Item deformitas macule. In figura pro quo dominus filiam syon. Item dei offensa. Proiecit de celo in terram inclitam israel. Item obligatio ad penam eternam. Ista tria solus deus remittit. Quod significatum est luc. xv. in filio prodigo de quo tria dicuntur scilicet quod pater osculatus est eum per quod significatur remissio offense. Item induit eum stola prima per quod significatur munditia anime. Item quia hic mortuus fuerat et revixit per quod significatur dimissio pene eterne. Sacerdos autem quantum ad alia tria dicitur dimittere peccata. Primum est quia peccatorem a deo absolutum esse denunciat. Aliter non pro absoluto non recipitur. Secundum est quia a pena purgatoria eum deobligat et pena penitentiali eum ligat. Tertium est quia virtute clavium de ipsa pena parte relaxat. Primo cor. ii. Cor. ii. Illud et ego quod donavi siquid donavi propter vos in persona christi. Ista tria notantur Joh. xi. in resuscitatione lazari ubi dominus apostolis tria iniunxit scilicet ut lapidem tollerent ut ipsum solverent et ut ipsum liberum abire permitterent. Tunc enim sacerdos lapidem tollit quando convertit penam purgatorii in levem penam penitentie. Tunc ipsum solvit quando aliquam penam dimittit. Tunc liberum abire permittit cum ipsum pro absoluto libere recipiendum esse diffinit etc.

Dominica xx. Sermo primus. Math. xxii. c.

Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias. Et nolebant venire. Iterum misit alios servos dicens. Dicite invitatis. Ecce prandium meum paravi tauri mei et altilia occisa et omnia parata venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt et abierunt alius in villam suam alius vero ad negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt servos eius et contumelia affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et civitatem illorum succendit. Tunc ait servis suis. Nuptie quidem parate sunt sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt bonos et malos et implete sunt nuptie discumbentium. Intravit autem rex ut videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris ligatis pedibus eius et manibus mittite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati pauci vero electi.

Quia sumus sensibilibus assueti ideo dominus nos sepe per sensibilia manu ducit ad intelligibilia et per intellectualia ad divina sicut patet in stella magis quos per stellam sensibilem manu duxit ad intelligibilem prophetiam et per intellectualem prophetiam ad christi visionem immediatam. Sic etiam hic per nuptias corporales christus nos manu ducit ad intellectuales spirituales et per spirituales ad intelligendum celestes. In ista igitur parabola plura sunt videnda videlicet primo quid significatur per regnum celorum. Secundo quis sit iste homo rex. Tertio que sint iste nuptie. Quarto qui sunt isti invitati. Quinto quid sit ista vestis nuptialis. Sexto quid sit ista ligatio manuum et pedum. Septimo que sint iste tenebre exteriores.

Circa primum notandum quod secundum glo. per regnum celorum intelligitur presens ecclesia sive congregatio iustorum. Non enim potest intelligi de ecclesia triumphanti tantum quia perfidum vocatur et post perfidum adhuc aliud restat quomodo tamen quia unus eicitur cum nullus inde eiciatur. Et ideo convenienter dicitur. luc. xiiii. dicitur non intelligitur. Et quia tamen vocatur et quia nullus inde eiectus fuisse perhibetur. Secundo dicitur ecclesia celum quia in celo est quoddam corpus celeste quod illuminat et non illuminatur sicut sol. Isti sunt prelati maiores qui non debent indigere

aliena illuminatione de quibus dicitur Matthei v. Vos estis lux mundi. Quia ipsi verbo et exemplo alios debent illuminare. Aliud est quod illuminat et illuminatur sicut luna et stelle. Isti sunt prelati minores qui debent a superioribus lumen recipere. Tertium est quod illuminatur et non illuminat sicut firmamentum. Isti sunt boni subditi qui debent a prelatis illuminari sed ipsi alios illuminare non tenentur. Danielis xii. Qui docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti. Hoc refertur ad subditos illuminatos. Et qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stelle in perpetuas eternitates. Hoc refertur ad prelatos inferiores illuminatos et illuminandos.

Secundum. Secundo principaliter notandum quod iste homo rex est deus pater qui dicitur rex quia regit in celo per gloriam in mundo per gratiam et in inferno per iustitiam. Dicitur autem homo propter conformitatem que est inter deum et hominem, secundum quam conformitatem accidit quod homo accipit aliquando personam dei. Psalmus. Ego dixi dii estis etc. Et deus personam hominis sicut probatur [illegible]. Tanta est conformitas inter Christum caput et membra quod aliquando caput accipit personam membrorum. Actuum ix. Saule Saule quid me persequeris. Aliquando membra accipiunt personam capitis. Psalmus. Nolite tangere christos meos. Pari modo tanta est conformitas inter dyabolum qui est caput malorum et eius membra quod aliquando dyabolus accipit personam membrorum. Matthei xiii. Inimicus homo hoc fecit. Aliquando membra personam sui capitis. Johannis vi. Unus ex vobis dyabolus est.

Tertium. Tertio notandum quod sicut dicit Gregorius deus pater filio suo tunc nuptias fecit cum ipsum nature humane coniunxit. Et subdit imperialis thalamus est virginis uterus. Psalmus. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Et quia thalami regales sunt depicti ideo iste thalamus fuit depictus colore nigro humilitatis, albo virginee puritatis et rubeo caritatis. Pulchra commixtio nigri albi et rubei quia pulchra commixtio nigri humilitatis puritatis et caritatis. Canticorum primo. Nigra sum. Ecce color niger humilitatis. Sed formosa. Ecce color albus puritatis. Sicut pelles Salomonis que erant rubricate. Ecce color rubeus caritatis.

Quarto notandum quod isti invitati sunt omnes fideles. Sed fidelium quidam sunt boni qui habent fidem et opera, quidam mali qui habent fidem sine operibus. Unde dicitur infra. Congregaverunt omnes quos invenerunt bonos et malos. Modo enim sunt mixti boni cum malis. Ecclesia sicut dicit glossa. Ecclesia est medium inter celum ubi sunt boni tantum et infernum ubi sunt tantum mali. Gregorius. Tales [illegible] bonis quia nequaquam perducuntur ad subtilitatem [illegible] sicut luna aliene puritatis. Ideo boni non sunt qui malos tollerare recusant.

Invitati sunt omnes fideles. Sed horum quidam venerunt scilicet qui habent fidem et caritatem et opera. Alii non venerunt qui habent fidem tamen sine operibus caritatis. Sunt quinque cause quare non venerunt videlicet. Quidam propter eorum voluntatem perversam. Alii propter suam negligentiam. Alii propter eorum superbiam et vanam gloriam. Quarti propter eorum avaritiam. Quinti propter eorum aptam malitiam. Primo. Quidam invitati non venerunt propter eorum voluntatem perversam quod notatur cum dicitur. Et nolebant venire. Nullum enim aliud impedimentum habent nisi quia nolunt. Tales enim nichil videntur de sua salute curare. Job [illegible] habent terram despicabilem. Alii non venerunt propter suam negligentiam. Ideo subditur. Illi autem neglexerunt. Multi enim sunt sicut pigri quia cum anima habeat duos pedes scilicet salubre propositum et opus bonum, aliqui pedem boni propositi ponunt in via iustitie religionis, sed ad [illegible] alium differunt ponere. Sed sicut dicitur Ecclesiastes vii. Qui timet deum nichil negligit. Alii non venerunt propter eorum superbiam et vanam gloriam. Ideo dicitur. Et abierunt alius in villam suam. Per villam enim terrena dominatio intelligitur. Superbus enim non solum non venit sed [illegible]. Job xxiiii. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Quarti non venerunt propter eorum avaritiam. Et hoc est quod subditur. Alius ad negociationem suam. Avarus enim non [illegible] propter deo fine et minimo. Matthei vi. Non

potest deo servire et mamone. Quanti
vero non perveniunt ipse corpore apud ma-
litia et hoc est quod sequitur. Reliqui vero
tenuerunt servos eius et contumeliis
affectos occiderunt. Tales sunt multi pre-
positi qui illos qui se admonent et corri-
gunt oderunt et persequuntur. Amos v.
Odio habuerunt corripientem in porta
et loquentem perfecte abhominati sunt. Circa
quintum notandum quod caritas dicitur vestis tum quia
operit delicta. Proverbiorum x. Universa delicta
operit caritas tum quia calefacit. Job xxx-
vii. Nonne vestimenta tua calida sunt
cum perflata fuerit terra austro tum quia
ornat opera nostra. Omne caritate et opera
nostra non placent deo. Primo Corinthiorum xiii. Si
distribuero in cibos pauperum omnes facul-
tates meas caritatem autem non habuero
nichil mihi prodest. Secundo autem imperialis
quia unionica fuit ipsa caritas refor-
manda vel conformanda vel augenda.
In unione scilicet filii dei quod fecit ad huma-
nam naturam caritas inter deum et nos est reformata.
Ephesios ii. Ipse enim est pax nostra qui fecit
utraque unum. Est protectio consummata Jeremie xxxi.
In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi
te miserans. Est augmentata quia
filius dei qui erat dominus ... factus est
servus ... et dicitur ... Baruch. Hic locus
ingens non habet terminum. Magnus dominus et lau-
dabilis nimis sed parvus dominus et lauda-
bilis nimis sed parvulus utique qui natus est
nobis Ysaie ix. ... ...
ta quod etiam ab angelis ... multa reverentia
exhibita sunt. Angelus non passus est a Johanne
se adorari Apocalypsis xxii. ... ...
incarnationem ... Circa sextum
notandum quod in celo sunt omnes soluti scilicet et
solutio intellectus quia videt deum sine
enigmate. Primo Corinthiorum xiii. Videmus per
speculum in enigmate tunc autem facie ad
faciem et cetera. Sicut solutio cogitatio quia
omnis cogitatio geritur in deum sine re-
tardatione. Capitulo v. Cogitatio apud
altissimum. Sicut solutio affectio quia
totus transit ad deum cum delectatione
unde cum deus dicitur ignis ut Hebre-
Hebreorum xii. Deus noster ignis consumens
est. Et alibi dicitur carbones ignis
accensi sunt. Psalmo. Et similitudo anima-
lium aspectus eorum et carbonum ignis
ardentium et cetera. Dicitur lapides igniti
Ezechielis xxviii. In medio lapidum
ignitorum ambulasti. Dicitur ardores
sempiterni Ysaie xxxiii. Quis ex
vobis poterit habitare cum ardoribus
sempiternis et cetera. In inferno autem omnes
sunt ligati. Sicut enim ligata potentia
operativa affectiva et intellectiva.
Primo sicut ligata potentia operativa
quia nullum opus bonum poterit facere. Ideo
dicitur ligatis manibus proiciatur. Ecce
potentia operativa intellectiva. Secundo sicut
ligata potentia affectiva quia deum
non potest diligere. Ideo dicitur ligatis pe-
dibus. Nam secundum Augustinum pedes anime
sunt affectus anime. Tertio sicut ligata
potentia intellectiva quia deum non potest
cogitare cum sint in terra obscura
et oblivionis. Ideo dicitur mittite eum
in tenebras et cetera. Sicut ligatorum
potentia reparativa quia numquam ad primam
reparari poterit. Ideo dicitur exteriores.
Peccator enim in hac vita est in tenebris
interioribus quia adhuc est in spe
venie. In inferno autem est in tenebris
exterioribus quia erit extra ambitum
divine misericordie. In mundo autem sunt ex toto li-
gati sicut in peccato mortali existentes qui
ligati sunt vinculo culpe et additi
vel addicti sunt pene et cetera. In cuius
significationem dicitur Judicum xv. Ligaverunt
Sampsonem duabus novis funibus.
Alii sunt ex toto soluti sicut viri perfecti
qui sicut dicitur Primo Corinthiorum iii. Edificant
aurum argentum et lapides preciosos
et cetera. Tales enim nullum sunt vinculum
culpe et ideo nulli sunt obnoxii pene.
Alii sunt ex parte ligati et ex parte so-
luti sicut penitentes qui quidem soluti
sunt amictu culpe Ecclesiastici iii. Sicut
in sereno glacies solventur peccata
tua. Sed tamen ligati sunt funibus pene
satisfactorie. Jeremie xxxviii. Submiserunt

Renua sinibus et eduxit eum de
laqueo de ista ligacione et solucione
dicitur ch. xvij. Quodcumque ligaueris
super terram etc. Tercia septima nox
que tenebre infernales dum potentes
dies quia fuit potior omnium dierum
Tempore eius ordo dierum ac nocti-
um uertitur quo dies precedebat et
noctes subsequebantur. Et iste ordo
post peccatum primi hominis tenet incepit
a diei medio quod de die gratie cecidit
in noctem culpe. Et durauit iste
ordo usque ad passionem domini. Tunc
autem sicut Beda innuit mutatus est ordo
quia noctes precedunt et dies se-
cuntur. Ad immedio quod homo per Christi
passionem de nocte culpe rediit
ad diem gratie. Et iste ordo durabit
usque ad diem iudicij. Tunc autem
mutabitur tercius ordo quia tunc omnes
dies erunt per se et omnes noctes e-
runt per se. Deus autem tunc separabit
noctes a diebus et omnes noctes pro-
iciet in infernum et omnes dies mit-
tet ad celum. Noctes id est nunc dum
tenebre interiores quia sunt continue
cum diebus. Tunc autem erunt potiores
quia erunt separate a diebus diebus etc.

Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nupcias filio suo etc. — De eodem sermo tercius. Mt. xxij.

In presenti vita celebrantur nupcie carnales que fiunt inter virum et uxorem. In futuro celebrabuntur nupcie eternales que fiunt inter deum et curiam celestem.

Septima

Primo autem nupcie carnales in-
stitute fuerunt a deo. Cum dixit Gen.
j^o Crescite et multiplicamini
et replete terram. Et Adam tunc ait
eius dicens: Hoc nunc os ex ossibus
meis et caro de carne mea. Hec
vocabitur virago quia de viro suo sump-
ta est. Quam ob rem relinquet homo pa-
trem et matrem et adherebit uxori
sue et erunt duo in carne una. In
quibus verbis ostenditur Adam qualiter vir
se debeat habere ad uxorem. Et qualiter
ad virum. Et qualiter ambo pariter. Vir e-
nim debet uxorem suam cum dilectione

Prima

quia nunc os ex ossibus meis etc. debet eum
ea diligere sicut os suum et carnem suam
id est sicut seipsum. Ephes. v. Qui suam uxorem
diligit seipsum diligit. Hec autem debet diligere
quia est bonus vel ut bonus sit. Tunc
id est suam uxorem ut seipsum diligit quando eam
diligit quia est bona vel ut sit bona. Ex quo
patet quod homo plus debet diligere bonitatem in uxore
quam pulchritudinem. Quia sicut dicitur Prov.
Fallax est gratia et vana est pulchri-
tudo. Est enim fallax quia decipit intuen-
tem. Augustinus ait: est inimica anime latens
vite suauis mors blanda peruersio
puritatis delicata rosa fetens malum
liber. Sedulius philosophus: pulchritudo
est flos marcidus carnalis felicitatis
fugitiva (?) Boecius: Si lincei
oculis homines uterentur ut eorum visus
queque obstancia penetraret nonne intro-
spectis visceribus etiam pulcherrimum
corpus Alcibiadis turpissimum videretur. Non solum autem
ista pulchritudo est fallax intuenti
sed etiam est vana quia est ea multi-
plicis vanitatis. Prov. xi. Circulus aureus
in naribus suis mulier pulchra et
fatua. Sed que mulier est turpis et fatua
non est periculum quia eam nemo sollicitat.
Que etiam est pulchra sed sapiens sibi
non est periculum. Sed que est pulchra et fa-
tua tunc est periculum quia tanquam sus luto
in mundicie se involuit. Uxor autem debet
viro obedientiam et subiectionem. Quod
notatur cum dicitur quia de viro suo sumpta est.
Debet sibi esse subiecta in hijs scilicet que non
sunt contra deum. Dicit autem Augustinus super Gen.
quod quando vir et uxor ad invicem differunt
tunc in domo est statio multa. Quando
vero vir subicitur et uxor dominatur tunc
est pax peruersa. Quando autem vir dominatur et
uxor subicitur tunc est pax recta. Po-
test addi quartum quando scilicet vir et uxor bene
conveniunt tunc est pax deo et hominibus
grata. Ista etiam Augustinus ostendit in homine
anime dicens quod caro est uxor et spiritus est vir.
Quando id est caro concupiscit adversus spiritum
et e contra tunc in domo anime magna est
pugna. Quando autem caro dominatur anime

tuc e pax turpis et pura Quod no
ru duat. tanu tuc e pax vera Quo
ant ie. caro adulat spm et sps ad
nupus carne purgat tuc e pax ciuda
q tn erit i patria Ambo ac sz vir
et vxor pie h' ta debet sz p°. i di
uisibilem habitacoem Q°. in violabile
fide T°. pura intecoem P°. quide
vir et vxor h' debet indiuisibile ha
bitacoem Que no° tu dixe. relinquet
ho patrem suu et matrem et q illo aut
patrem et matrem relinquit ut i pura
hitent Et hita°. ista no dz separari
nisi p morte corpale vel spualem
aut ppt fornicacoem corpale vel spua
lem Tuc spuali quis mori. quando
religione ingdi. Tuc spuali for
micat. qn in heresim labit. et adherere
rem the coua. Q°. h' debet i uio
labile fide Et io d. Et adhebit vxo
ri sue Tercia pe d. p°. Cor. vii. Mli
no het ptatem sui corpis s vir et
que. Ista tn fide melius gsuat vxor
q vir Tercia pe d. Aug9 in Encli.
tyulici quatuor het reuerencia q sut
timor dei | diligens custodia viri | reuerecia
et gfusio mundi | et t'ror legum publi
tarum q puniunt vxores fornicarias
Vir aut hz vnu tm retinens qd' est
timor dei Et ideo d. Aug9 | Ideo mtra
sunt mulieri maior custodia qr i ea
e maior infirmitas T°. debet hre
in ope gugali puram intecoem ut sz
gungant ppt ple pcreanda Que no
tu dixe. Et erunt duo in carne vna
sz quanda | ipa em carnal gmixtio
aliqn nullam culpa het qn sz fit
intecone plis pcreande Greg9 Tuc
gunges i admixtione pme culpa sut
qn p pcipienda ple mi fuit Aliqn
het culpam venialem qn sz fit ca co
cupiscencie gplende q tn ita e rom
subiecta q no gplet ea n cu vxore
ipa Glo. sup pa. ep. Cor. vii. Con
iugalis gcubitus guandi gra no hz
culpa gcupis. no sacianda s tn cu
gugc ipa het culpa venialem Aliqn
hz culpa mortale qn gcupia. e pe

et moderata q cu qtunqz ea gplet
Aug9 9t Julianu | Intepans
sine intepatus gugio quid aliud
est nisi quida adult' vxoris Aliqn
het culpam mortalissima qn fit
9t natura Aug9 in li°. de bono co
iugali Cu ille usus plabit. ult
porta imperialia i. ult. ppaganda
vel gplenda natura sit venialis
in vxore in meretrice aut dapnabil
Ille no q e 9t natura gcessibilit
sit in meretrice sed gcessibilei i vxore
Q°. sut nupcie celestes in qbz
multa fercula apponent de qbz sic
d. Aug9 de ci. dei Quid e a. qd'
dns p pphetam d. Ero illorum deus
n ero vnd saciet. Ero qtunqz ab
hominibus desiderant. sz et vita
et salus et victus et copia et gla et
honor et pax et oia bona Inter octo
fercula post q deus in suis nupti
is dabit. Pm fercl'm e vita q q'.
cansabit. P° qr sci maducabunt
vita et bibet vitam de maducare
d. Joh. vi. Ego su panis viuus
qui de celo descendi Si qs madu
cauit gsc. pane viuet in etnu
de potu vo d. Apok. vii. Agnus
q' in medio throni e deducet eos
ad fontes vite aqra Q°. qr vinet.
cu vita deut. xxx. Ipsi adherens
ipse e ei vita tua prou. viii. Qui
inuenerit me inueniet vita T°. qr
tota mortalitas absorbebit. ii.
Cor. v. Nolumus expoliari s sup
uestiri ut absorbeat. qd' morte
e a vita Q°. fculu e sanitas | Q 7
q cansabit. Accbus P°. qr hebut
sbm tpantissima Modo em corpus
e distepatu cu sit gquaor elemet
et quatuor qlitatibz co posit et io
dissolucioni subiectu Tuc ei ad
sumam tpanciam redducet. Omnia
Job xxxviii. Glebe illius sz sup
timitate auru opti. vel ut muido
Glebe mee i. corpa mea sut lutu
Q3 ei gute. i auru qr erit fulgida

parata et preciosa. Secundo quia habebunt
aerem sanissimum. ysa. lx. Occupabit
salus i. aer sanissimus muros
tuos. Sed dapibus ditentur. Deut.
xxviii. Percutiat te dominus aere cor
rupto. Tertio quia habebunt aerem
iocundissimum. unde Sicut letantium
omnium habitatio est in te. ysa. li. Leticia
sempiterna super capita eorum. Leticia
et semper in sanitate conservat. Prov. xvii.
Animus gaudens etatem floridam facit.
Secundum stultum est victus i. quibus cibis
pascitis magis dulcis qui tabitur
saptata dei visione et gaudet cibus
est copiosus deliciosus et eius gratia
copiosam dabit satietatem. unde Sa
tiabor cum apparuerit gloria tua.
Gratia deliciosus parat esuriem
et aviditatem. Eccli. xxiiii. Qui edunt
me adhuc esurient. Gratia eius
concludet omnem timorem. Non enim
timere poterunt quod iste cibus defi
ciat quia erunt in magna securitate et
satietate. quod dapes erunt in perpetua
epule. unde In diebus famis satu
rabuntur. ysa. lxv. Ecce servi mei
comedent et vos esurietis etc. Quintum
stultum est copia i. divitiarum habundantia.
unde Gloria et divitie in domo eius. Di
vitie dicuntur hic sicut labor in acqui
rendo timor in custodiendo et do
lor in perdendo. Ubi autem nullus est
labor. Apoc. xiiii. Amodo iam
dicit spiritus ut requiescant a laboribus
suis. Nullus timor. Prov. primo. Qui me
audierit absque timore requiescet. Nullus
dolor. ysa. xxxv. Fugiet dolor et
gemitus. Sextum stultum est gloria i.
pulchritudo gloriosa que tabitur a p
maiorum varietate. unde Omnis gloria filie
eius ab intus in fimbriis aureis
A dei refulgentis maiestate. primo
Mach. vi. Refulsit sol i. Christus in
clipeos aureos i. in sanctos qui sunt
clipei triangulati propter fidem trinitatis
et aurei propter preciositatem caritatis et
crucei propter similitudinem Christi. Et etiam
[illegible] a Christo conformitate. philip.
iii. Salvatorem expectamus dominum

Ihesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre
configuratum corpori claritatis sue. Sextum est honor.
Erunt enim assessores dei iudices mundi
et reges celi. Matth. xix. Sedebitis super se
des iudicantes etc. Ecce quod erunt asses
sores iudicantes xii. tribus ysrael. Erunt
iudices. Et omnis qui reliquerit etc. usque
ibi vitam eternam possidebit. Ecce quod erunt
reges. Septimum est pax de qua dicitur ysa. x
xxii. Sedebit populus meus in pulc
tudine pacis in thabernaculis fiducie
et in requie opulenta. Ibi ergo est pax
pulchra et secura et opulenta. Tunc
pax est pulchra quando fit hostibus sub
peditatis. Tunc est secura quando fit hosti
bus longe [illegible]. Tunc est opulenta
quando fit hostibus spoliatis. Sancti habebunt
pacem pulchram quia habebunt omnes hostes
suppeditatos. Malach. iiii. Calcabi
tis impios cum fuerint sub planta pe
dum vestrorum. Habebunt pacem securam quia
habebunt hostes [illegible] et in infernum
precipitatos. ysa. xxv. Precipitabit dominus
mortem in sempiternum i. demones qui fuerunt
nobis causa mortis. Habebunt pacem opulen
tam quia habebunt spoliatos. Tunc enim spo
liabuntur egiptii et ditabuntur hebrei.
Octavum et ultimum est felicitas et omnia bona. scilicet bona
superiora que erunt in dei visione. Exo. xxxiii.
Ego ostendam tibi omne bonum. Ioh. xiiii. Do
mine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Bona
inferiora i. que in domo dei erunt ordina
tissima dispositione. unde Videas bona
ierusalem omnibus diebus vite tue. Item Quam
dilecta thabernacula tua domine virtutum etc. Ioh.
xiiii. In domo patris mei mansiones multe
sunt. Bona interiora que erunt in animarum al
lustratione (?). ysa. lviii. Implebit dominus
splendoribus animam tuam. Et bona exteriora
que erunt in corporis immortalitate et hominum
et angelorum iocunda societate. unde Astitit
regina a dextris tuis i. Ecclesia circumdata
in vestitu deaurato i. cum corpore glorifi
cato circumdata varietate i. hominum et angelorum
iocunda societate etc. De eadem

sermo tercius [illegible]

Amice quomodo huc
intrasti non habens
vestem nuptialem. Matth. xxii.
Christum quia veste nuptiali non habuit [illegible]

vniusitas malorum qui habent fidem
sine opibus carit. De quibus in epla
Ty. p°. Confitet. se nosse deum factis
aut negat etc. Sz no videt. quiste de
buerit rephendi debz. qz vero dispu
tatis prius ite ad conuiuia viarum et quo
dz inuenit etc. In talibus aut locis no
inueniunt. nisi pauperi viri Sz dicit.
q dns omibz quos inuitat vestem
nuptialem qfert Sz aliq recipe con
tempnunt sic in pctis psenerantes Alii
qui aut recipiunt sicut deuoti z hu
miles Aliqui recipiunt sz postea p
iciunt sic ad vomitum redeuntes Iste
aut recipe nolunt aut si recep. pca
abiciunt Et io merito fuit rephensus
z de nuptijs eiectus Ista aut rephe.
z abiecto fiet i iudicio qn x°. malos
xpianos arguet q in militanti eccla
tm fidem habuit sz carit. no habuit Crisost
Si aliqs cu nigra veste inueta in
nuptijs sordidat nuptiarum glam ita
q facit opa tenebrosa inter xpianos
ipsi xpiani fac. iniuria Itaqz homo
aut pm locu eligat veste aut sedm
vestem eligat locu Aliogn audiet
Amice quo huc intrasti Hij vbis i.
premiss ta de isto pounte. pq vniusi
tas malorum signat. sz p°. vbal di
lecto cu d. amice. Sz° eius temera
ria presumpto cu sedi. quo huc intra
sti etc. T°. eius sententia puicio cu sub
infert. ligatis manibz z pedibus etc.

3ª Tercia p°. in no q tps e dilecto filius
vbalis pcordialis z realis de q.
d. p°. Joh. in° Io diligamus vbo neqz
lingwa sz tm Ecce dilecto vbal Sz
ope Ecce dilecto real Et vite Ecce
dilecto pcordial Ista ei e dilectio
vera q radicat in corde Hopte i. istius
fuit tm dilecto vbalis qz deum tm ore
qfessus fuit Sz no fuit pcordial qz
ipm i corde no dilexit Nec realis
quia mne opa no habuit Cristus aut
vera dilectoe nos dilexit. z vbali sz
nos utilr instruendo vba, xolvm. Ego

fui dns de tuis doctus te vtili
ta Et pcordiali aiam suam p
nos ponendo Joh. xv. Maiorem
hac dilectionem nemo habet etc. Et
reali nos oibz bonis ditando Ja.
p°. Ome datu optimu z ome donu
pfectum desursum e etc. Est g°
pus aite quo huc intrasti etc. Aie
qui me tm vbalr dilexisti no
pcordialr. n°. realr. q ego tm
dilexi Et vbo docendo vtiliter
Et corde redimendo misericorditer
Et ope ditando multipr. quo huc
intrasti i. qua temeritate tibi xiam
no. vsurpasti cu n corde me
dilexis n ope meis suiceris
sz tm vbotenus in mastuetis
Notand aut q vera aia. quatuor
d. et importat sz p°. qunctiom
S°. assimilaco T°. volutatu
y depticez Ai°. eqlitez P°. q de
dico q vera aia. d. qunctio qua
veri aici cuncta s° qunctat vnu cu
dicit. Dicitur de quoda paupe q
cuiusdam diuitis aicus erat aut Cum g°
illo diuite iste paupe Aicus no e
qui fortune pticeps no e Quat
ei media s° invice subpuut in
vno corpe Sic et dici cu habent
vnu cor s° debet mutuo desuie
Manus ei fuit ori cibu apponendo
os stomacho cibu destinando stomachus
mebris cibu deriuando Cor pul
moni s° motu z vita tribuendo pul
mo cordi aere s° adtpanre cu
caloris tribuendo Sic z aici debet
esse aico manus defendendo ab in
iurijs os docendo bonis qsilijs
stomachus nutriendo bonis beneficijs
cor viuificando bonis exemplis z pul
mo refrigerando qt adusa bonis
vbis Ista talis qdicio sz qunctio
e i aici. qua habent sci cu deo qz
bo. q ab ipo accipiunt ei qunctat
ea pauperibz largiendo q. palip.
xxix° Tua sunt oia z q de manu
tua accepimus dedimus tibi Ista
aut qdicio aicicie no e i malis
qz bo. sua pprer deum no qunctat

sed si amare renuat. Eccli. xi°.
Nunc manducabo de bonis meis
solus. Secundo amicitia dicitur assimilatio.
Amor enim assimilat amantem amato.
Hugo de sancto Victore. Scio anima mea
quod in eius similitudinem transformaris quem diligis. Unde sic for-
maris. Unde ipse isto tale assimilatio-
ne quidam philosophus interrogatus quid esset
amicus respondit: Alter ego vel alter ipse.
Ista conditio est in amicitia dei et sanctorum vi-
rorum. Ipsi enim intuitu dei per amorem as-
similantur quod dii appellantur. Psalmus:
Ego dixi dii estis et filii excelsi
omnes. Augustinus. Talis est unusquisque
qualis est dilectio sua. Si deum dili-
gis deus es. Si terram diligis terra
es. Sicut autem bonus amor dei facit
bonos deos felices, sic diversa vita
facit homines brutales. Unde Boetius de
consolatione libro quarto, prosa iii. Evenit ut quem
transformatum vitiis videas hominem
existimare non possis. Avaritia fervet
alienarum opum violentus ereptor?
Lupo similem dixeris. Ferox atque
inquies linguam litigiis
exercet? cani comparabis. Insidiator
occultus subripuisse se fraudibus
gaudet? vulpeculis exequetur. Ira in-
temperans fremit? leonis animum ge-
stare credatur. Pavidus ac fugax
non metuenda formidat? cervis si-
milis habeatur. Segnis ac stupidus
torpet? asinum vivit. Levis atque
inconstans studia permutat? nihil
differt ab avibus. Fedis immundisque
libidinibus immergitur? sordide suis vo-
luptate detinetur. Ita fit ut qui probitate
deserta homo esse desierit, cum in divinam
conditionem transire non possit, vertatur in
beluam. Tertio amicitia dicitur voluntatum in ydemp-
titate. Unde Tullius: vera amicitia
est idem velle et idem nolle. Et ista
conditio est in amicitia dei et sanctorum virorum.
Nam deus vult quod sancti viri volunt.
Psalmus: Voluntatem timentium se faciet,
et sancti volunt quod vult deus.
Psalmus: Beatus vir qui timet dominum, in mandatis
eius volet nimis. Ista autem conditio non est
in malis. Romanos ix: voluntati dei non subiacent
sed ei resistunt. Sed tamen resistere non valebunt,
quia voluntas dei aut impleta fit ab homine
aut in ipso fiet de homine. Ideo dicitur Ysa.
xlvi°: Consilium meum stabit et omnis voluntas
mea fiet. Quarto amicitia dicitur equalitas. Nam
superioris ad inferiorem est que benivolentia,
inferioris ad superiorem est que reverentia,
equalis ad equalem est que amicitia. Damianus (?)
super xii prophetas: Amicitia pares aut
accipit aut facit. Ubi autem est inequalitas
et est altius eminentia et altius sub-
iectio, ibi non tam amicitia quam adulatio est.
Ista conditio olim non erat in amicitia dei
et hominum, quia deus erat summus et homo erat
infimus. Sed ne aliquid in amicitia deesset,
qui prius erat dominus mox factus est servus
et factus est equalis. Vocat se amicum nostrum
dicens Iohannis xv: Vos autem dixi amicos.
Secundo ponitur huius convivialia (?) proprietas cum
dicitur: Quomodo huc intrasti non habens vestem
imperialem. Vestis imperialis caritas
est que rebus decantatur (?). Imperialis vocatur
primo quia Christus eam in suis nuptiis gessit.
Unde in cena nuptiali fecit, ubi carnem et
panem et sanguinem pro vino apposuit, ubi
refecit angelos in celo eos reparando, homines
in mundo eos reducendo, patres in limbo
eos liberando. Christus in nuptiis vestem
caritatis gessit, non de pilis camelorum, non
de corticibus herbarum, non de intestinis
vermium, sed de intimis (?) suorum viscerum. Et
hanc quam lateris apertione amore cordis
patefecit. Bernardus: Clavis penetrans,
clavis reserans facta est mihi ut videam
voluntatem domini. Quid ni videam per foramen? Cla-
mat clavus, clamat vulnus, patet
archanum cordis per foramina corporis.
Secundo dicitur vestis imperialis quia nullus sine
illorum scilicet qui fuerunt valde boni q' peccata
sua penitendo deleverunt Aliorum oportet
revelabunt et oportet occultabunt illorum
scilicet qui fuerunt mediocriter boni q' peccatum
aliquod criminabilia portaverunt Horum enim
peccata angeli et deo revelabunt ut de ipsis
purgetur et hominibus occultabunt ne ab
ipsis accusentur Secundi accusatores erunt
demones de quorum accusatione dicit Augustinus
Dicturus est adversarius in iudicio Equissime
iudex iudica istum esse meum ob culpam
q' noluit esse tuus per gratiam Tuus per naturam
meus per miseriam Tuus per passionem
meus per persuasionem Tibi inobediens
michi obediens A te accepit immortalitatis
stolam a me accepit hanc pannosam q'
induitur et tunica Tua veste dimissa
eo mea hunc venit Equissime iudex iudi
ca istum esse meum et meum esse dampna
dum In quibus verbis ponitur quinque alle
gationes quibus diabolus vult ostendere peccatorem
esse dampnandum Prima est talis Tu ob
tulisti ei tuam gratiam ego meam culpam
Tuam gratiam contempsit meam culpam re
cepit ergo debet esse meus Secunda est talis
Tu creasti eum p' naturam i. debet esse
tuus s; fecit se meum per suam malitiam

To qd' Svolt

Ideo debet esse meus. Tercia est talis. Tu
sustinuisti pro eo grandem passionem
ideo debet esse tuus. Ego eum obtuli
per meam suggestionem. Sed ipse tuam pas
sionem contempsit et meam suggestionem
recepit. Ideo debet esse meus. Quarta
est talis. Duo sunt scilicet obediencia et inobe
diencia. Quicumque cuius est obediens tuus est
Sed quicumque est tibi inobediens et mihi obediens
meus est. Sed iste fuit tibi inobediens et mihi
obediens. Ergo debet esse meus. Quinta est talis. Tu
es facis homini fulgida veste virtutum meam
est facere per sordida veste viciorum. Quicum
que ergo vestitur veste virtutum est tuus. Qui in vo
luptatibus veste viciorum est meus. Sed iste tuam ve
stem abiecit et meam semper portavit. Ergo debet
esse meus. Tercii accusatores erunt propria
peccata. Sapiencie iiii. Traducent illos ex
adverso iniquitates ipsorum. Istud audite.
Jacobi v. Agite nunc divites plorate v
lulantes in miseriis vestris que adve
nient vobis. Divicie vestre putrefacte sunt
et vestimenta vestra a tineis comesta sunt.
Aurum et argentum vestrum eruginavit et eru
go eorum in testimonium vobis erit etc. Et inferius
Ecce merces operariorum vestrorum que defrau
data est a vobis clamat et clamor eorum in au
res domini Sabaoth introivit. Ubi audite
beatus Jacobus quod contra malos divites
tria clamabunt in iudicio scilicet erugo et
tinea et merces defraudata. Sunt
enim quidam qui divicias suas avare reti
nent et recondunt. Contra hos clamabit eru
go. Alii qui vane consumunt eas et multa
mutatoria vestium emunt. Contra hos
clamabit tinea. Alii sunt qui bona pau
perum eripiunt rapiunt et eos conspoliant
et mercedibus laborum suorum defraudant.
Contra hos clamabit merces in iusticia detenta
et defraudata. Quarti accusatores erunt
omnia elementa. Istud audite Hugo de sancto Vic
tore. Contra peccatores in iudicio celum
dicet. Ego per lucem ministravi ad placitum.
Aer dicet. Ego omne genus avium per
dedi ad obsequium. Aqua dicet. Ego diversa
genera piscium per dedi ad esum. Terra dicet.
Ego panem et vinum per dedi ad nutrimentum

tum. Propter quod nos omnia elementa sustinuit
recreaverunt contra peccatoribus
ad supplicia. Sed ideo Hugo con
tinuit. Ignis dicet a me comburatur.
Aqua dicet a me demergatur.
Aer dicet in me spiritu flatiletur. Terra
dicet a me absorbeatur. Infernus
dicet a me deglutiatur. Sapiencie v.
Armabit creaturam ad ul
tionem inimicorum contra insensatos etc.

Oblatus est ei de eodem ser
mone qui debebat ei decem milia talenta domini n. b
lecta etc. Sed in beato Bernardo xv.
Obligati sumus deo ad quatuor. Hec in
maxima debita persolvenda. Unde di
cit. Si cogitasses quam multa et
quam multis debeas videres quod nichil
est quod satis. Primo debes ei totam vi
tam tuam quia pro tua ipse posuit suam.
Secundo contingit peccata preterita futuram
vitam tuam ut facias fructus dignos
penitencie et recogites omnes annos tuos
in amaritudine anime tue. Tercio si tamen
debitorem eundem qui redderet eam sibi
puto quod desperias gloriam quam non celes
tis. Nunc adhuc emenda te totum
et quicquid potes dare optabit. Et
eum omnia complemus dicens. Non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram
gloriam que revelabitur in nobis. Quarto
debitum debes quod est amor totum
cordis qui te fecit et bene fecit et
tanta tibi fecit. Ista igitur tam maxima
debita sunt decem milia talenta de
quibus Christus in iudicio a nobis racionem requi
ret. Quia sicut tota vita nostra debemus
ei qui nos creavit ei qui nos rede
mit ei qui tot et tanta peccata nobis
dimisit et ei qui tantam gloriam nobis
promisit. Ad ista autem racionem reddenda
quadrupliciter procedit. Videlicet primo omnes
ad suum iudicium citabit. Secundo ipsos
citatos convincet. Tercio ipsos convictos
condempnabit. Quarto condempnatos penam proferet.
Primo ei omnes ad suum iudi
cium citabit. Et hec est prima citacio scilicet
admonitoria comparatoria et peremptoria

Citacionem monitoriam mittet per prophetam Joel iii. Consurgant et ascendant omnes gentes in vallem Josaphat quia ibi sedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. Citacionem peremptoriam mittet per alium prophetam qui dicit: Exsurge domine deus in precepto quod mandasti et synagoga populorum circumdabit te et propter hanc in altum regredere. Dominus iudicat populos. Citacionem presentatoriam mittet per angelum. Apocalypsis x. Angelus quem vidi stantem super mare levavit manum suam super celum et iuravit per viventem in secula seculorum quia tempus amplius non erit. Sed in diebus vocis septimi angeli cum ceperit tuba canere consummabitur misterium dei. Et hac triplici citacione prima Thessalonicenses iiii. Ipse dominus in iussu. Ecce citacionem preceptoriam. Et in voce archangeli. Ecce citacionem monitoriam. Et in tuba dei descendet de celo. Et mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Ecce citacionem peremptoriam.

Deus ipsos citatos computabit et maxime de quatuor. Primo de bonis commissis. Secundo de bonis a nobis obmissis. Tercio de malis a nobis commissis. Quarto de malis nobis dimissis. Primo quidem refert dominus racionem a nobis de bonis nobis commissis. Quatuor enim bona nobis commisit scilicet corpus et animam res temporales et tempus de quibus dicitur Ecclesiastici xvii. Deus creavit hominem. Hoc refertur ad corpus. Et secundum ymaginem suam fecit illum. Hoc refertur ad animam. Numerum dierum et tempus dedit illi. Hoc refertur ad tempus. Et potestatem eorum que sunt super terram. Hoc refertur ad omnia temporalia quibus ipse homo est prelatus. Dedit igitur deus homini corpus ut conservet illud in iusticia et sanctificacione. Prima Thessalonicenses iiii. Sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificacione et honore. Dedit animam ut faciat sibi magnum honorem. Si enim honoramus ymaginem dei pictam multo magis honorare debemus ymaginem suam in anima nostra creatam. Ecclesiastici x. Fili in mansuetudine serva animam tuam et da illi honorem secundum meritum suum. Dedit etiam deus homini temporalia ut ea dispenset pauperibus. Ergo deus enim dispensatores divitiarum suarum nos esse voluit non dominos et ideo cum vult dat eas et quando vult tollit. Illud hic minime est quod in nulla est potestate hominis si volumus. Dedit etiam homini tempus ut in eo conservet. Ecclesiastici iiii. Fili conserva tempus. Bernardus. Nichil preciosius tempore sed heu hodie nil vilius reputatur. Si enim dixeris una hora temporis homo potest cum illa et iusticiam emendet et gloriam obtinet de quibus bonis quatuor nobis commissis racionem nos reddere oportebit. Secundo de corpore malam racionem reddent luxuriosi qui in luxuriis illud insumpserunt. Jacobi v. Epulati estis et in luxuriis enutristis corda vestra. De anima malam racionem reddent superbi qui animam inhonoraverunt dum ipsam omnibus virtutibus per superbiam spoliaverunt. Ecclesiastici vi. Non te extollas in cogitacione anime tue velud thaurus ne forte elidatur virtus tua per stultitiam et folia tua comedat et fructus tuos perdat. De rebus malam racionem reddent avari qui pauperibus nil dare voluerunt unde dicetur eis in iudicio Matthei xxv. Esurivi et non dedistis michi manducare. De tempore malam racionem reddent ociosi qui ipsum tempus negligenter consumpserunt. Unde dicit Bernardus. Omne tempus nobis impensum requiretur a nobis qualiter sit expensum. Luce xxi. Et capillus de capite non peribit. Sic nec momentum de tempore. Secundo racionem reddent de bonis a nobis obmissis. Istud patet Matthei xxv ubi dominus servum suum qui obmisit lucrari in talento accepto condempnavit et in tenebras exteriores mitti iussit. Per talentum scilicet intellige donum intelligencie quod quidem abscondunt in terra. Unde dicitur ibidem. Abiens fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Quidam ponunt in sudario. Unde dicitur Luce xix. Ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Alii ponunt ad mensam sed bonum finem non habent. Unde scribitur ibidem. Et quare non dedisti pecuniam

que

admissa eorum. Peccata ac abscondita in
terra rubigine tegit. Reposita in sudario
non crescit. Posita ad messam fructum facit.
Illi in terra abscondunt qui donum intel-
ligentie in superfluitatibus terrenis ponunt.
Et ideo sepe consumit rubigine peccatorum.
Illi ponunt in sudario qui dant se tem-
pori et ocio. Tales nullum fructum bonorum
operum faciunt. Illi ponunt ad messam qui
donum intellectus ponunt ad faciendum opera.
Tales quia acquirit magnum cumulum me-
ritorum. De qua messe dicitur in psalmo. Pasti in
conspectu meo messem etc. Vero requiret
de malis a nobis commissis. Judex eternus
vero non requiret de minimis nostris, de alie-
nis etc. de occultis. Judex ac eternus tace-
cit [illegible] qui vero requiret de mini-
mis. Unde de verbis ociosis Matthei xii. Dico
vobis omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines
reddent rationem de eo in die iudicii. Vero
requiret de malis alienis et maxime a p-
latis. Ezechielis iii. Sanguinem eius de ma-
nu tua requiram etc. Requiret eciam vero
de cogitacionibus occultis. Sapiencie vi. Co-
gitaciones interrogabit. Job xxxi. Non-
ne ipse considerat vias meas. Glossa.
Unde deus undecumque vias considerat. Con-
gressus dominat ut etc. minutissime cogi-
taciones ac verba terminissima que apud nos
vsu viluerunt eterno iudicio indiscussa
remaneant. Quarto vero requiret de malis
nobis dimissis. Sicut patet hic in servo cui
dominus dimiserat decem milia talenta qui
noluit dimittere centum denarios conservo suo.
Per decem milia talenta significantur decem precep-
ta quidem qui transgreditur debet decem mi-
lia talenta deo id est penam pertransgressionem de-
cem talentorum preceptorum. Per centum denari-
os intelliguntur quelibet iniurie offense
que in proximos committuntur. Hominis Dictamus
sub [illegible]. Si quis in nos committit adulterium
homicidium sacrilegium maiora crimina decem
milia talentorum rogata dimittuntur. Si eciam
ipse minora dimittat peccatoribus. Contra
ipsos comminatos committit et hic parauit
ea institucta id est festa eciam. Psalmus vii.
Judice quando iudicabit dominus occulta hominum.

Psalmus eciam iustus Et bene dicitur occulta
hominum. Sunt enim quedam opera que tamen sunt
hominis sicut opus peccati. Psalmus. Non
loquatur os meum opera hominum. Quae-
dam sunt que sunt tamen opus dei sicut
est opus creacionis. Job x. Contrudit
celos solus. Quaedam sunt que sunt opus
dei et hominis sicut est opus iustificacionis.
Prima Corinthiorum iii. Dei enim sumus coadiu-
tores. Johannis xv. Sine me nichil
potestis facere. Opus enim creacionis
deus non iudicabit nec comprobabit
sed in melius reformabit. Unde celum et
terra et cetera. Opus dei
et hominis non comprobabit sed remunera-
bit. Opus ac solius hominis sed peccatum
iudicabit et comprobabit. Psalmus. In operibus
manuum suarum comprehensus est peccator.

Circa. Quod ipsos convictos sua sentencia
diffinitiva proferet dominus. Matthei xxv.
Discedite a me maledicti in ignem
eternum. Illa ac sentencia nullo auxilio
potest publicari. Circa. Circa auxiliis
comperietur. Sentencia publicata potest
scilicet per appellacionem. Secundo per supplicacionem.
Tercio in sentencia profertur. A principe enim
non licet appellare sed supplicare. Tercio
per querelam scilicet ut dicatur quod sentencia sit
lata per falsos testes iudice circumvento.
Circa restitutionem in integrum restituere. Est
ac in integrum restituere reducere in
eum statum in quo erat. Ad proponere.
Illa igitur sentencia non potest revocari primo
per appellacionem. Appellacio ac vel locum
non habebit. Circa. Circa crimen cuiuslibet
erit notorium. Et hoc tripliciter. Primo per pro-
fessionem propriam. Contra enim cuiuslibet
consciencia sine [illegible] Augustinus. Circumspiciens
iudicium suum timeo conscienciam meam
corrige. Secundo in causa tunc testi-
monium erit suum tunc. Secundo erit notorium
per evidenciam facti. Hominis Dicit dicens
in quo facta mea quasi in quadam tabula
picta demonstrabuntur. Tercio erit noto-
rium per presumpcionem violentam. In eo
enim quod ponentur a sinistris presumetur
quod sunt dampnandi. Unde et de iustis

in eo quod ponetur ad eos promittetur
qui sunt salvandi. Secundo illa sententia non
potest per supplicationes et preces sub-
levari. Quia cum omnes potestates celes-
tes sicut beata virgo et apostoli et martires
et omnes sancti et confessores et doc-
tores preces ad supplicandum componerent,
deus eos non exaudiret. Job xli.
Non parcam ei verbis potentibus et ad de-
precandum compositis. Ymmo si omnes sancti
preces supplicarent et ipsi ieiunando se
affligerent et sacrificia deo offerrent, deus
eos non exaudiret. Jer. xiiii. Noli o-
rare pro populo isto in bonum. Cum ieiuna-
verint non exaudiam preces eorum. Et
si obtulerint holocausta et victimas
non suscipiam ea, quoniam gladio et fame
et peste ego consumam eos. Tertio non po-
terit revelari per querelam falsi, ut
dicatur quod illa sententia sit lata per falsum instru-
menta et per falsos testes, iudice cor-
rupto. Quia ille iudex non potest de-
cipi nec circumveniri, cum sit veritas et
sapientia dei. Job xxxiiii. Speculatorem cu-
ius nichil fallit. [illegible] xii. Ipse
novit et decipientem et eum qui decipitur.
Quarto ibi ipsius sapientiam nichil vale-
bunt loquacitates advocatorum nec so-
phismata philosophorum nec facundia oratorum
nec argucie versutorum. De hiis dicitur [illegible]
Erunt illic elingues et muti feli-
ciores loquacibus erunt. Multi pasto-
res piscatores quam rustici oratoribus quam
hebetes argumentis Ciceronis prefere-
di sunt. Quinto non potest illa sententia
revocari per in integrum restitutionem, ut
scilicet ad pristinum statum restituantur.
Hebr. vi. Impossibile est eos qui
semel illuminati sunt etc. Et sequitur: Et pro-
lapsi sunt, scilicet per finalem impenitentiam, iterum
rursus renovari ad penitentiam. Ps. Reges
eos in virga ferrea et tanquam vas figuli
confringes eos. Ipsi enim non erunt
vas eneum sed terreum, quia amando ter-
rena facti sunt terra. Ideo dicitur tanquam
vas figuli et non frangetur ab aliquo
sed a validissimo pugille deo. Ideo dicitur
confringes eos. Nec frangetur cum vir-
ga lignea sed cum virga ferrea, id est cum
inflexibili iusticia. Ideo punietur /

Reges eos in virga ferrea. Et propterea ita
valde frangentur quod numquam reintegrabun-
tur. Jer. xix. Sic conteram populum istum sicut con-
teritur vas figuli quod non potest ultra instau-
rari et cetera. Sermo tercius

Serve nequam omne debitum dimisi tibi etc. Mt. xviii. Beatus Aug. De eodem
habere odium in corde est habere gla-
dium, ignem et scorpionem. De primo sic dicit
in sermone: Qui alii nocere desiderat similis
est illi qui gladio se transfigerat ut tu-
nica alterius cedat. De secundo sic dicitur ibi: hoc
frenate iram que vos stimulat ad vindictam.
Ira enim scorpio est. Si te interius flammis
concitavit, si iram te vis dimittere tuo vin-
dicare adipam iram tuam te gerere quia
ipsa est inimica tua que occidit animam tuam.
De tercio sic dicit super psalmum. Sic puta ma-
liciam esse quo ignem. Si incendere vis aliquid,
id quod apponis ignis primo ardet ut et
ardeat non incendit. Verbi gratia: Cum faculam
apponis igni prius ardet ut aliquid vel
aliud possit incendere. Ista ergo malicia prius
cedit corde et quod vastat antequam te. Malicia
tua ut alteri non noceat fieri potest. Ceterum
tibi non noceat fieri non potest. Ira enim illa
qui odium retinet seipsum occidit. Venie-
nat et incedit. Ideo nequam appellatur.
Et sic dicitur Eccli. xxiii. Cum sit nequam et cum
aliis bonis erit. Super psalmum. Crisostomus. Cum
primus decem milia talenta debebat non
est vocatus nequam sed cum fratri remittere noluit
debitum nequam vocatur. Dominus: Serve nequam et
vocatur autem nequam propter duas nequicias quas
fecit. Prima fuit nequicia magna. [illegible] pm
Crisostomus. Cum dicitur. Tenens suffocabat eum.
Non enim rogatur, ut admonuit, sed statim
ad gulam cucurrit. Tales sunt multum furiosi
qui feruntur impetu ire sue. Pro. xxvii.
Ira non habet misericordiam nec erumpens furor et
impetum concitati spiritus ferre quis poterit.
Prov. xv. Cor fatuorum ebullit stulticiam.
Et bene dicitur ebullit. Quia cor fatuum est
sicut olla bulliens que sepe comminus mala
facit. Primum est quia aquam proicit foras
et circumstantes adurit. Secundum est quia ignem
extinguit. Tertium est quia pinguedinem
foras emittit. Quartum est quia quandoque ipsa olla
sepe confringitur. Olla enim bulliens est animus

iracundi qui sepe verba ista contumeliosa
parit quibus alios inflamat .i. ad scanda
lum provocat. Igne eciam celi qui cecidit in illum
qui eum arguebat extinguit. Nullus eciam
audet reprehendere eum quia statim videt ipsum ad
contumelias paratum esse. Si ipse eciam
haberet aliquam pinguedinem devocionis et
gracie tota effunditur per tale furorem ire.
Sicut vas cum tot sic frangitur ut vix ad tuum
qualitatem reintegretur. Contra istam ollam
sic bullientem iram sub utraque remedia. Primum
est ut ollam ab igne removeamus .i. a talium
presencia nos subtrahamus. Prov. xx. Honor
est homini qui separat se a contencionibus.
Omnes enim stulti miscentur contumeliis. Secundum
est ut ligna auferamus .i. verba incentiva
subtrahamus. Prov. xxvi. Cum defecerint
ligna extinguetur ignis et susurrone sub
tracto iurgia conquiescent. Tercium est ut aquam
frigidam apponamus .i. verba refrigera
tiva reddamus. Prov. xv. Responsio mollis
frangit iram sermo durus suscitat furorem.
Sicut enim ab ore duo procedunt contra unum
ignem materialem succenditur sed flatus aliud
extinguit scilicet sputum. Sic ab ipso ore duo
procedunt contra unum ignem iracundie accendit
scilicet verba dura aliud extinguit scilicet responsio
blanda. Eccl. xxviii. Si sufflaveris quasi
ignis exardebit et si expueris super illum
extinguetur et utrumque ex ore proficiscitur.
Secunda neccessaria istius sunt peccatum ingratitu-
do unde dicit ei dominus Serve nequam omne debi
tum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne
oportuit et te misereri conservi tui sicut et ego.
Sunt autem quidam qui non dimittunt offensas
nisi simpliciter quia aliquas dimittunt et aliquas
non. Alii non dimittunt nisi habeant magnam
emendam. Alii non non dimittunt nisi diu
rogentur. Deus autem dimittit totaliter et sine
comparacione. Ideo dicitur Omne debitum .i. octo
pena quam homo est obligatus et pro peccato cordis
oris et operis. Eodem modo debet quilibet recon
ciliari inimico scilicet corde ipsum diligendo ore
pro ipso orando et ope subveniendo. Ista tria
notantur Luc. vi. Diligite inimicos vestros
benefacite hiis qui oderunt vos et orate
pro persequentibus et calumpniantibus vos.

Secundo deus dimittit liberaliter cum pura satis
faccione. Ideo dicit dimisi tibi non
vendidi. Quidam enim offensas suas
vendunt dum pecunias et magnas
emendas requirunt. Cui autem non di
mittunt magis sibi nocent quam illis
quibus non dimittunt. Cui non liberaliter
dimittit magis se punit quam illum quibus
dimittit. Crisostomus. Si oderis inimicum
magis tibi nocuisti et amplius fecisti
animam quam illi fecisti corpus. Et forsitan
illi michil noceres odiens eum tempus
autem sine dubio ledis. Si tamen pepercis
inimico tibi amplius pepercisti. Et si
benefeceris illi tibi amplius profuisti
quam illi. Tercio dimittit faciliter sine coaccione
sione. Ideo dicit cum rogasti me.
Quidam remittere nolunt nisi rogati
aut coacti aut nimis compulsi. Deus
autem faciliter remittit. Nam remisit Da
vid adulterium et homicidium cum tribus
sillabis quas dixit peccavi. Remisit
Petro negacionem cum paucis lacrimis.
Remisit publicano peccata sua cum
quinque verbis Deus propicius esto mihi pec
catori. Quarto deus sic remittit
totaliter. Sicut liberaliter. Sic faciliter et
valde miser est ergo qui proximo non re
mittit. Ingratitudo est quasi ventus
et ideo quicumque mala facit. Primo et prima
peccata prius remissa revocat. Aug.
de verbis domini. Sic dicit deus dimitte et di
mittetur tibi deus. Sed ego prius
dimisi dimitte vel postea. Nam si
dimiseris revocabo te et quicquid tibi
primum dimisi replicabo tibi. Secundum est
quia omnia merita dissipat. Bernar.
Ingratitudo inimica est anime exinaniens
meritorum virtutum dispersio beneficiorum
perdicio. Tercium est quia fontem divine gracie
exsiccat. Bernar. Ingratitudo est
ventus urens siccans sibi fontem pietatis
rorem misericordie et fluenta gracie. Quartum
est quia viam gracie obstruit ne scilicet ac
cedere amplius possit. Bernar. Ingra
titudo obstruit vias gracie et ubi illa
fuit gracia accessum non habet. Idem
accipiendis indignus est qui fuit

de acceptis iniquus. Mt. i c. quia potem nunc fragit. Aug. sup ps.
Deus ultionum. Ne fefelles alium
proximum si ipse te lesit sic nolles
proximum illum alio rogante quod lesi
sti. Noli nunc pote subiute quod
transisti. Et si ille peccat in te ne
pecces tu deterius blasphemas
deum. Cum igitur sint ubique sunt
duas potestas vetitas ideo sunt
duas penas scilicet pena dampni et
pena sensus. Et utraque est eterna. Pena
dampni notatur cum dicit Et iratus dominus
dampni eius nunquam videbunt deum pla
cidum sive placatum sed iratum. Et
utraque est magis pena. Illa videre deum
iratum est maxima pena. Apoc. vi.
Tunc dicent montibus et petris ca
dite super nos et abscondite nos
a facie sedentis super thronum et ab
ira agni. Isto videre etiam deum pla
catum sed iratum est maxima pena. Crisost.
dicit super Math. Multi gehennam hor
rent ego autem carentiam sive casum
illius glorie multo maiorem penam
gehenne esse aio. Nam etiam si mille
ponat aliquis gehennas nichil tale
dicet glorie perdi tibi illa gloria et odio
a Christo haberi et audire non novi vos.
Est enim melius sustinere decem milia
fulgura quam faciem illam mansuetam
videre a nobis aversam et tranquillum
oculum non sustinere nos videre. Pena
sensus notatur cum dicit Tradidit eum torto
ribus i. demonibus in carcere infernali.
Hec enim deus carcerem palatium sta
bulum et hospitale. In carcere sunt omnes
mali. In palacio omnes boni. In sta
bulo boni et mali. In hospitali
mediocriter boni et mediocriter ma
li. Carcer est infernus. Tunc enim hec
ho carcerem penalem quo pedibus
et manibus vinciantur. Tunc hec
penaliorem quo continuis tenebris in
volvitur. Tunc hec penalissimum quo
continuis fletibus et dentium stridoribus an
gustiatur et angustiatur. Talis est carcer

infernalis. Math. i c. dicitur xxii. Ligatis ma
nibus et pedibus mittite eum in tenebras
exteriores ibi erit fletus et stridor dentium.
Palatium est paradisus. Quale autem pala
tium hic quis hic edificat tale ibi inve
niet. Edificatur autem istud palatium de
auro dilectionis dei et de argento dilec
tionis proximi et de lapidibus preciosis bono
rum operum. Math. i c. p. Cor. iii. Si quis autem
super edificat super fundamentum hoc aurum
argentum et lapides preciosos etc. Stabu
lum est iste mundus in quo hic positi sunt
postquam peccatum. Quia teste propheta compa
ratus est iumentis insipientibus etc. Bn.
Puto quod iumenta diceret si loqui possent
esset. Ecce adam factus est quasi unus ex nobis.
Adhuc autem significandum deus nascens
in mundo in stabulo voluit poni. Si
autem tot pulchra tot delectabilia inveniuntur
in stabulo qualia sunt illa que invenientur
in palacio. Et tamen multi illorum ista sunt [illegible]
dam. Hec autem illi qui diligunt sordes sta
buli et non curant decorem palacii ve
nire. Hospitale dei est purgatorium in quo
sanantur. In primis Ieronimus quedam sunt multa
delectionem i. de mundano amore. Isti tar
dius cremabuntur ut ligna. Alii minus.
Isti citius purgabuntur ut fenum. Alii mi
nime. Isti citissime purgabuntur ut stipula.
p. Cor. iii. Si quis superedificat ligna
fenum stipula unusquisque opus manife
stabitur. Utraque autem pena scilicet pena dampni
et pena sensus erit eterna. Hoc notatur cum dicit
Quoadusque reddat universum debitum.
Remigius. Quoadusque ponitur pro infinito.
Et est sensus. Nunquam persolvet et ideo penam
luet. Sed non videtur quod divine iusticie competat
pro culpa transitoria punire pena eterna. Ad
quod dicendum quod competit divine iusticie quam
diu [illegible] sed primo propter infinitatem of
fensi. Secundo propter eternitatem pabuli. Tertio
propter eternitatem mali proponi. Quarto propter
imitacionem fori. Primo hoc competit divine
iusticie propter infinitatem offensi. Est enim
communis civium conceptio quod in quorum sine
timeas tanto maiori dignus est pe
na quanto maior est ille cui iniuria

Unde etiā dt̄ phs v° ethc. Qr pe-
taxat̄ fm dignitatē eius in q̄ inferē-
inimria Cū igit̄ maiestas di infini-
ta sit ille qui eū offendit dignus
est pena infinita No at pe ee infi-
nita q̄m admensioē quia cā̄ta nō
est capax alicui q̄lit infinite Et io
debent esse infinita q̄m adduracoēm
Ex q̄ pe eternē pabuli respectu q̄ de
sunt dug₃ sz/actus delectato/macula/
votās pua/ Et reatus sunt obligatio
ad pena eterna Duo at p³ sz actus et
delectato. Aliqd tñ sunt in momento ha
at ta reanet p⁹ morte esto duo sz
macula ꝛ votās pua sunt pabuli igis
infernalis Nō ei nisi p gr̄am deleri
pnt p⁹ morte at ho no ē susceptibl
grē Sicut ē ignis matalis eet et
nus si pabulū .i. ligna esset eterna
Sic ignis infernalis erit eterni qr eius
pabulū sz macla ꝛ votās pua sunt
eterna Et io reanet tātū sz ipe reatus
Et° ipē eternē mali prositi Votās ee
peccandi in eis no hnt fine Et io in
corp pena no dz hre fine Gregorius in
moral. Aut quida sine fine no dbz
puniri culpa cū fine Quibz ceteris re-
deam⁹ q̄ recte diceret si iudex eternus
no corda hoim s facta pesaret Iniq
eī io cū fine deliqrut q cū fine vi-
xerunt Nomisset quippe sine fine vi-
ue ut sine fine potuisset i iniqtati
bus pmanē Adsisti g° iudici in
fuicia ptinet ut nuq caveat supplicia
quorū mes in hac vita nuq voluit
care pcco ꝛ nullus dz iniq° eternus
vltoris q q diu vixit hre voluit eter-
nus Et io ipe invitacoem fori Vnde
in⁹ ei q vivi ꝛ idem fine in diuisis
fois diuisimode punit Nā alicubi p
cor fineto fur cantenat. Alicubi mu-
tilat ꝛ alicubi suspendit Deus ei ex
diuisis forū Vnū in pena qd̄ ē forum
ecctie ꝛ nūc vbi culpe puniunt p̄e-
nitētia Aliud in futu qd̄ ē forū pu-
re iustic vbi culpe puniunt pena
eterna. Vnde dt Crisostomus q̄m distat dō
ab hoie tm distat iudiciū dei ab omni

a iudicio hois Nec recipiet te-
na iudicis intiam sicut nec spe-
cime iudiciū dei Dnica xxiii
Abeuntes phā- post trinitatis
risei cōsiliū ini- Matthei
erunt ut caperent xxii.
ihm in sermone Et mittunt
ei discipulos suos cū hero-
dianis dicentes Magister scim⁹
quia verax es ꝛ viam dei i veritate
doces ꝛ nō ē tibi cura de aliquo
Nō ei respicis psona hoim Dic
g° nobis quid tibi videt̄ licet cē-
sum dare cesari an no Cognita
at ihus neqcia eorum ait Quid
me temptatis ypocrite Ostendite
mi numisma census At illi obtu-
lerunt ei denariū Et ait illis
ihus Cui⁹ ē ymago hec ꝛ suprscrip-
tio Dicunt ei Cesaris Tūc ait illis
Reddite g° q sunt cesaris cesari
et que sunt dei deo Et° tpe
q° cesar augustus vniūsū orbē
dz sibi fecit ꝛ censū capitis ab ho-
minibz solui iussit ut hetr Luce
ii° Iudea q̄ tributaria facta ē magis
tū q̄ sup hc facta erat in pplo cūi
bus dicentibz q̄ pstarent ꝛ q̄ete
q̄ rōmi poplibz militabat de-
berent solui tributa phariseis
contrario asserentibz q̄ pplo dei q̄ de
cimas dabat ꝛ primicias ꝛ alia
q in lege erat precepta dō solue-
bat no tenebat̄ hoim terreno tri-
buta psolue Partem at pualuit
psuasio phariseorū q̄ tributū ē
rōmis denegatū ppē qd̄ nero
imperator titum ꝛ vespasianū
in iudeā misit qui eā euerterunt
Iudaeis at phariseorū hypocrisia
fuit semper exosa q̄ sua no tm
fuit reprehensa extrinsecus affectata
malicia aliqn tñ e vir q̄ fudit
s no cuneda Et istud gaudet
Crisostomus ag ꝛ ignis dcitur ꝛ
admod̄ .i. ignis claude voluit aq
crescet medicū aliud de q̄ pcita
vincit Sic istorū maligtas
pro vna p te q̄fusa aliud sibi

adiectio adiungitur. Et sic ignis quanto
amplius ligna susceperit maiorem
crescit. Sic animus malus quanto magis
virtutes audierit eo amplius in malicia
concitatur. Volentes igitur pharisei ihesum
capere in sermone non invenerunt propter solli-
citudinem miserunt discipulos ut dicit Crisostomus.
Mittunt discipulos suos qui ad hunc
minus cogniti ut aut incogniti
facile deciperent aut deprehensi minus
erubescerent. Et sicut dicit Crisostomus disci-
puli autem illi nigris pennis erant eta-
te minores malicia autem pares. Ista
et pulli serpentum statura minores
sunt veneno autem equales. Et catuli
leonum et luporum et si venatorem tenere
non possunt iam tamen in sanguine gaudent et
morsibus ludunt. Miserunt etiam cum
discipulis suis ipsos herodianos. Di-
cebantur autem herodiani milites
quidam herodis ascalonite qui adhuc
superstites erant vel milites herodis
tetrarche qui tunc temporis ad diem festum
venerant vel secundum Ieronimum pharisei
illos iudeos deridendo vocabant
herodianos qui tributa romanis sol-
vebant. Ideo igitur herodianos mise-
runt ut per eos illum caperent quem tunc
ore capere non audebant. Dicit glosa. Ab-
euntes pharisei etc. In isto autem
evangelio tria ponuntur. Conceptio phari-
seorum. Et tamen conceptio christi. Ista conceptio
phariseorum et discipulorum fuit dupli-
citer. Primo fuit malicia in concipiendo.
Unde dicitur. Abeuntes pharisei consilium
inierunt ut caperent ihesum etc. Secundo
fuit fraudulentia in laudando.
Unde dicitur. Magister scimus quia verax
es etc. Tertio fuit iniquitas in peticione inter-
rogando cum dixerunt. Licet censum da-
ri cesari an non. Circa primum sciendum quod fuit in
eis scilicet in phariseis malicia in con-
siliando. Unde dicitur cum dicitur. Abeuntes
pharisei consilium inierunt etc. Isti
autem consiliarii fuerunt pharisei et he-
rodiani. Pharisei autem erant christo in-
vidi. Matthei xxvii. Sciebat autem quod per
invidiam tradidissent eum. Herodiani
autem erant avari quia exactiones mul-

tas faciebant. Vnde autem erat christo inimi-
cus. Intendit eum invidus derogare fama. Quidam
tempore temporalem scilicet iminuere presumere patet.
Convenerunt igitur. Inierunt consilium pharisei
invidi ut eius fama derogaret. Si enim
vidisset quod cesari esset tributum persolven-
dum ipsum apud populum infamasset. Ini-
erunt consilium herodiani ut si videsset
tributum dari tunc maiorem occasionem
habuissent maiores exactiones faciendi.
Inierunt etiam tam isti quam illi qui erant
inimici consilium ut si dixisset quod non li-
ceret dari eum caperent et occiderent. Unde ma-
nifeste dicit Crisostomus. Multi propter istos sermones
a romanis occisi sunt. Ecce quale consilium et
quales consiliarii scilicet pharisei invidi qui
christum volebant infamare et herodiani ava-
ri qui volebant populum expoliare et utrique
inimici quia christum volebant interficere. Sed Iob v.
Qui dominus consilia pravorum dissipat. Crisostomus
super hunc locum dicit. Omnis colonus cuius
terram possidet illius auxilio opus habet.
Colonus dei auxilium diaboli non requirit.
Colonus diaboli auxilium dei et si querat non
invenit. Vidisti ne aliquem cum te adsisten-
tem deum orare ut perficeret in furto. Aut
qui vadit ad fornicandum umquam non sibi
signum crucis imponit et imprimit in fronte
ut non comprehendatur. Qui tamen ideo non ad-
iuvatur. Sed tanto citius capitur quia nescit
iusticia dei patrocinium dare criminibus. Secundo
fuit in eis fraudulentia in laudando.
Unde dicitur. Magister scimus quia verax es etc.
Crisostomus. Magistrum eum vocat ut quasi honoratus
misterium sui cordis simpliciter aperiat. Sed
et hypocritarum propria et prima potentia est blanda
laudacio. Quamvis autem adulando sic
eum laudaverint veritatem dixerunt. Item
quis esse magister scitatur quatuor modis.
Primo mendacium asserendo. Romanorum primo. Commu-
taverunt veritatem in mendacium. Secundo veritatem
tacendo. Augustinus. Vterque reus est apud deum
et qui veritatem occultat et qui mendacium
dicit. Ille quia prodesse non vult iste quia
nocere desiderat. Tertio veritatem pervertendo sicut
faciunt mali iudices qui munere vel timore
veritatem iusticie pervertunt. Proverbiorum xviii. Ac-
cipere personam impii in iudicio non e-

bonum ut declinet a via iudicij. Quarto
veritatem non defendendo que defendenda est
usque ad mortem. Ecclesiastici iiij°. Usque ad mortem
certa pro iustitia. / Vo. autem sunt iugi. vitatis
Primo quia prima veritatem morte suo soluit Jo.
dicitur. Secundum quia verax es. Non enim
aliquod mediatum dicere poterat quia erat deus
Hebreorum vj°. Inpossibile est deum mentiri. Tertio
veritatem non tacuit Jo. dicitur. Et viam dei in veritate
doces. Johannis viij. Ego autem quia veritatem dico vobis
non creditis mihi. Quarto veritatem iustitie id est tiore in
iuniuste in iudicio puniebatur. Jo. dicitur. Et
non est ei cura de aliquo. Job xxxij. Numquid
timens arguet te et veniet tecum in iudicium.
Deuteronomii xvj°. Nec accipiet personas nec dona
plurima. Quinto veritatem defendit. Jo. dicitur. Non
enim accipis personam hominum. Defendit enim ipsam
usque ad in iuriarum irrogationem quia verbis
iniuriosis fuit lacessitus usque ad corporis
spoliationem quia fuit vestibus denudatus
usque ad verberum percussionem quia fuit ad co-
lumpnam ligatus et flagellatus usque ad
mortem quia fuit morte turpissima condempnatus
Quarto fuit in eis versucia in interrogando
quando dixerunt: Licet censum dari cesari an
non. Cogitaverunt enim aut videbit probos
aut peccare aut omnino tacebit. Si videbit
bit probos quia scilicet non debemus solvere tri-
butum erit cesaris indignatione. Si videbit
peccare quia scilicet debemus solvere tunc veniet
in iram populi et furore. Si autem omnino tacebit
tunc ipsum reprehenderent quia veritatem tacet dicere
propter timorem. Quinto fuit in eis tria
tio. Primo quia corpore mala consilia peragunt.
Unde dicitur. Cognita autem ihesus nequitia eorum.
Secundo corpore laudes respiciunt. Unde dicitur: Quid
me temptatis ypocrite. Tertio Christus adeo corpore
interrogationem sine aliquo preiudicio re-
spondit. Reddite ergo que sunt cesaris cesari et
Primo dico quia Christus corpore prava consilia peragunt.
Unde dicitur. Cognita autem ihesus nequitia eorum
Ideo eos ypocritas appellavit quia sub
simulato sermone abscondere se volebant.
Sunt enim quidam qui abscondunt sub
simulato amore fingentes se amare ce-
lestia cum diligant terrena. Psalmus. Posuerunt
in celum os suum et lingua eorum tran-
sivit in terra. Alij sub simulato timore

fingentes se timere deum cum potius
timeat mundum. Contra quos dicitur. Matthei
x. Nolite timere eos qui occidunt cor-
pus etc. Alij sub simulato sermone
ferentes mel in ore et venenum in
corde. Psalmus: Mollitis sunt sermones eius
super oleum et ipsi sunt iacula. Alij
sub simulata conversatione fingentes
se habere conversationem omnino cum habeant
terrena. Matthei vij: Veniunt ad vos
in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt
lupi rapaces. Contra talem intenti-
ones divina sapientia prosequitur. Unde
dicitur psalmista: Si ascendero in celum tu
illic es. id est si finxero me amare ce-
lestia tu illic es. id est tu vides cor
meum. Si descendero ad infernum. id est
si finxero me timere tua iudicia
ades. id est intentionem meam vides. Si
sumpsero pennas meas diluculo.
Si enim penne sunt virtutes et
penne ypocritarum sunt simulati sermo-
nes qui etiam videntur habere aliquid
apparentiam et aliquid apparente veritatem
Ideo dicitur diluculo. Si ergo me finxero
habere celestes sermones veritatem aliquid
procedentes manus tua me illuc de-
ducet et fructus mea ... Si
si habitavero in extremis maris etc.
Mare est mundus in cuius medio con-
versantur homines mundani. Extrema autem
maris est status in extremis maris. Etiam
in mundo conversantur adiuncti non ad
superfluitatem. Si ergo me finxero habere
conversationem celestem dextera tua te-
nebit me et falsitatem meam cunctis
in iudicio demonstrabit. Secundo Christus
laudes eorum respicit et divinitate
eius vidit. Unde: Quid me temptatis
ypocrite. Non enim veniunt ad eum bla-
da verba sed ad eum prava corda.
Crisostomus: Pharisei blandiebantur
ut poterint sed ihesus confundebat ut
salvaret quia utilior est deus iratus
quam homo propicius. Psalmus. Autem quia Christus lau-
des respicit dedit intellegere quod
nullus deus velle laudare respi-
ciendo ad vitam suam perditam prave

ꝛ futurum. Nam si respiciat ad vitam pre-
teritam inveniet se ibi multa commisisse
de quibus coram deo debet erubescere. Ro.
vi°. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis
in quibus nunc erubescitis. Si respi-
ciat ad presens inveniet se esse in statu
exilij de quo multum debet dolere. Iuxta
illud ps. Heu mihi quia incolatus meus
prolongatus est ꝛc. Si respiciat ad futurum
inveniet super se multa dei iudicia
de quibus debet timere. ps. A iudicijs enim
tuis timui. Quid ergo in hac vita
quis debet velle laudari qui est tam-
tanti ruboris doloris ꝛ timoris. Pa-
at secur laudari sunt quia nec
despecti sicut vero possunt erubescere
cum sunt in plena scientia. Nec in puni-
vero debeat dolere cum sunt in omnimoda
iocunditate. Nec de futuris vero debeant
timere cum sunt in eterna securitate. Tercio
vero ad eorum interrogationem sine alicuius
preiudicio respondit. Reddite ergo que
sunt cesaris cesari ꝛc. Hoc est enim
salvat [illegible] impij ꝛ [illegible] et
tu [illegible] erat que [illegible] ad [illegible] in-
ducebat. Si enim attendisset quod cesar
erat alienigena ꝛ [illegible] ecclesie dome-
stici non dixisset quod cesari aliquid
solverent. Rursus si attendisset quod per
talem solutionem pauperes gravaban-
tur non dixisset ut solverent.
Item si attendisset quod [illegible] talium
[illegible] plus potuit [illegible] a po-
[illegible] decimarum ꝛ obligationum dei
non dixisset etiam ut solverent. Si
enim attendisset ad potentiam cesaris
ꝛ tyrannorum non dixisset quod deo decimas
solverent cum ipsi gentiles et tyranni
in deum ipsum non crederent. Sed noluit
vero alicui preiudicium facere propter amo-
rem [illegible] ut in favore pauperum
nec sub pretextu cultus dei nec propter
timorem alicuius tyranni dans nobis
exemplum ut ꝛ nos eadem [illegible] faciamus ꝛc.

Abeuntes pharisei consilium de
inierunt ut illum eodem sermo
caperent in sermone ꝛc. petitio
Scribe et pharisei sepe conati
sunt ut caperent illum in sermone vel in
aliquo suo opere sed non poterant quia omnia
opera sua erant sanctissima. Deinde conati
sunt capere eum in aliquo sue doctrine
sed non potuerunt quia doctrina sua erat
verissima. Ideo [illegible] consilium fecerunt ut eum
in aliquo sermone ignorantem [illegible] vnde rep-
rehendere eum possent. Sed non potuit quia
ipse dei verbum et dei sapientia. [illegible]
[illegible] denotavit ut dicitur
Pro. vij. Quia sapientia dei vincit astu-
tiam diaboli [illegible] at ewangelio
docemur etiam quatuor. Sed primo ut linguam
custodiamus propter quod dicitur qui voluit capere
illum in sermone. Secundo ut adulatores vite-
mus. Ibi hoc quod vero adulatores suos tam
dure reprehendit. Tercio ut dei ymaginem
in nobis custodiamus propter quod dicitur Cuius est
ymago hec ꝛ superscriptio. Quarto ut mundo
et deo que sua sunt reddamus propter quod
dicitur. Reddite ergo que sunt cesaris cesari ꝛ que sunt
dei deo. Primo ergo in hoc ewangelio docemur
ut linguam custodiamus propter quod dicitur qui
voluerunt capere illum in sermone. Si enim illum
voluerunt capere in sermone illud videlicet qui
est dei sapientia timendum est ne nos in lingua
offendamus. Quia sicut dicitur Iacobi iij. Si quis
in verbo non offendit hic perfectus est vir. Qui
igitur nescit discrete loqui saltem studeat
sapienter tacere. Iob xiij. Utinam taceretis
ut putaremini esse sapientes. Eccle. Ta-
citurnitas homini stulto pro sapientia est. Caven-
dum igitur cuilibet a multiloquio quod diruptum
de causa. Primo quia est occasio culpe. Secundo
quia est signum stulticie. Tercio quia est dispi-
ciencie. Tercio quia est [illegible]
Primo quidem cavendum est a multiloquio quia est
occasio culpe. Prov. x. In multiloquio
non deerit peccatum. Moises plus cum in-
[illegible] tacet interrogatus cum [illegible] facit
[illegible] Quia me locutum fuisse aliquid
penituit tacuisse autem nunquam. Secundo quia est
signum stulticie. Eccl. x. Stultus verba mul-
tiplicat. Cato plus cum aliis loquen-
tibus tacet interrogatus vero tacet propter
inopiam verborum aut quia stultus esse videtur.
Nullus stultus tacere potest. Tercio quia est ca-

displicere. Eccl. xx. Est tacens qui invenitur
sapiens et est odibilis qui procax est ad lo-
quendum. Xenocrates cuidam uxori ait: Si
inutiliter audieris te audire tacens. Ratio
quia est contra ordinacionem nature. Natura enim primo
ductor nature ordinavit ut homo unum os
et duas aures haberet ad innuendum quod debet
multa audire et pauca loqui. Jaco. primo:
Sit autem omnis homo velox ad audiendum,
tardus autem ad loquendum. Unde Xenocrates
cuidam multa loquenti ait: Audi melius:
unum os et duas aures accepimus a natura,
que dicat pauca debes loqui et multa
audire. Secundo docemur ut adulato-
res vitemus. In hoc scilicet quod Christus adulatores
suos dure reprehendit et eos non lauda-
tores sed temptatores vocavit dicens:
Quid me temptatis ypocrite. Unde et dicit
Aug. super ps. Duorum sunt genera persecutorum
scilicet vituperancium et adulancium. Et plus
persequitur lingua adulatoris quam manus
interfectoris. Debet igitur vitari adulatores
quadruplici ratione scilicet primo quia sunt sicut au-
cupes animas capientes. Secundo sunt sicut sire-
ne dulces animas in peccatis dormire facien-
tes. Tercio sunt sicut scorpiones et apes. Quarto
sunt sicut fricatores. Primo igitur adulatores
sunt aucupes animas capientes. Prov. xxix.
Homo iste qui fictis blanditiis sermonibus
loquitur amico suo rethe expandit gressibus
eius. Sed debemus esse oculati ut tales
fallacias precaveamus. Prov. primo: Frustra ia-
citur rethe ante oculos pennatorum. Unde quidam
philosophus nepos platonis cuidam adulanti
ait: desine adulari nichil proficis quando
te intelligo. Secundo sunt sicut sirene dulces
animas in peccatis dormire facientes. Ysa.
xiii. Syrene in delubris voluptatis.
Syrene sunt pisces marini habentes speciem
mulieris que ita dulciter cantat quod nautas
obdormire faciunt et sic naufragium pati-
untur. Sed sapientes naute aures clau-
dunt et sic evadunt. Syrene iste sunt adu-
latores qui peccatores dormire faciunt in
peccatis. Ysa. iii. Populus meus qui te beatum dicunt
ipsi te decipiunt. Sed debet homo claudere
aures spinis id est duris reprehensionibus.
Eccl. xxviii. Sepi aures spinis et
noli audire linguam nequam. Ieronimus. Illos

ac ad penam festinantes mortife-
ros surdorum cantum surda debemus
aure transire. Tercio sunt sicut scorpiones
et apes. Scorpio enim blanditur
facie sed cauda pungit. Apis mel
portat in ore sed pungit a parte po-
steriori. Sic et tales in facie lau-
dant et in absencia vituperant. Ideo
tales apes et scorpiones et serpen-
tes sunt expellendi. Ieronimus in epistola
ad matrem et filiam. Crimus vinci-
mus. Vipperam serpentum caput
quod si non penetrat saltem sollicitat.
Ceterum est ei pure non posse quam
minus periculum non passum. Senecca. Sunt
enim venena blanda adulacio.
Quarto sunt sicut fricatores. Fricat enim
sermonibus blandis quem non potest vincere
minis. Unde ponitur quod Crispus in
Athamas qui si non potest quos viribus su-
perare fricat manibus eius ...
et sic ipsum apprehendit. Sed non debet
aliquis sustinere ut quis eum fricat vel
oleo adulacionis impinguet. Ps.
Corripiet me iustus in misericordia et increpa-
bit me: oleum autem peccatoris non impin-
guet caput meum. Unde et dicitur Prov.
xxvii. Meliora sunt vulnera diligentis
quam fraudulenta oscula adulantis.
Tercio instruimur ut dei virginem et suspir-
tum in nobis custodiamus. Ideo quod dicitur
Levi? et virgo est et suspirio. Circa
enim habet pure esse in bone sermone
ta virgo et suspirio. Dicit ei dominus
in iudicio michaeli. Cum hec moneta
virgo et suspirio. Hec dixit Cesaris
preterit in fornace inferni. Si autem
dixit dei reponetur in thesauro ce-
lesti. Moneta enim qua emitur regnum
celeste sunt electorum oraciones re-
missa et acta vite opera. Moneta
falsa qua emitur supplicium infernale sunt
opera tenebrarum. De hac duplici
moneta dicitur Gal. vi. Qui seminat
in carne de carne et metet corrupcionem.
Qui seminat in spiritu de spiritu et metet
vitam eternam. Ista duplex moneta
cum anima sunt ibit. Apok. xiiii. Opera
enim illorum sequuntur illos. Virgo autem

est triplex scilicet una interior a deo impressa
Secunda interior sed superinducta. Tercia
est exterior sed superposita. Prima quidem
ymago est interior a deo impressa secundum
quam anima facta est ad ymaginem trinitatis
secundum tres potencias scilicet memoriam intel-
ligenciam et voluntatem ut scilicet memoria sit ca-
mera patris in qua habitet perdurantem
recordacionem. Intellectus sit tamquam filij
in quo habitet per veritatem fidei cognicionem. Voluntas
sit tamquam spiritus sancti in qua habitet pa-
ciencie amore. Et ideo ista ymago est custodienda in
honore. Ecclesiastici x. Fili in mansuetudine serva animam
tuam et da illi honorem secundum meritum suum.
Secunda est ymago interior sed superinducta per
facies peccatorum similitudinis. Unde Boecius
de consolacione. Cum virtute deserta homo
esse desinit cum in divinam condicionem transire
non possit vertitur in beluam. Superbus
enim habet faciem leoninam. Luxuriosus habet
faciem porcinam. Gulosus habet faciem
vulpinam. Avarus habet faciem serpentinam
quia terram semper comedit. Detractor habet
faciem caninam. Raptor habet faciem
lupinam. Tercia est ymago exterior que transfor-
ta fuit scilicet in variis mulieribus que per
varios colores facies suas transfor-
mant. Dicet enim dominus. Cuius est ymago
tua et superscriptio. Respondebit mundi domine.
Et dominus ad eam. Tu mentiris quia non
est mea. Ego enim feci tibi pellem
brunam et tu habes albam. Feci albam
et tu habes rubicundam. Feci grossiorem
et tu habes subtiliorem. Feci tibi capil-
los nigros et tu habes flavos. Feci
tibi supercilia depressa et tu habes ele-
vata. Et ideo dicet illi et de similibus
illud quod dictum fuit virginibus fatuis
Mathei xxv. Amen dico vobis nescio vos.
Ieronimus. Qua fiducia attollis vultus
ad sidera quos conditor non agnoscit.
Inscripcio autem est illa de qua dicitur Daniel
v. Mane thechel phares id est numeravit
appendit et divisit. Debet enim quilibet
peccata sua numerare ut sciat quot sunt
ponderare ut sciat quanta sunt et
a se dividere id est professionem ac re-
movere ne amplius sint. Primalis

aut dyabolus hanc scripturam falsificabit appo-
nendo non addebit diccionem et dicendo
non inicies non appendas non dividas.
Certo credentum ut mundo et deo que sua
sunt reddamus. Primo eo quod dicitur Reddite ergo
que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Debemus
ergo reddere mundo suos honores eos despici-
endo suas delicias eas abhorrendo suas
divicias eas contempnendo. De hijs tribus
dicitur Hebr. xi. Fide Moyses negavit se
esse filium filie Pharaonis quo ad contemptum
honorum magis eligens affligi cum populo
dei. Item quo ad contemptum deliciarum maiores
divicias estimans thesauro egipciorum
improperium Christi. Quo ad contemptum diviciarum. Debemus
etiam deo reddere secundum Damascenum decimas primi-
cias et oblaciones. Solucio enim decimarum
preceptum est amoris naturalis quia racio naturalis dictat
ut ministremus necessaria illis qui spiritualia
nobis subministrant. Preceptum est legis antique
Malach. iij. Inferte omnem decimacionem
in horreum meum ut sit cibus in domo
mea dato quod ibi sit cibus adquirunt tum in
fratres dei propter pauperes quibus tenentur clerici
providere. Preceptum est ecclesie institucione
que ordinavit ut in veteri lege sic et
in nova decime persolvantur. Et quamvis solucio
decimarum preceptum est amoris naturalis preceptum est
legis antique et preceptum ecclesie institucione
Ideo dicit Augustinus. Decime ex debito requiruntur
et qui eas dare noluerint res alienas in-
vadit. Secundo debent dari deo primicie de
primis scilicet vel precipuis fructibus terre. Iste
tamen primicie solum debent secundum consuetudinem
patrie et indigenciam ministrorum ecclesie. Dicit
autem Ieronimus esse illi qui plurimum partem quadra-
gesimam et illi qui minimum sexa-
gesimam partem dabat. Et sic inter quadrage-
simam et sexagesimam licebat offerre pro voluntate
offerentis. Tercio debent dari deo oblaciones.
Et quamvis oblaciones sint voluntarie tamen in
duobus casibus necessario sunt solvende.
Primo propter necessitatem quando scilicet ministri altaris
ecclesie non habent aliunde unde possent
sustentari. Secundo propter approbatam consuetudinem
sicut quando parochiani in certis festivitati-
bus oblaciones faciunt. Et si illas

vellent fortasse possit cogi ablanda
biles consuetudines obsuadas etc. De co
Reddite ergo que sunt cesaris de qui-
cesari et que sunt dei deo. mo-
Et apostolus dicit Ro. xiii. tius
Reddite omnibus debita cui tributum tri
butum et cui vectigal vectigal et cui
timorem timorem et cui honorem honorem
Ista sunt que hic dicit xpistus Reddite ergo que
sunt cesaris cesari et que sunt dei deo Cesari
debemus tributum et vectigal deo autem
timorem et honorem. Principi ergo tamquam
debemus tributum reddere maxime quando vi
demus ipsum rem publicam firmiter guber
nare. Est enim ad instar capitis et ceteri
ad instar membrorum. Unde dicit Plutarchus
philosophus instruens populum traiani prin
ceps capitis obtinet locum unius cuius
subiectus scilicet deo. Cordis locum senatus
tenet a quo bonorum et malorum sunt
initia. Oculorum et aurium et lingue
officia sibi vendicant iudices et presides
provinciarum. Officiales vero et milites
manibus coaptantur. Cum vero assi
stunt principi lateribus assimilantur. pedibus
autem solo adherentibus agricole coaptantur.
Cum igitur princeps capitis locum tenet
ideo totum corpus id est universum populum sibi
subiectum vult regere et sic debet
et vult regat quousque debet hic videlicet
primo debet se populo quietum et affabilem exhibere
Secundo rem publicam debet zelare Tercio leges
quas condit debet servare Quarto contra hostes
debet virtuosus consistere Quinto debet iustus et
honestus esse in vita propria. Primo quando assi-
ut princeps bene et utiliter populum regat debet
se populo quietum et affabilem exhibere. Ecclesiastici
xxxii. Rectorem te posuerunt noli extolli
sed esto in illis quasi unus ex eis. Unde dicitur
in policratico quod Iulius cesar numquam dixit
militibus suis ite sed venite dicebat enim
quod partitus labor cum duce [illegible] militibus
minor est. Dux quoque non laborat ut mili
tibus carus sit milites nesciunt amare.
Unde etiam dicit seneca. Cum non est opus regi
altas edes construere neque muros neque turribus
se sepire in expugnabile enim munimen

tum est amor civium. Secundo rem publicam
debet zelare quod quia propriis debet ante
ponere. Unde dicit Seneca in laude
Augusti cesaris. Ego cesar orbi
terrarum se dedicavit sed eripuit
et sibi decorem [illegible] et animus suos compli
cavit numquam et habebat subsistere
nec quicquam sui facere omnium domos illius
vigilia defendit omnium otium illius
labor omnium delicias illius industria
omnium vacationem illius occupatio. Ter-
tium etiam rem publicam debet zelare quod pro
ea saluanda morti se debet exponere
Unde refert Valerius quod cum Codrus
rex athheniensium ab hostibus vir-
geretur accepit ab appolline responsum
quod sociatus sum victoria obtineret
si ab hostibus suis se occidi permit
teret Cum responsum cum hostibus innotu
isset preceperunt ne quis codrum ta
geret Tunc ille mutato habitu ad
hostes processit et quidam ibi milite
falce percussit. Cum percussus mox
in eum irruit et occidit. Cognito
vero corpore Codri continuo hostes
oraculi memores territi fugerunt
Tercium etiam rem publicam debet zelare
quod ut filius patrem debet pocius si videt
eum contra rem publicam aliquid agere.
Unde Tullius in libro de officiis inquit
Si pater patriam vult prodere utrum
filius debeat silere Et videtur quod primo
filius debet patrem rogare ut desistat
Si non vult preces audire debet
minas addere quod ipsum populo publi
cabit Si nec preces nec minas
vult recipere debet salutem patrie saluti
patris anteponere. Tercio leges quas
condit debet servare Unde refert Vale-
rius quod cum Zaleucus princeps le
gem statuisset quod quicumque thorum
alterius violaret ambos oculos
perderet et filius eius in adulterio
deprehensus fuisset pater eius legem ser
vare volebat et nichilominus
filio condolebat sed inveniens remedium
pro quo lege servata et filio visu re
linquit sibi oculum unum et filio alium

celum cum fecit. Cum vero hostes de
victoriis consuleret. At in policratico
quod tam fecerunt romanos victores
consule sed fides seruata et societas. Ser-
uabat enim fidem omnibus illibatam.
Unde cum quidam ab Anibale captus
Romam venire permissus fuisset et iu-
rasset se rediturum si pactum firmare
non posset et ulterius redire nollet
Comprehendi eum fecit et ad
cartaginem Aniballi destinari fecit. Vte-
bantur etiam romani multa maturitate
et sapientia in agendis. Unde Romulus
Centum de populo seniores elegit quos
etiam senatores appellavit quorum consilio
res publica regebatur et gubernabatur.
Nemo iuuenes eligit duces ut
dicit Valerius. Credentes eo quod non congruit eos
esse patres. Habebant etiam romani con-
tinuum exercitium preliandi. Et ideo plurimum
docti erant. Unde fertur dicit. Certe vegecius.
Qui in multis expertus cogitabit
multa et qui multa didicit enarra-
bit intellectum qui non est expertus pau-
ca recognoscit. Unde in iudicum deliquerunt
duas gentes ut erudiret in eis Is-
rahelem ut postea discerent filii
eorum certare et assuescerent preliandi
Certo instanti et hoc satis patet quod utili-
tate utilitatis proponi et superponi plura
que addita puto. Unde est quod nar-
rat Valerius et Ambrosius in libro de
officiis. Cum Macedones contra Athe-
nienses magnam classem duxissent
quidam de consilio ait ad eos dux
quod si classem clanculo adureret totam
Macedoniam posset. Et illi in illatenus
aasceptare voluerunt dicentes. Et si huiusmodi
victoria utilis esset tamen non esset hoc
sine culpa. Et subditur Ambrosius Aliud
vere unius posse honeste quam plus
tempore. Aliud quod narrat Augustinus de
civitate dei. Quidam cum Marcus regulus
captiuus a carthaginensibus detineret
et romani multos iuuenes de cartha-
ginensibus detinerent missus est dux
Marcus regulus Romam pro commuta-
tione facienda iuratus quod rediret si
commutacionem facere non posset. Cum Romam

venisset super dicta commutacione fecit dissuasit
eo quod ipse senex esset et parum vivere
posset. Illi autem iuuenes multa adhuc
pro re publica romanorum mouere possent. Et Carthagi-
nem rediit ut salua ipse remaneret illatenus
attemptaret. Ubi decessit non est deli morte interijt.
Utile quidem est remanere fuisset sed ipse non
in iudicio non fuisset honestum. Tamen quod legitur
in historiis romanorum et recitat Ambrosius in li-
bro de officiis. Cum medicus Pirri regis ad
Fabricium ducem romanorum venisset asserens quod
Pirro medicinam toxicatam daret. Et sic
rege mortuo ipse victoriam optineret iussit
eum ligari Fabricius et ad dominum suum re-
mitti. Et subditur Ambrosius. Hec enim pulchra
est ut quae virtutis etiam in inimico attendat nollet
fraude vincere. Tunc Pirrus dixisse fertur.
Iste est Fabricius qui difficilius a legalitate
quam sol a suo cursu averti posset. Et pretium eo
ad libitum exposuit. Utrum quod debeamus [c. 57]
reddere tercio principi videamus quid de-
beamus reddere principi deo. Dupliciter autem
olim fuerunt tres opiniones. Quidam enim
dixerunt quod sufficit dare deo obsequium personale
quod consistit in genuflexione prostracione
et manuum eleuacione. Alii dixerunt quod non
sufficiat dare deo obsequium personale nisi etiam
dem[us] ei obsequium reale quod consistit in elemo-
sinarum largicione. Alii dixerunt quod non sufficiat
dare deo obsequium personale et reale nisi sibi
demus obsequium spirituale ut scilicet nos met aliquando
in adiutorium dei pectus dederimus. Unde
quidam bonus homo venit ad Michea
prophetam et eum super hiis tribus opinionibus
interrogavit ut habetur Michee vi°. Et primo in-
terrogat si sufficit facere deo multas genuflex-
iones dicens. Quid dignum offeram domino
deo excelso. Et propheta nichil respondit. Deinde
interrogat si sufficiat dare multas elemosi-
nas dicens. Numquid offeram illi holocausta
pinguium et agnos anniculos. Et propheta
nichil respondit. Deinde interrogat si suffi-
ciat ad pretium dei cultum filium primogenitum in re-
ligione ponere dicens. Numquid dabo primogenitum
meum pro scelere meo fructum ventris mei pro
peccato anime mee. Et tunc propheta adiuta ca-
ret gradum respondit dicens. Indicabo tibi o homo
quid sit bonum et quid deus requirat a te

Utiqz facere iudicium dili[ge]nter innam et solli
cite ambulare cum deo tuo. Dicat ergo utiqz
facere iudicium. At si dicat. Interrogasti
si est sufficiat ad salutem filium tuum in reli
gione ponere. Et ego uideo et dico est quod
non in iudicium facias de tempore ut sentit
caro tua delectata esse in peccatis sic in
dieta et affligatur in pane lacrimarum. Non
enim esset equum quod tu peccata faceres et filius
tuus penam portaret. Et ideo oportet
quod carnem tuam iudices si non uis a deo
iudicari. Prima Cor. xi. Si nosmetipsos
iudicaremus non utiqz a deo iudicaremur.
Deinde uidet ad alia que omnia deus diligit
innam. At si dicat. Interrogasti si tibi
sufficit multas elemosinas facere. Et ego
dico quod non nisi eam tibi prius facias et
animae tuae innam impendas. Eccl. xxx.
Miserere animae tuae placens deo. Et eius
xi. Bonum facit animae suae uir misericors etc.
Non enim esset conueniens ut alteri sit pius
et sibi impius. Quia sicut dicitur in psalmo. Qui
diligit iniquitatem odit animam suam. Deinde
uidet ad alia que omnia deus. Et sollicitum
ambulare cum deo tuo. At si dicat. Inter
rogasti si tibi sufficit aliquas orationes
multas genuflexiones facere. Et ego
dico tibi quod non nisi per bona opera studeas
as sollicitus esse. Ille autem cum deo solli
cite ambulat qui in prima iuuentute deo
seruire incipit uel qui opera sua sine
tepiditate facit uel qui de contingentibus nichil
obmittit in. Thim. iiii. Sollicite cura
teipsum probabilem exhibere deo operarium
inconfusibilem recte tractantem verbum ueritatis.
Sunt enim quidam qui pigri sunt in seruici
tute sponsos curant et cumcedunt. Vnde dicitur.
Sollicite cura teipsum etc. Alii sunt qui con
fusibiliter et negligenter operantur. Vnde sub
dit operarium inconfusibilem. Alii autem sunt
qui recta quidem faciunt et dicunt sed non
recte quia circumstancias multas obmittunt.
Vnde dicitur recte tractantem verbum ueritatis etc.

Loquente ihesu dominica xxiiii.
ad turbas. Ecce sermo primus Mt. ix
princeps unus et adorabat eum dicens.
Domine filia mea modo defuncta est. Sed
ueni impone manum super eam
et uiuet. Et surgens ihesus seque
batur eum et discipuli eius. Et
ecce mulier que sanguinis fluxum
patiebatur xii annis accessit
retro. Et tetigit fimbriam uesti
menti eius. Dicebat enim intra se. Si
tetigero tantum uestimentum eius salua
ero. At ihesus conuersus et uidens eam
dixit. Confide filia fides tua
te saluam fecit. Et salua facta
est mulier ex illa hora. Et cetera.
Ihesus deus ualet corporibus sanandis quia
cuiuslibet statum quod est sanum uel infir
mum uel mortuum uel resuscitatum.
Primo quidem dico quod ualet sanum quia
anima mediante corpore merita multa
acquirit que sine corpore acquirere non
valet. Sic peregrinacionem facere ie
iunare martirium sustinere. Secundo ua
let etiam infirmum quod secundum ipsas infir
mitates paciencie portat unde illud
primo Cor. xii libenter igitur gloriabor in
infirmitatibus meis etc. Valet etiam
mortuum quia anima desiderat ipsum
sibi uniri et in ipso remunerari.
Vnde clamat anima apoc. vi. Vsque
quo domine sanctus et uerus non uindicas san
guinem nostrum et uindicas de hiis qui
habitant in terra. Valet resuscitatum
quia tunc habebimus bona sanctorum et in anima in
contemplacione diuinitatis et in corpore in
visione humanitatis. Ioh. x. Ingre
dietur et egredietur et pascua inue
niet. Ista patent in istis duabus
mulieribus scilicet in emorroyssa et in
filia archisinagogi. Nam prima habuit
corpus infirmum sed postea sanum ua
luit igitur quod corpus infirmum quia
illa infirmitas fuit occasio
sanitatis spiritualis meritorum. Valuit cor
pus sanatum quia tunc sanitas in corpore
fuit ad conseruandam sanitatem in mente.
Secunda scilicet filia archisinagogi ha
buit corpus mortuum sed postea re
suscitatum. Valuit igitur sibi corpus
mortuum quia ista mors corporalis fuit

sibi tamen vite spiritualis. Valuit etiam re
suscitacio qua ipsa resuscitata fuit ad
iustificacionem. Preter has autem duas mulieres
vivas scilicet quinque infirmas et aliam mor
tuam peccatorum significantem. Est et alia quam cum
tra dicunt scilicet quod cum infirmitate
erat tandem cum miraculose fuit
sanata. Et quod sanatori non fuit in
firma infirmitas cum qua erat quod
xij annis fluxum sanguinis paciebatur.
Et sic chr. v. Omnia bona sua in me
dicos erogaverat nec quicquam profecerat
sed magis deterius habebat. Peccator
cum sanguinis fluxum quid de peccato in peccatum
cadit. Osee iiij. Sanguis sanguinem
tetigit. Tunc enim sanguis sanguinem
tangit quando quis de peccato in peccatum
ruit et fluit. Peccator cum fluit de
mala cogitacione in mala delecta
cionem de delectacione in consensum de consensu
in opus de opere in consuetudinem de
consuetudine in necessitatem de necessitate in desperacionem.
Et tunc talis infirmus desperatus ultimum
talem nocumentum i. ultimum peccatum vocat.
Prov. xviij. Impius cum in profundum
peccatorum venerit contempnit. Crisostomus. Sic
infirmus dum se mediocriter habet passi
one et conpectat posse curari fugat
se a medicinis. Si autem intellexerit
passionem esse insanabilem iam non
petit. Sic et hoc donec mediocri
ter peccat et conpectat salutem ob
servat se a malis. Si autem quando peccando
cepit desperare nichil iam dubitat
sive necessarios misi quod sic in bono
gradus sunt gradus sic et in malo gra
dus sunt penarum. Medici autem fal
laces quorum curam deterius habere fecit
sunt honores divicie et delicie. Nam
honores promittunt exaltacionem et dant
subitam deiectionem. Sicut in vita Job
xxx. Elevasti me et quasi super ventum
ponens allisisti me valide. Sicut patet
in morte Job xx. Si ascenderit
usque in celum superbia eius et caput
eius nubes tetigerit quasi sterquilinium
in fine perdetur. Divicie promittunt saciet

et dant esuriem. Sicut patet in divite epulo
ne qui adtantam paupertatem devenit quod mo
dicum aque habere non potuit. Delicie promit
tunt delectacionem et dant amaritudinem. Istud
ostendit Salomon verbo consilio et facto. Verbo quidem
dicens Prov. v. Favus distillans labia mere
tricis novissima autem illius amara quasi absinthium.
Consilio suo ipsius dicens Eccl. ij. Omnia que
desideraverunt oculi mei non negavi eis nec
prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur.
Cumque me vertissem ad universa opera que fece
runt manus mee vidi in omnibus vanitatem.
Ostendit etiam hoc ipsum facto. Quia cum multis
vacasset deliciis tandem seipsum conpoliavit
et usque ad sanguinem se vberavit fecit sic quod
medici et cetera dixit. Postquam fecit. Quia ita
multi fuit miraculose sanata. Et hoc fuit
probata et primo per visum secundo per auditum tercio
tactum quarto Quinto quidem fuit sanata primo
per visum quia dominus respexit iste quod
Ista visu fuit respectu diligenter mulier quod dominus
respiciat peccatorem quia etiam non respexit petro
peccante ut dicitur Luc. xxij. Quomodo etiam respe
xit istam mulierem et sanavit et aurum. Videmus
enim quod sol porros terre penetrat et aurum
et lapides preciosos in eius visceribus generat
multo fortius oculi mei qui super sole
clariores profundum cordis peccatoris pene
trat. Eccl. xxiij. Oculi domini multo plus
lucidiores sunt super solem circumspicientes omnes
vias hominum et profundum abissi corda in
tuentes in absconditas partes penetrando
ac generant aurum gracie et lapides preciosos vir
tutum. Cap. iiij. Gracia dei et misericordia eius in sanctos
eius et respectus in electos illius. Tanta
enim fulgor de facie eius procedebat quod ad se
peccatores attrahebat ut dicitur Jeronimus. Certe
fulgor ipse et maiestas divinitatis occultabat
que etiam in humana facie relucebat ex primo
ad se videntes trahere potuit aspectu. Secundo
sanata fuit per visum quod quando ei dixit Confide
filia fides tua te salvam fecit. Hoc dabat
voci sue vox virtutis. Pectus domini christi erat
apotheca omnium curacionum. Et ideo verba
que inde procedebant erant medicinalia et sa
nativa. Sap. xvj. Neque herba neque ma
lagma sanavit eos sed sermo tuus domine
qui sanat omnia. Est enim christus lignum vite

ut dicitur Apoc. xxii. Et foli'a ligni folia i. verba sunt ad sanitatem gencium. Tercio sanata fuit per tactum xpi. Luc. viii. tetigit fimbriam vesti-menti eius. Luc. vi. Omnis turba querebat eum tangere quia virtus de illo exibat et sanabat omnes etc. Si enim calamita suo tactu attrahit ferrum multo forcius xpus qui perfecte et devotum tangitur attrahit ad se fideles vocatos. Iohannis. Si in magnete lapide virtus esse dicitur ut anulos et festucas sibi copulet quanto magis deus omnem creaturam xpus ad se trahere poterat quod volebat. Tercio sanatum fuit hec mulier ut fuit mirata dicit enim Eusebius in ecclesiastica hystoria. Quod ista emoroyssa postquam a profluvio sanguinis fuit liberata et sanata fecit in cesarea philippi unde fuerat oriunda statuam ad ymaginem xpi cum fimbri-is vestimenti prout viderat xpum (?) indutum in carne sua et ipsam ymaginem devotissime adora-bat. Fecit etiam ymaginem suam propriam stantem ante ymaginem xpi flexis genibus et manibus cancellatis. Et dicitur ibidem Quod substancia quedam herbe crescebat que cum prius nullius essent virtutis postquam tamen fimbriam xpi atti-gerat tante virtutis erat quod omnes infir-mitates curabat. Dicit tamen Iohannis Crisostomus que capita quod Iulianus apostata ymaginem xpi inde removit et suam ibi collocavit que tamen ictu fulminis comminuta fuit. Exm
Puella etiam mortua signat peccatorem de quo sibi tamen dicitur. Primo quod plorabat mortuam unde Luc. viii. flebat autem omnes et plangebat illam etc. Secundo peccator ab omnibus plangi debet. Primo enim plangitur a deo Genes. vi. Ve michi quia factus sum sicut qui colligit racemos in autumpno videre dolet enim xpus quod dyabolus colligit omnes ma-gnos et ipse vix pauperes paucos Ysa. primo Heu consolabor super hostibus meis et vindicabor de inimicis meis. Glosa Amore patris eos licet plangat et puniat. Secundo plorat ab angelis. Sic enim angeli gaudent de peccatorum conversione sic dolent de eorum prevaricatione Ysa. xxxiii. Ecce videntes clamabunt angeli pacis amare flebunt. Tercio plorandus est a se ipso. Ier. vi. luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Aug. sermone. Fac planctum Ier. draconum et luctum quasi strucionum. Draco plangit quando elephas caput suum contrivit. Strucio ululat quando ova sua perdit. Debet ergo peccator flere Sicut quia dyabolus caput suum i. xpum in eo contrivit et omnia merita perdidit. Sicut eciam flendus est peccator a cunctis fidelibus. Eccl. vii. Luctus mortui septem dies. Fatui autem et impii omnibus diebus vite ipsorum. Augustinus. Quare ne-mo flet animam vivens cum quare plangat corpus a quo recessit anima et non plan-gis animam a qua recessit deus. Quarto ista puella fuit resuscitata et hoc manu eam tangendo et clamando. Diversas enim dei quibus digitos habet primus est potencia dei iste est pollex. Secundus est sapiencia dei iste est index. Tercius est gracia dei iste est medius quia per graciam mediante peccator iustificatur. Quartus est caritas iste est medicus. Caritas enim dei maxime apparet in passione que est medicina omnium peccatorum. Quintus est una iste est auricularis quia primas peccata purgantur. Peccator autem est infirmus ideo indiget potencia dei que ipsum faciat forte ad resurgendum et ad operandum. Philip. iiii. Omnia possum in eo qui me confortat. Est eciam ideo indiget sapiencia dei quia ostendat viam devium errat. Ps. Deduxit eos in via recta ut irent in civitatem habitacionis. Est enim inimicus ideo indiget dei gracia que ipsum reconciliet et salvet. Ephe. ii. Cuius gracia salvati estis etc. Est vulneratus ideo indiget bonitatis medicina dei et eius caritatis que fuit in xpi passione. Eccl. xxxviii. Altissimus de terra i. de carne sua creavit medicinam. Est immundus ideo indiget dei una que in mundicias purget peccatorem. Act. xv. Primam et fide peccata purgantur. Quinto ista puella post resuscitacionem fuit iussa unde dicitur. Iussit illi manducare

p⁹q̄ cum peccator est resuscitatus
indiget pane ubi dei qui ipsum
fortificet. ps. Panis cor hominis
confirmet. Et ideo indiget cibo gratie
dei que ipsum fortificando delectet. Eccl.
xxiiii. Spiritus meus super mel dul
cis. Indiget vino amoris dei quod
ipsum fortificando confortando et delec
tando letificet. ps. Vinum letificet
cor hominis. Isto vino hic aspergimur
sed in suo fonte bibemus. Aug⁹. In
regione illa intelligibilium beata
vita in suo fonte bibitur. inde huic
humane vite aliquid aspergitur ut in temp
tationibus huius seculi temperanter fortiter
iuste prudenter que vivatur. etc. De co
Confide filia fides dominica xx
tua te salvam fecit. mo post
etc. Math. ix. beatum amoris
Ambro. in li°. de [illegible] salomone
simpliciter. cum ista fuit Martha dic
cum sit xpc. largus fuit ius fluxum
sanguinis sanavit in Martha donec compu
lit de maria corporis redimium spiritus
calore constrixit in lazaro Isti autem
mulieri xpc. tamen verba dixit scilicet unum
quod sunt magne familiaritatis cum di
xit filia Math. ix. quod sunt magne securi
tatis cum dixit Confide Tertium quod
sunt magne leticie et iocunditatis cum ait
fides tua te salvam fecit. Ista tamen
verba dicit xpc. cuilibet anime fideli
P°. Primum est verbum magne familiaritatis
cum filiam nominando. Est enim anima fide
lis filia dei triplici ratione videlicet
Primo propter generationem Secundo propter imitationem
Tertio propter hereditatis successionem Primo
quod fidelis anima dicitur filia dei propter
generationem deus enim ipsam generavit
generatione naturali qua ad suam similitudinem
ipsam fecit Sed istam similitudinem in rege
neratione primus homo dedit pravis Et ideo
tota humana natura in immunda fecit. Si
cut massa est viciata et panis Et sic
vinum purum si ponatur in vase vici
ato et corrupto corrumpitur Sic anima
creata munda et corpori immundo infusa
viciatur. Et ideo dicitur Ephe. ii. Eramus
natura filii ire. Ideo deus ipsam animam
sacramentali generatione generavit que
fit in baptismo Joh. iii. Nisi quis

natus fuerit denuo non potest videre regnum dei
In ista generatione spiritus sanctus est loco patris
aqua loco matris verbum dei loco seminis
divini Sed ab ista generatione multi degenerant
qui baptismalem innocentiam fedant. Quando
deus generavit ipsam generatione spirituali quod
sit propriam Et sic deus non abicit a
sua filiatione illos qui conservant bapti
smalem innocentiam sicut nec illos qui re
deunt ad primam Sed tamen istos quam illos
generat tamen tertia generatione scilicet generatione
celesti de qua dicitur Gen. xv. Generatione autem
quarta revertentur. Beda Isto nomine scilicet vi
delicet sancti nasci dicantur qui completa vita mi
graverunt Sicut enim consuete nasci dicitur cum de
ventre matris procedens in hanc vitam ingreditur
ita possunt nati appellari qui solutis vin
culis carnis ad lucem sublimantur eternam
Secundo anima dicitur filia dei propter imitationem. Istos
debemus tamen imitari eum in potentia quia
ineffabilis est. ps. Quis loquetur potentias
domini Nec in sapientia quia incomprehensibilis
est ps. Mirabilis facta est scientia tua ex me
Sed in una quam in hac imitabilis est Luce
vi°. Estote misericordes sicut et pater vester misericors
est In futuro autem scilicet in corpore imitabimur
deum in potentia ps. [illegible] ipso
In sapientia ps. Existimabam ut cognoscerem
hoc labor est ante me donec intrem in sanctuarium
dei. Isto autem oportebit quod ipsum imitemur in
una ut quantum ad bonos quia in eis nulla
erit una ut quantum ad malos quia gaudebit
de dei iustitia. Tertio anima dicitur filia dei propter
hereditatis successionem Ro. viii. Si filii et
heredes. Hereditas autem transit ad heredes cum
suo honere. Celestis igitur hereditas habet
onera bonus humilitatis et obedientie
et adversitatis. Cum isto honere habuit
xpc. eam philip. ii. Humiliavit semetipsum
quo ad primum Factus obediens usque ad mortem
quo ad secundum Mortem autem crucis quo ad tertium Cum
isto honere debemus eam habere ut simus
humiles Math. xviii. Nisi conversi fueritis et
efficiamini sicut parvuli non intrabitis in re
gnum celorum etc. Omnis mandatis dei obe
dientes Math. xix. Si vis ad vitam ingredi
serva mandata. Omnis in adversitatibus
pacientes Math. v. Beati qui persecutionem paciuntur
propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum.

Tercium verbum fuit magne securitatis et dulcedinis
consolacionis. Qualiter enim securi esse possimus
de nostra salute cogno ad consideres sicut
audistis sumus. Fecit autem nos xpus de nostra
salute securos per tria. Primo per iuramentum.
Secundo per instrumentum. Tercio per pignus. Primo quod
xpus fecit nos de nostra salute securos per
iuramentum. Ista tria nos iurauit. Primo enim
iurauit per se omnipotentem. Gen. xxij. Per
memetipsum iuraui dicit dominus quia benedicens
benedicam tibi benedictione scilicet gracie in presenti
et glorie in futuro. Secundo iurauit per se viuentem.
Num. xiiij. Viuo ego implebitur gloria domini
uniuersa terra scilicet terra viuencium que tue glorie
domini implebitur quando numerus saluandorum erit
impletus. Tercio iurauit per se veritatem. Mat. xix.
Amen dico vobis quod vos qui reliquistis
omnia et secuti estis me centuplum accipietis
et vitam eternam possidebitis. Racio
autem quare isto tempore iurauit vel modo iurat
deus hoc assignari potest. Quia enim tres de causis
iuramentum non seruatur. Aut propter impotenciam
quam scilicet non potest attendere quod iurauit. Aut
propter mortem subitam quando scilicet preuentus morte
non potest seruare quod iurauit. Aut propter fraudulenciam
quando scilicet intendit decipere cui iurauit. Deus autem vt ostenderet quod iuramentum suum
non propter impotenciam quia omnipotens est. Ideo iurat
per se omnipotentem. Nec propter mortem nec potenciam
quia ipse vita. Ideo iurat per se viuentem. Nec
propter aliquam fraudulenciam quia ipse est veritas.
Ideo iurat per se veritatem. Veritas enim neminem
potest decipere. Secundo fecit nos securos per instrumentum
primo per instrumenta .i. per quatuor
ewangelia. Tale autem instrumentum est autenticum
quia habuit sapientem dictatorem testes veraces
et fideles notarios. Dictator horum instrumentorum
fuit ipse spiritus sanctus. Ij. Pe. primo.
Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines.
Fuit et ipse dei filius qui et ipsa ewangelia dictauit.
Testes fuerunt xij. apostoli. Act. primo. Eritis
michi testes in Ierusalem etc. Notarij fuerunt quatuor
ewangeliste quorum lingua spiritus sanctus vsus est tamquam
calamo. Ps. Lingua mea calamus
scribe velociter scribentis. Notarius fidelis fuit
Marcus qui omnia audiuit a Petro. Fuit
Lucas qui omnia audiuit a Paulo in paradiso
rapto. Fuit Matheus qui omnia audiuit
a xpo. Fuit Iohannes qui sapienciam hausit
de pectore domini. Tercio fecit nos securos
per pignus. Dedit nobis duo tria
pignora. Et primo corpora filiorum suorum
que apud nos sepulta tenemus. Eccl.
xxxiiij. Corpora eorum in pace sepulta
sunt etc. Voluit enim deus ut ipsa corpora
in pignore teneamus ne sine nobis resurgat.
Hebr. xi. Hij omnes testimonio
fidei probati non acceperunt repromissionem
deo pro nobis aliquid melius prouidente ut ne sine nobis consummarentur.
Secundo dedit nobis corpus suum. Mt. vlt.
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus
usque ad consummacionem seculi. Quamuis non
visum non est presencia sub forma panis
sed in aperta gloria maiestatis. Tercio dedit
nobis spiritum sanctum. Ephe. primo. Signati estis
spiritu promissionis sancto qui est pignus
hereditatis nostre. Quartum verbum fuit 4m
magne iocunditatis quod premia sanitatis
sibi promisit dicens Fides tua te saluam
fecit. Quia ista mulier saluata fuit
quia omnes virtutes que sunt necessarie ad salutem assumpsit scilicet verecundiam fidem timorem dilectionem et humilitatem. Vnde versus: Versus
Pudens fidelis timens diligens
humilisque. Verecundia enim apparet in eo
quod non ausa fuit sed retro accessit. Fides
in eo quod dicebat. Si tetigero tantum
fimbriam vestimenti eius salua ero. Timor
in eo quod retro stabat. Deinde Luce
dicitur Marci v. Mulier autem timens ac tremens
venit etc. Dilectio in eo quod tetigit.
Fides enim et dilectio deum
tangit aliter non. Humilitas in eo quod
non reputauit se dignam tangere
pedes nec eciam posteriora vestimenti
sed tantum fimbriam. Iste quinque virtutes
sunt valde necessarie ad salutem cuilibet
peccatori. Nam verecundia scilicet cor peccatoris
ad penitenciam disponit. Cum enim peccator
inspicit statum suum considerat in
principio deposito erubescere et de peccato
suo dolere. Sed enim mala verecundia
impedit confessionem sicut bona inducit

dolore Eccl. iiii. Est confusio addu
cens peccatum Et est confusio adducens
gratiam et gloriam Talis confusio fecit
hominem quieti a culpa perpetrata Ps.
Dixit dominus ex basan convertam convertam
in profundum maris Basan enim interpretatur
confusio liberat a culpa puta Mi
chee iiii. Venies usque ad babilo
nem ibi liberaberis ibi redimet
te dominus de manibus inimicorum tuorum
Babilon enim interpretatur confusio consumat
a culpa facta Prosper quidam dixit
Erubescentia salina res est Non au
tem commendabilis est verecundia [illegible]
est certa in sene et maxime in adolescen
te Ambrosius in libro de officiis Certe in se
nibus gravitas et in iuvenibus hylari
tas sic in adolescente verecundia comme
datur. Sed multi sunt sic infrunitati quod
non de peccato preterito volunt penitere
nec plus dimittere nec de futuro cavere
Contra quos dicitur Ier. iii. Frons mulieris
meretricis facta est tibi noluisti erube
scere. Quarto advertit fides quod cor sit di
spositum hoc purgare Act. xv. Fide
purificans corda eorum Fides etiam com
pellit omnem mordacem amorem ho
norum divitiarum et deliciarum Hebr.
xi. Fide moyses grandis effectus ne
gavit se esse filium filie pharaonis
Elegit fide contemptum honorum Magis
eligens cum populo dei affligi etc.
Elegit contemptum deliciarum Maiores di
vitias estimans improperium Christi. Elegit
contemptum divitiarum Quinto advertit timor
quod cor sit dispositum et purificatum
hoc munire ne ulterius aliquid immun
dum in ipsum ingrediatur. Est enim tamquam
speculator qui aliorum insidias consi
derat et vitat Eccl. xxv. Timor
domini super omnia se superposuit Est enim
tamquam ianitor quia quasi peccatum clausum
hostium tenet Prov. xv. Per timorem
domini declinat omnis a malo primo si
intrat facti expellit peccatum Nam
qui sine timore non potest iustificari
Est enim magnum periculum quando iste
ianitor dormit Unde Eccl. xxvii.
Si non in timore domini tenueris te

instanter cito subvertetur domus tua Iste enim
timor ante se custodit ne dimisso se intret
Augustinus de civitate dei Scipio nolebat Karta
ginem emulam romani imperii dirui et
deleri ut diruetur contra dixit catthoni
timens infirmis animis hostem securitatem
et ydoneum tutorem videbat esse terrorem
Sexto attendit dilectio quod cor dispositum
purificatum et munitum hoc confirmare
Omne hoc enim ea que facimus non erunt grata
deo ut habetur i. Cor. xiii. Nec ea que
facimus quantum ad deum sic deum laudare pro
derit Si linguis hominum loquar et angelorum
i. si laudavero deum sic laudant angeli
et beati caritatem autem non habeam factus sum ve
lut es sonans aut cymbalum tinniens Nec ea
que facimus quantum ad proximum sic elemosinas
dare non proderit Et si distribuero in cibos
pauperum omnes facultates meas caritatem autem non
habuero nichil mihi prodest Nec eam fa
cimus quo ad nos sic corpus mortificare
vel morti exponere non proderit Et si tra
didero corpus meum ita ut ardeam etc. Sep
timo attendit humilitas quod hec omnia superdicta
custodiat Unde sic dicit Gregorius Qui ceteras
virtutes sine humilitate congregat quasi pulverem
in ventum iactat Est enim humilitas sicut
cinis fundamentum et radix Sicut enim
cinis custodit ignem Sic humilitas gratiam
spiritualem Eccl. x. Radix superbie etc.
Et sic fundamentum quanto magis profunda
tur tanto magis edificium stabilitur. Et sicut
arbor quanto magis radices profundius fixit
tanto firmior consurgit Sic et humilitas
quanto fuerit profundior tanto altius in dei gloria
erit solidior Augustinus Cogitas magnam
fabricam construere celsitudinis de fundamento
cogita humilitatis Arbor attendite figit
radicem in humili ut vertice tendat ad celum
Si sine radice est amas petit ruinam
est non incrementum etc. De eodem sermo
tertius etc.

Filia mea modo
defuncta est sed veni
impone manum super eam
et vivet etc. Quid significat tres
mortui quos Christus suscitavit Augustinus ostendit
in libro de sermone domini in monte dicens pecca
tores sic dici in corde in facto et in con
suetudine Et habetur Una quam in domo

sicut puella ista in totum consentit turpi
libidini. Alia ista peccata cordis domini
sicut filius vidue qui iuxta portam
corporis. Tertia quia consuetudine mala tegitur
mala terra premitur. Quartus est in sepulchro
iam fetens sicut lazarus. Quia igitur ista pu
ella signat differenciam peccati pueri et in aliis
ideo debet quilibet rogare et dicere domine
filia mea id est anima mea modo defuncta est.
Sed videtur esse contrarietas inter mattheum
marcum et lucam. Mattheus enim dicit quod pre
dixerit quod filia mea mortua erat. Sed marci
v dicitur quod princeps dixit filia mea in extremis
est. Luce viii dicitur. Et hec moriebatur. Sed dicendum
quod quando princeps recessit a filia iam moriebatur
quando autem iam pervenit ad christum supponebat
quod esset mortua. Et ideo utrumque potuit
dicere et quod dimiserat eam in extremis et quod
credebat quod iam esset mortua. Augustinus in
libro de consensu evangelistarum dicit. Quod princeps puelle
volebat quod dominus adeo veniret quam dimi
serat in extremis. Ut si non dum esset mortua
eam sanaret. Si non iam esset mortua quod
quidem credebat eam resuscitaret. Mattheus
ergo posuit verba mentis. Marcus non oris. Et
sic ulterius. Augustinus. Hic rerum pictura distinguis
nil interest quibus verbis debet inspicere nisi voluntatem
cui debent verba deservire non mentiri quemquam
si alius verbis dixerit quod ille voluit cuius
verba non dixit. Dicta est filia defuncta
scilicet anima per peccatum mortua. Et in isto
evangelio duo ponuntur scilicet status prevaricatio
nis. Et status iustificationis. Status preva
ricationis notatur cum dicitur filia mea modo
defuncta est. Status autem iustificationis notatur
cum subditur. Et surrexit puella. Primo
scilicet ponitur status prevaricationis quod notatur cum dicitur
filia mea modo defuncta est. Assimilatur autem
peccatum mortuo tripliciter. Quia videlicet primo propter
fetorem. Secundo propter oblivionem. Tertio propter immi
nentem corruptionem. Primo quod peccatum assimilatur
mortuo propter fetorem. Sicut enim mortuus
fetet corporaliter. Sic peccator spiritualiter. Sed
quatuor propter que cadaver multum fetet scilicet locus
calor ventus et tempus. Primo locus quando cadaver
quando est in alto tunc fetor magis diffunditur.
Et signat superbiam que coram deo et hominibus
fetet. Joelis ii. Ascendet fetor et putredo
eius quia superbe egit. Secundo calor
quia magis sentitur fetor cadaveris in
calore quam in frigore. Et signat calorem
concupiscentie quod fetet coram deo. Ysa. xxxiv
in principio de cadaveribus ascendet fetor.
Tertio est ventus quia fetorem ad longinquas
partes defert. Et signat detractorem qui
per suum morem fetorem peccati sepulchrum
patens est guttur eorum linguis suis
dolose agebant. Qui fetorem admi
star venti defert quando defectum aliorum
refert. Quarto tempus quia quanto diuturnitas
quia quanto cadaver sunt magis diuturnum
tanto magis est fetidum. Et signat
peccatum consuetudinis. Joel primo. Computruerunt
iumenta in stercore suo. Secundo peccator
assimilatur mortuo propter oblivionem
Ps. Oblivioni datus sum tamquam mor
tuus a corde. Quia enim peccator obli
tus est dei in mundo ideo deus obli
viscitur eius in inferno. Osee iiii.
Quia oblita es legis dei tui obli
viscar et ego filiorum tuorum. Ideo infer
nus dicitur terra oblivionis. Est enim
multiplex terra. Prima est quedam terra ubi
est aperta cognitio scilicet terra viventium
Alia est ubi est cognitio obscura scilicet
terra peregrinationis. Unde ad cor. primo cor.
xiii. Videmus nunc per speculum in enig
mate tunc autem facie ad faciem. Tertia
est in qua est oblivio perpetua scilicet terra mo
rientium. Illa est de qua dicitur obliviscitur
quasi adesset. Unde Job xxiv. Obli
viscatur eius misericordia. Et ipsi obliviscuntur
deum quasi ad spem venire. Machabeorum primo
de spata est plaga eius. Et unus
quisque obliviscatur. Quia propius spiritum
in mentem peccata. Unde Augustinus cuidam
discipulo suo apparuit dicens quod tota
sciam oblitus erat et non adhuc sciebat
nisi penam suam. Tertio peccator assimilatur
mortuo propter imminentem corruptionem
Hec est terra quam immundam prius est
timorem conscientie quod cadaver in inferno
non moritur. Ysa. ult. Vermis eorum
non moritur. Ambrosius. Que pena
gravior quam mentis vulnus conscientie. Ideo tunc
hoc magis fugiendum est quam mors

q̄ dispendium & q̄ᵹ periculum. Alij vero
inces sunt ipsa vicia & peccata de
quibus dicitur ysa. xxxiiij. Ibi cubabit
lamia & invenit sibi requiem. Hec
quantum ad luxuriosos. Lamia secundum dicit Gloss.
habet pedes caninos & cetera membra
femina luxuriosus cum & impetrat cetera
& ad vomitum sepe redit & maxime
quando catulos suos .i. heredes suas
divitiis suis delicijs nutrit. Glosa. Ieron.
imo dicit Glosa & lamie nudaverunt ma
mas lactaverunt catulos suos. Et
sequitur. ibi habuit foveam suam ericius
et hoc quantum ad avaros. Ericius est anal
spinosum. Et signat avarum propter anxi
etates spinosas. Dicitur ad Ysid. quod Eri
cius super vite ascendit & uvas in ea
decutit & postmodum descendens super eas
se involuit quod spinis undique infigitur
& catulis suis portat. Sic iste ana
rorum sunt astute corporis quibus pauperes
pungunt per quas eciam bona eorum
rapiunt & filijs suis dimittunt. Et sequitur.
Illic congregati sunt milui alter ad alterum.
Hec quantum ad superbos applicans ei inspe
ciatur amicis domesticis & maxime pullis
similis. Sic superbus per superbiam meliores
se et pauperum bona rapit. Et ut hoc
melius facere posset aliquando alios
cupidos querit & maliciae suae adiungit. Ideo
dicit alter ad alterum. Alij vero mures sunt quedam
peccata que nulla habent delectacionem sed cruciatum
eciam sicut iracundia est tristicia & invidia
Ista iracundia vita diminuit. Eccl.
xxx. Zelus & iracundia minuunt
dies. Tristicia ossa consumit. Prover. xvij.
Spiritus tristis desiccat ossa. Invidia
ossa putrefacit. Prover. xiiij. Putredo ossium G'm
invidia. Hec. Post. Status infiri
cacionis quod signat in ista puelle
resuscitacione. Ad resuscitacionem autem
spiritualem quedam cooperantur. quedam dispo
nunt & quedam ordinat. Ideo ei videnda
sunt .i. quod cooperantur. Sunt quidem sicut sanctorum
oraciones. Quod signatur per hoc quod dicitur quod
pater qui dicebatur Jairus ut dicitur Marci
v. pro ipsa rogavit. Jairus interpretatur
illuminans & signat eciam sanctorum qui adeo
illuminati alios illuminant per. Illuminans
tu mirabiliter a montibus eternis. Si enim sancti
pro peccatoribus orabant dum essent in ista
vita multo magis nunc. Dum sunt in gloria tum caritas
eorum non diminuta sed pocius augmen
tata. Bulgar. Orant pro nobis sancti pro eis
quod illa beata patria caritate corporum non mi
nuit sed augmentatur. Dum enim dum erant
in hac vita de sua adhuc salute erant
solliciti & tamen adhuc pro peccatoribus orabant
Nunc autem de sua salute sunt securi. Et ideo
de salute nostra sunt esse magis solliciti. Unde
de ij. Petr. primo. Dabo autem operam & frequenter
vos habere cupio post obitum meum ut. Sunt
eciam sancti in suo speculo eterni in quo clare
vident miseriam nostram penalitatis. Et ideo movet
ad affectum pietatis. Bulgar. Si sancti dum ad
huc hic viverent misericordes sunt peccatoribus quia
pro eis orarunt nunc tanto amplius quanto
verius cognoscunt miserias nostras pro nobis
orant. Secundo videndum est quod sunt ea que disponunt
ad spiritualem resuscitacionem. Et hec quidem
sunt tria videlicet primum est vilitatis sue ori
ginis recognitio. Secundum dispositum est gaudium
mundi contemptus. Tercium est strepitus tumultuum vi
tare. Primum quidem dispositum est vilitatis sue
originis recognicio. Et ideo nota. Pr. quod Xp̄us
ad illam resuscitacionem assumpsit patrem et
matrem puelle illos scilicet de quibus dicitur Illos
scilicet de quibus Job xvij. Putredini dixi pa
ter meus es mater mea & soror mea vermibus.
Talis enim consideracio humilitatem inducat. Mi
chee. vj. Humiliacio tua in medio tui ac
si dicat. Non solum habes causam humilitatis extrinsecus
que sunt supra te ut habes iudicia dei Ps.
Iudicia tua abyssus multa. Non solum extrinsecus
que sunt infra te ut habes tormenta inferni.
Eccl. vij. Humilia valde spiritum tuum quia
vindicta carnis impii ignis & vermis. Non
solum extrinsecus que sunt circa te ubi habes pericula
mundi. Job. v. Mundus totus in maligno
positus est. Sed eciam extrinsecus intra te & in medio
tui. Sap. v. Corpus quod corrumpitur aggra
vat animam etc. Secundum dispositum est gaudium
mundi contemptus. Et ideo nota. Pr. quod Xp̄us tibia
nes cantantes carmen lugubre insti
posuit. Carmen lugubre est gaudium mundi
amos vm. Convertam festivitates vestras & gaudium
vestrum in luctum etc. Primus enim vita est

Vigilia & gaud

Vigilia est concilium et est festum ut de vigilia veniamus ad festum eterne so
lempnitatis de concilio ad patriam celestis
hereditatis de stadio ad bravium eterne glorie
Set mali faciunt festum de vigilia patriam
de concilio bravium de stadio Set id est futu
erunt semper in vigilia quia semper erunt tri
stes et ieiunantes Semper in concilio quia
a celesti patria semper erunt exules Semper
in stadio quia de pena in penam semper erunt
currentes et in tormentis laborantes Iuxta
illud ps. laborabit in eternum et vivet ad
huc in fine Set beati semper erunt in leticia
in patria et in quiete eterna Tercium dispo
situm est ebraorum tumultuo vitae Unde signi
ficanter Ieronimus xc. ebrayce dicitur Seneca socrati
et Crucioni et leporo hec sunt occidet dis
sensus ulterius Ille Anacleus cum hominibus
habitaret minus. Sicut redijt Interrogatus
quidam philosophus quid esset homini inimicissimum
Respondit. alter homo. In vitis patrum. dixit quidam
senex quod moyses intrabat in umbeli
loqebatur cum deo quando exibat loquebatur cum
populo Sic monachus quando est in claustro lo
quitur cum deo quando exit sepe ad ebrios sepe lo
quitur cum dyabolo Tercio. Videndum est quod sunt illa
quibus ostendit resuscitacionem esse veram et
quibus sunt tria signa primum signum est ve
lox surrectio Secundum signum est forte ambu
latio Tercium signum est manducatio Primum signum
quod ostendit resuscitacionem esse veram est ve
lox surrectio fantastice enim et magice
resuscitati non surgunt velociter Set non
movent pedes nec manus et nec caput
Illi autem qui veraciter suscitantur continuo
surgunt Unde dicitur de ista puella luce viij.
Surrexit continuo Et de lazaro dicitur Joh.
xi. Statim prodijt qui mortuus fuerat
Peccatum habet caput scilicet malam suggesti
onem et consensum habet manus scilicet malum
opus habet pedes scilicet malam consuetudinem
Unde scilicet quis de peccato in peccatum currit Ipsum
psalmo. Pedes eorum ad malum currunt Sed isti
scilicet qui peccatum dimittunt quantum ad opus et consensum
quod non ita sepe peccant isti suscitantur
a pedibus dein etiam dimittunt opus isti
suscitantur a manibus Tandem dimittunt

consensum isti suscitantur in capite Sed
qui veraciter suscitantur statim dimittunt
peccatum et quantum ad opus et quantum ad consensum et quantum
ad opus et quantum ad consensum et suggestionem
Secundum signum est fortis ambulacio
fantastice enim suscitati non possunt ire
nisi per aliquos passus Dicit enim Petrus
augustinus quod non possunt ire nisi quantum protendit
umbra corporis Veraciter autem
suscitati vadunt libere sicut prius viv
ut ondatur quod ista puella fuit ve
raciter suscitata dicitur marc. v. Confestim
surrexit puella et ambulabat Et de
lazaro dicitur dum Joh. xi. Solvite
eum et sinite eum abire Sunt enim
quidam qui tantum per aliquos passus va
dunt Faciunt enim unum passum dum
aliqua bona opera de genere bonorum faciunt
aliud passum dum sicut aliquam
bonam penitentiam cordium faciunt aliud pas
sum dum peccata dimittunt quantum ad opus
confitendo Sed illi qui vere suscitantur
non faciunt passus sed dictas Una
oris Tercia satisfactio operis Sed
ambinus viam trium dierum ut ymolem
domino deo nostro Tercium signum est manduca
cio ma sic dicunt lucas et marcus
Iussit dari puelle manducare Unde
enim dicit Ambrosius. Fantastice suscitati
manducare non possunt Magi enim et
nigromantici quosdam cadavera sub
ascellis mortuorum ponunt et faciunt
eos aliquantulum ambulare et aliqua
verba dicere Sed non possunt facere ut man
ducent Cibus enim quem manducat
primo masticatur Deinde ad stomachum
dirigitur et ibi digeritur Ibi ergo digestum
ad membra derivatur et sic incorporatur
Ille igitur vere est resuscitatus qui mandata
dei masticat et ea in stomacho
memorie reddit per recordacionem
et sic incorporatur per operacionem etc. Dominica

Cum sublevasset Ihesus oculos Joh. vi. capitulo
et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum

dicit ad philippum Vnde ememus
panes ut manducent hij Hoc autem
dicebat temptans eum ipse enim scie
bat quid esset facturus Respondit ei
philippus Ducentorum denariorum panes
non sufficiunt eis ut unusquisque mo
dicum quid accipiat Dicit ei unus ex
discipulis eius Andreas frater Symo
nis petri Est puer hic qui habet
quinque panes ordeaceos et duos
pisces Sed hec quid sunt inter tan
tos Dicit ergo eis ihesus facite homines
discumbere Discubuerunt ergo viri numero
quasi quinque milia Accepit ergo ihesus pa
nes et cum gratias egisset distribuit
discumbentibus Similiter ex piscibus quantum
volebant Vt autem impleti sunt
dixit discipulis suis Colligite
que superaverunt fragmenta ne pereant
Collegerunt ergo et impleverunt xij
cophinos fragmentorum ex quinque pa
nibus ordeaceis et duobus piscibus
que superaverant hiis qui man
ducaverant Illi ergo homines cum vidis
sent quod fecerat signum dicebant
Quia hic est propheta qui venturus
est in mundum ¶ ¶ Sicut dicit
Augustinus super Johannem litteras pulchras et
bene formatas aliter laudat ille qui
nescit legere Aliter qui novit Ita quidam
laudat figurarum pulchritudinem Ali
quis perscrutatur Sic etiam aliter lau
datur pictura aliter scriptura Ita tota
laus picture est in decore exteriori
laus autem scripture maxime est in inte
Miracula riori Eodem modo miracula quidam aliud
pretendunt exterius aliud continent interius
Ita exterius pretendunt admirationem
Vnde primum edificentur Interius autem
continent misteria Vnde per ista consciantur
Habent enim ipsa miracula ut ibidem
dicit Augustinus linguas suas Ita quia christus
est dei verbum ideo etiam factum verbi est
nobis verbum consistit i. loquendo Secundo
in hoc evidenter quadrupliciter gerit personam
scilicet primo gerit personam patris miserentis
in hoc quod oculos sublevavit et turbam
respexit Secundo gerit personam amici

familiariter colloquentis Tertio in hoc quod di
xit philippo Vnde ememus panes ut man
ducent hij Tertio gerit personam domini potentis
operantis in hoc quod quinque panes sic multi
plicavit quod quinque milia hominum inde satiarentur
Quarto gerit personam magistri sapienter consulentis
Cum ait Colligite que superaverunt fragmenta
ne pereant etc. ¶ Primo ergo Christus gerit personam pm
patris miserentis in hoc quod oculos sublevavit
et turbam respexit Respectus enim ille signat
respectum divine et pie miserationis Quem respec
tum propheta petebat dicens Respice in me
et miserere mei Ideo eius miseretur pater fili
orum misertus est dominus timentibus se etc
Et subditur exponit causam quare sic miseretur
Una sumitur a parte principii quia scilicet de
vili materia facti sumus Ideo dicit quoniam ipse
cognovit figmentum nostrum Secunda sumitur
a parte finis Quia scilicet in cinerem redigendi
sumus Ideo subditur Recordatus est quoniam pul
vis sumus Tertia sumitur a parte medij
Quia scilicet instabilis vita hominis Ideo subdit
homo sicut fenum dies eius Ita ad instar feni
et floris homo mane virescit in iuventute
mane arescit in senectute mane florescit
in sanitate mane arescit in infirmitate mane
putrescit in morte ¶ ¶ Secundo Christus gerit personam S
amici familiariter colloquentis cum nostra
in hoc quod tam familiariter cum philippo
locutus fuit dicens Vnde ememus panes
ut manducent hij etc Johannis xv Iam non
dicam vos servos sed amicos quia omnia
que audivi a patre meo nota feci vobis
Quod autem sequitur Hoc autem dicebat temptans tm
eum Innuit quod nullus amico suo se
creta committere debet nisi eum prius temptet
i. probet Ecclesiastici xi Non omnem hominem indu
cas in domum tuam i. in cor tuum multe
enim insidie sunt dolosi Eiusdem vi
Si possides amicum in temptatione posside
illum et non facile credas temetipsum
ei Ante probacionem enim non debet homo de fa
cili credere semetipsum sed prius quam ipsum
temptavit i. probavit et fidelem invenerit
debet tunc semetipsum sibi committere
Vnde legitur de Alexandro quod cum philippus

medicus et probatus amicus medicinam quam
dare debet suspicionem licet ab emulis
suis missis continentes philippum in me
dicina venenum administrasse quas cum
alexander legisset medicinam sumens hau
sit et postea litteras legendas dedit phi
lippo. Quo magna cum fiducia qua de
ipso habebat in alium deos suspicari non
poterat. Quarta dicitur temptans cum videtur
esse contrarium eius quod dicitur Iaco. primo deus
autem neminem temptat etc. Sed dicendum quod ali
ter temptat dyabolus aliter homo et aliter deus
dyabolus enim temptat ut decipiat. Petri
ult. Adversarius vester dyabolus tamquam leo
rugiens circuit querens quem devoret. Ipse
homo temptat ut probet et cognoscat. Eccli. xiii.
Ex multa enim loquela temptabit te. Deus autem
temptat ut temptatum et a seipso et ab aliis
cognosci faciat. Iuxta illud Gen. xxii.
Temptavit deus abraham etc. Et sequitur
Nunc cognovi id est cognoscere feci quod timeas deum
Sed videtur quod ... non debuit
temptare philippum sed iudam qui loculos
portabat. Sed dicendum quod philippus oriundus
erat de illa patria id est de galilea. Et ideo
notus erat terre. Et propter hoc de terre pa
raudis magis erat sollicitus. Et con
dicitur Mt. xiiii. Vespere autem facto accesserunt
ad eum discipuli dicentes desertus est locus
et hora iam preteriit dimitte turbas ut euntes
in castella emant sibi escas. Credendum est
quod philippus inter ipsos erat qui de hoc ma
gis sollicitabat. Et ideo christus temptavit phi
lippum dicens Unde ememus panes etc.
Tercio christus ... persona dei potentie operatur
in hoc quod quinque panes sic multiplicavit
quod quinque milia hominum inde saciavit excep
tis mulieribus ut dicitur Mt. xiiii. Hic enim fuit
potentie infinite. Voluit quidem deus ut
dicit Aug. super Ioh. notitiam suam dare hu
mano generi. Sed quia non poterat ab hominibus
videri corporalibus oculis voluit se ma
nifestari operibus miraculis. Io. in p. capitulo
Tunc mirabilia multa fecit. Iuxta quem
unum fecit quod scilicet terra segetes produceret.
Sed quia illa miracula consuetudine vilu
erunt ideo christus adveniens multa alia mi
racula fecit preter usitatum cursum ordine

quia non non quia sunt maiora sed quia sunt
magis insolita. Et subdit Aug.
Maius enim miraculum est gubernatio
totius mundi quam saturatio quinque
milia hominum de quinque panibus. Et tamen
nemo hoc miratur. Istud mirantur
homines non quia maius sed quia rarum est.
Deus unde multiplicat de paucis granis
segetes inde in manibus suis mul
tiplicavit quinque panes. Potestas
enim erat in manibus christi panes autem
illi quinque semina erant non quidem
terre mandata sed ab eo qui terram fecit
multiplicata. Quamvis autem facile fu
isset christo panes de novo creare potuit
iam factos multiplicare. Voluit tamen
iam factos multiplicare ut confunderet
hereticos quos sciebat dicturos omnia
visibilia a dyabolo fuisse creata. Cum
enim dicitur prima Ioh. iii. In hoc appa
ruit filius dei ut dissolvat opera
dyaboli. Sed si illi panes a dyabolo
facti fuissent christus eos non multiplicasset
sed potius destruxisset et alios de
novo creasset. Isti autem quinque panes
possunt intelligi quinque considerationes
que mentem reficiunt. Quinque panum quidam
dam confortant. Consideratio tota amara.
Secunda consideratio tota dulcis. Tertia
consideratio partim dulcis et partim amara.
Primus est enim panis contritionis et com
passionis. Iste confortatur consideratione amara
id est commissorum propriorum peccatorum et propri
orum. De quo dicitur Thob. ii. Manducate
panem in luctu et tremore memorans
illud sermonem quod dixit dominus per Amos
prophetam dies festi vestri convertentur in
lamentum et luctum. Secundus est panis
afflictionis qui confortatur consideratione
amariori id est consideratione passio
nis christi. De quo dicitur Deut. xvi. Septem
diebus comedes absque fermento
panem afflictionis. Hunc panem af
flictionis comedit qui considerat
passionem christi corde et corpore se mor
tificando. Sed tamen debet comedi sine
fermento malitie et nequitie. Cum
fermento nequitie comedunt heretici

qui xpm dicunt non vere fuisse passum
Cum fructo malicie comedunt mali
xpiani qui fidem habent sed opera non habent
Debet igitur comedi cum fructo id est cum
vera fide et operatione bona Et dicit
quod comedatur septem diebus quia ita
septem effusiones sanguinis xpi debemus
esse memores Quarum due fuerunt in dua
bus manibus Alie due in duobus
pedibus Quinta in toto corpore quando
fuit flagellatus Sexta in capite
quando fuit spinis coronatus Septima
in latere quando fuit lanceatus Tercius
est panis tremoris qui conficitur
ex farina amarissima id est ex consideratione
penarum infernalium de quo dicitur Ezech.
xii. Panem tuum in conturbatione co
medes Quilibet enim debet timere et contremiscere
qui penas inferni considerat Job
xxi Quando recordatus fuero pertimesco
et concutit carnem meam tremor psalmista
Timor et tremor venerunt super me
et contexerunt me tenebre Hec quia
ibi comeditur panis angustie et ve
nenosus Job xx Panis eius in utero
in fel aspidum intrinsecus Quartus est
panis devocionis qui conficitur ex fa
rina tota dulci id est ex consideratione cele
stium gaudiorum de quo dicitur in psalmo Fuerunt
michi lacrime mee panes die ac
nocte etc. Nichil enim scio vere est
dulcius in hac vita quam lacrimis de
vocionis pasci ysa xvi Inebriabo
te lacrima mea Sicut enim ebrius
dolorem non sentit dampna non perpendit
opprobria contempnit Sic sancti viri talibus
lacrimis inebriati parvipendunt dolo
rem corporis dampna rerum et iniurias
verborum Quintus est panis compunctionis
qui conficitur ex farina amara et dulci
id est ex contricione peccatorum et ex consola
tione et dulcedine spei venie
Illa enim compunctio habet amaritudinem
propter offensam et habet dulcedinem propter
veniam psalmista Cibabis nos pane lacri
marum Ecce amaritudo Et potum da
bis nobis in lacrimis in mensura Ecce
consolacio Illi qui non habent spem ve
nie debent flere sine mensura Sed
illi qui sperant certe veniam debent

in flendo mensuram habere Ph'u. xiiii. Cor quod
novit amaritudinem anime sue Ecce amaritudo
propter culpam In gaudio eius non miscebitur extra
neus Ecce gaudium propter veniam. Certo xpo
gerit propter ingeniti sapienter complerentur Tunc
ait Colligite que superaverunt fragmenta
ne pereant etc. Voluit autem xpus secundum Crisostomum
fragmenta colligi non propter ostentacionem
sed ut cordibus discipulorum qui erant
mundo predicaturi miraculum altius infigeretur
et ut miraculum non fantasticum sed verum
crederetur et ut turba discipulorum et pau
perum diebus multis sustentaretur Moraliter
est autem quod sunt quedam reliquie peccatorum
et viciorum Et quedam sunt reliquie bonarum
cogitacionum Et quedam sunt reliquie ciborum
et diviciarum Primo quidem dico quod sunt quedam
reliquie peccatorum sicut mala cogitatio et delec
tacio que aliquando remanent post peccatum Iste
sunt dispergende ysa xiiii Perdam babilo
nis nomen genus et reliquias etc. Moraliter
ut babilonia sunt lasciva vita Germi
na sunt opera Reliquie sunt cogitaciones
male Ista omnia sunt dispergenda Secundo sunt
etiam quedam reliquie bonarum cogitacionum
iste sunt conservande de quibus dicitur in psalmo Co
gitacio hominis confitebitur tibi id est laudabit
te Et reliquie cogitacionis diem festum
agent tibi Reliquie cogitacionum sunt bo
na ista Prima ex habundancia cordis os lo
quitur etiam bona opera Prima quod ibi cor con
cipit manus operatur Hec id est tota deum laudat
et magnum festum sibi facit secundum Bonaventura cogi
tacio bona lectio et bona operacio Origenes
Dicto quod per singulos fideles qui conveniunt
addendo et in fide perficiunt festivitas oritur.
Tercio sunt quedam reliquie ciborum et
diviciarum que sunt pauperibus erogande
Luc. xi. Quod superest date elemosinam
et ecce omnia munda sunt vobis Unde dicitur de
avaro Job xx Non remansit de cibo eius
et propterea nichil remanebit de bonis eius
psalmista Saturati sunt filiis et dimiserunt re
liquias suas parvulis suis id est Saturati
filiis id est cum filiis et tamen reliquias non de
derunt egenis Sed dimiserunt eas par
vulis suis id est familiis suis vel de

denis satiavit eos filiis et multis dimi
serunt et in morte nichil dimiserunt ceteris
Sed reliquias suas i. divicias suas
quas hic relinquunt et secum portare non
possunt dimiserunt parvulis suis i. filiis
et nepotibus suis etc. Sermo secundus

Cum sublevasset oculos de eodem
Ihesus et vidisset etc. Hec
scriptura habet duplicem intellectum scilicet
litteralem et misticum. Ideo assimilatur favo
mellis. Sicut dicit Gregorius et ignito lapidi de
duobus primis dicit Augustinus de verbis domini. Cum
possimus de divinis operibus que leguntur
intellectum alium significationis exculpere quasi
de absconsis favorum cellis mella pedamus (?)
Vel Christi discipulos imitantes spicas ma
nibus confricamus ut ad latencia grana
perveniamus. De tercio dicit Gregorius in moralibus
Cui verbum sacri eloquii nisi lapidi silice
dixerim in quo ignis latet qui manu
quidem frigidus tenetur sed percussus ferro
ignem emittit. Sic verba sacri eloquii que
per narracionem litteralem frigida tenentur. Si quis
inspecto intellectu pulsaverit de eius sensibus
ignem producat ut in eius verbis animus arde
at que prius per litteram frigidum tenebat
Educamus igitur de prima clausula mel quod dul
corem mel sumitur quod mutamus (?) et ignem
quod accendamus. Misterium quidem clausule multa
genera hominum informantur scilicet primo contemplativi
Secundo informantur activi. Tercio prelati. Quarto
subditi. Quinto predicatores. Sexto auditores
Septimo benefactores. Octavo benefactorum receptores

Primo quidem misterium clausule informantur contempla
tivi scilicet oculos cordis ad deum erigant. Quod
notatur in hoc quod Ihesus oculos sublevavit. Debet
enim contemplativus sublevare ad deum oculum
mentis et intellectus per meditacionem et affectus
per devocionem. Ecclesiastici ii. Sapientis oculi in ca
pite eius. Illi enim qui sunt celestia sapi
entes debent habere in Christo capite oculum in
tellectus et affectus. Refert Agellius quod de
mocritus philosophus oculos sibi eruit. Et huius
rei causa erat ex aliis philosophus assignatur. Prima
causa est quia visum ipsum a meditacionibus inte
rioribus impediebat. Secunda causa est quia mulieres
sine concupiscencia videre non poterat. Tercia
causa est quia malos florere nimis impaciens
videbat. Et sic a sua philosophia eum i
pediebant visio rerum sensibilium vi
sio rerum delectabilium et visio rerum
sublimium. Eodem modo impeditur quis
ne oculos sublevet ad deum. Primo quod
nimis occupatur circa sensibilia i. circa
terrenas divicias quia tunc oculos sedat
pulvere avaricie. Psalmus. Oculos suos sta
tuerunt declinare in terram. Secundo quod oc
cupatur circa delectabilia i. circa car
nales delicias quia tunc oculus concrematur
igne concupiscencie. Psalmus. Supercecidit ignis
et non viderunt solem. Tercio quod occupatur
circa sublimia i. circa mundanas elevaci
ones quia tunc obscuratur oculus fumo
superbie. Apocalipsis ix. Ascendit fumus
abyssi et obscuratus est sol et aer. Et
de fumo putei exierunt locuste etc.
Iste fumus infernalis est superbia que
primo ~~obscuravit~~ / ascendit in celum et
ibi obscuravit solem i. angelum. Deinde
descendit in aerem i. in paradisum terrestrem
et ibi obscuravit primos parentes. Di
cit enim secundum Ysidorum preter ad celestem et
preter ad terrenam naturam pertinet. Secundo pa
radisus terrestris medius est inter celestem
et terrestrem regionem. Deinde ipse fumus
superbie descendit de paradiso terrestri et
venit in mundum et ibi generavit locustas
i. longas hastas i. superbos qui non
solum de prope sed eciam de longe feriunt

Secundo informantur activi ut operibus iuge
insistant in hoc scilicet quod dominus celum parum (?)
dans nobis exemplum ut operibus iuge insista
mus. Et licet hoc sit laboriosum multum
tamen est fructuosum. Distinguunt tamen Gregorius
in moralibus super illud Job vii. Habui
menses vacuos et noctes laboriosas
enumeravi michi quia sunt quedam laboriosa et
vacua quedam vacua et non laboriosa
et quedam laboriosa sed non vacua. Prima
est adversa primum est laboriosum
sed tamen vacuum quia nulla retribucione
dignum. Sap. v. Lassati sumus in via
perdicionis et iniquitatis et ambula
vimus vias difficiles. Secundum autem
delicias est quoddam vacuum sed non

laboriosum. Videmus enim quod nos presumit superbia aut quod divitiarum iactantia extollit nos tunc perdunt omnia velut umbra. Prelati non ipse Christus vel predicatores opera quorum est quidem laboriosum sed non vanum ymmo valde fructuosum. Sap. iii. Bonorum laborum gloriosus est fructus.

Tertium ¶ Tercio informantur prelati ut in corrigendo debitam formam teneant in hoc scilicet quod Christus dedit nobis panes ordeaceos et pisces et ipsos divisit. In panibus quidem ordeaceis asperitas in piscibus dulcedo in discretione divisionis denotatur. Per quod datur intelligi quod prelati quosdam debent arguere cum severitate quosdam autem cum lenitate, omnes autem cum discretione. Eccl. xii. Verba sapientum sicut stimuli et quasi clavi in altum defixi. Stimulus enim pungit superficialiter. Clavus defixus in altum id est in profundum penetrat fortius. Verba autem adhibenda est sapientis quod deo permittitur verba sapientum. Prelati enim quibusdam debent adhibere superficiales correctiones sicut mansuetis, quibusdam profundas ad emendationes sicut superbis, omnibus tamen discrete. Quia in omni sacrificio sal discretionis offertur.

Quartum ¶ Quarto informantur subditi ut sensualitatem restringant. Quod notatur in hoc quod discubuerunt super fenum. Per fenum enim intelligitur caro. Ysa. xl. Omnis caro fenum. Est enim sensualitas caro quod induat animam pravam petulantiam. Eccl. xviii. Si prestes anime tue concupiscentias eius faciet te venire in gaudium inimicis tuis. Est autem anime inimica. Gal. v. Caro concupiscit adversus spiritum etc. Est inimica et lasciva nisi a deo castigetur. Jer. xxxi. Castigasti me et eruditus sum quasi iuvenculus indomitus. Quia enim est caro debemus ipsam restringere pravam etiam domare. Quia est inimica anime debemus ipsam potenter ferire. Quia est lasciva debemus ipsam in servitutem redigere. i. Cor. ix. Ego igitur sic curro non quasi in incertum etc. Quia sensualitatem suam premebat etiam dumabat. Sic pugno non quasi aerem verberans etc. Quia potenter ipsam feriebat. Sed castigo corpus meum etc. Quia in servitutem ipsam tenebat.

Quintum ¶ Quinto informantur predicatores ut verba que populis predicant non a se ipsis sed a deo se habere recognoscant. Hoc notatur per hoc quod dicitur Mt. xiiii. quod Christus dedit discipulis panes et discipuli turbis. Predicator est velud quidam seminans et spoliatus ut dicitur Luc. x. de illo qui incidit in latrones. Predicatores autem debent quasi velud quidam seminare medicinis. Orationem quidem anime ex[...] sanat. Jac. v. Infirmatur quis in vobis inducat presbiteros ecclesie et oratio supereum et oratio fidei salvabit infirmum etc. Debent etiam predicatores quasi famelicum reficere pane doctrinarum. Mt. iiii. Non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Debent etiam quasi spoliatum induere vestimentis virtutum de quibus dicitur Ro. xiii. Abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis etc. Et tamen quod predicatores velud quidam sanant, seminantes reficiant vel spoliatos induant non a se ipsis sed a Christo habent. Unde quilibet predicator dicere debet illud Ysa. iii. Non sum medicus. Quantum ad primum. Nec in domo mea est panis. Quantum ad secundum. Neque vestimentum quantum ad tertium.

Sextum ¶ Sexto informantur auditores ut cum aliqua audiunt que capere non possunt non ea negligant sed in corpore in memorie recondant. Hoc significatur per hoc quod Christus dixit: Colligite que superaverunt fragmenta ne pereant. Sepe enim difficultas verbis de causis accidit in scriptura unde dicit Jeronimus: Ignosce obscuritati que tribus modis nascitur. Aut vero difficultate rerum aut ingenii inopia aut discretionis nimia tarditate. Cum igitur quis non potest aliquid capere sive quia illud in se est nimis difficile sive quia ille qui docet nescit bene proponere sive ille qui audit est durus ad intelligendum, non tamen illud negligat sed in memoria recondat et suo tempore pretiosius copulat sicut faciebat discipuli qui quod occultatas [...] parabolas audiebant ab ipso postea requirebant. Unde dixit ei Petrus Mt. xv. Edissere

Sep[tim]o nobis parabolam istam etc. ¶ Septimo
inferuntur benefactores ut beneficia sua
impendant maxime illis qui sunt in
maiori indigentia et necessitate. Unde nota
philosophus quod xenocrates faciant que ipsi adversum
remanant et cibos aliunde querere non po-
terant. Ista secundum Ambrosium in libro de officiis. Bene-
ficium debemus dare pauperi indigenti
potius quam diviti etc. Et causam habet
primo propter magnanimitatem. Secundo propter maius de-
bitum. Tertio propter maius premium. Primo quidem
beneficium debet dari pauperi indigenti
potius quam diviti propter magnanimitatem. Luc.
xiiii. Cum facis convivium noli vocare
divites ne forte reinvitent te et fiat tibi
retributio etc. Secundo propter maius debitum
pauperes enim reputant se magis obli-
gatos illis qui eis benefaciunt divites
reputant se prestare gratiam illis a quibus
beneficia recipiunt. Tertio propter maius pre-
mium pauperes enim laudant illos qui
eis benefecerunt divites autem non lau-
dant neque gratias agunt immo verecun-
dantur confiteri se beneficium recepisse. ¶
Octa[vo] Octavo inferuntur beneficiorum receptores
ut scilicet suis benefactoribus gratias agant.
Unde nota philosophus quod dicitur illi ergo homines
cum vidissent quod fecerat signum dicebant
quia hic est vere propheta qui venturus est in
mundum. Unde est contra illos qui beneficia non
recognoscunt nec gratias agunt sed statim
obliviscuntur. Beneficium enim aut per se est
singulare aut quod datum a paupere.
Beneficium singulare obliviscitur hoc de
facili. Unde Symonides philosophus interroga-
tus quid inter homines facile tepescit
respondit beneficium. Seneca. Memoria beneficiorum
labilis iniuriarum tenax. Beneficium vero quod
obliviscitur hoc facilius quia sunt dona quecumque
quod sunt qui sunt multi. Beneficium autem impen-
sum a paupere obliviscitur hoc facilius. Unde
dicitur Ecclesiastes ix. de illo paupere qui civitatem
obsessam per suam sapientiam sine predatione
liberavit quod nullus deinceps illius pauperis
hominis recordatus est. Sermo tertius
Vt autem impleti de cor[pore]
Venit etc. Post istud refectorium qua-

omnes sunt repleti intelligitur refectio
celestis ubi erit plena saturitas
atque refectio. Terra autem sunt loca scilicet
mundus inferius et celum. In mundo
non est saturitas aliqua. In inferno
est fames perpetua. In celo non est
saturitas plena. ¶ In mundo quidem
est cibus mentalis et spiritualis et ter- P[rim]o
minatur istorum saturitas. Cibum autem corpora-
lem et materialem deus duplicem homini
paravit secundum duplicem statum ipsius. Primo
enim statu scilicet ante peccatum dedit deus
homini in cibum fructus arborum. Et iste
cibus competebat innocentie. Adde al-
timum quod terra gignit fructum primo quod
in terra. Aliud quod convenit consumari
Tertium quo probatur. De isto triplici
fructu dicitur Genesis ii. Produxit dominus
deus de humo terre lignum pulchrum
visu et ad vescendum suave. Et quo ad
primum lignum etiam vite in medio pa-
radisi. Secundo ad secundum lignum quod scientie boni
et mali. Tertio ad tertium. Genesis primo deus dedit
homini in cibum olera herbarum et hoc
post peccatum. Quia cum homo hoc dei pre-
cepta contempsit et cibum vetitum mandu-
cavit ideo de paradiso eiectus in mundo
tamen in exilium eum misit ut ibidem
de peccato penitentiam ageret. Et ideo dedit
sibi in cibum olera herbarum qui de cibus
penitentium. Unde dixit ei deus post peccatum
Genesis iii. Maledicta terra in opere tuo
spinas et tribulos germinabit tibi et
comedes herbas terre. Et isto cibo
homo usus est usque ad diluvium.
Tertio dedit deus homini in cibum carnium
carnium et piscium. Et hoc post diluvium
tunc et natura humana debilitata est
Terra nec arbores nec herbe primum
habuerunt tantam virtutem nec ipsi homines
nec terra tantam fertilitatem. Et ideo deus
humane infirmitati condescendens esum
carnium et piscium sibi concessit. Unde
post diluvium dixit deus Noe et fili-
is suis Genesis ix. Terror vester et tre-
mor sit super cuncta animantia et super
omnes volucres celi et pisces maris
quasi olera virentia tradidi vobis omnia
scilicet ad manducandum. In magnis tri-
tualibus sicut in leccionibus hoc predicit

sum dnium ut cognoscat ipse peccatum
diminuta esse sua dignitate In
minimis etiam sicut in minutis et pu
licibus punitur prodidit ut cogitat
sua misera et vilitatem. In mediis
aut sicut in pectoribus et immen
retinuit ipse quam nec. Ista ac
gressio de esu carnium et piscium post
diluvium adhuc durat In nullo
aut istorum statuum homo sacietatem
invenit Illa nec ante peccatum invenit
sacietatem in fructibus nec post peccatum
in olerebus herbarum nec post diluvium
nec etiam modo in esu carnium et piscium
Sed si homo bene comedit et bene
bibit hodie cras wlt melius come
dere et bibere ysa lvi. Venite sumamus
vinum et impleamur ebrietate et erit
sicut hodie et cras et amplius. Gen. ii
Dabit dominus homini in paradiso cibum
duplicem abscisso Non quidem fructum
arboris malis sed fructum uteri
virginalis propter Cum dederit dilectis
suis sompnum Ecce hereditas domini filii
merces fructus ventris Non olera sive
herbas terre sed viventia pascua vite
Joh. x. Ingredietur et egredietur et pa
scua inveniet Non carnes animalium
vel piscium sed delicias angelorum
ps. Panem angelorum manducavit homo
Quod mundus habet cibum spiritualem i.
appetitum diviciarum deliciarum et honorum
Et iste cibus etiam non saciat Quomodo
enim quis posset saciari de umbra
vento et fetore Umbra quidem non
potest saciare sed infrigidare Ventus
non potest saciare sed inflare fetor non
potest saciare sed inficere Umbra enim
significat divicias Job quod cito transeunt
Sap. v. Omnia transierunt velud umbra
Et in cor avari infrigidat Eccl.
xliii. Gelu sicut salem effundet
super terram i. effundi permittet Et
dicitur sicut salem quia tale gelu facit
cor avari esse sterile ab omni opere
bono Ventus significat honores Job xxx
Elevasti me et quasi super ventum ponens
allisisti me valide Talis ventus
cor superbi inflat Coll. ii Inflatus
sensu carnis sue Tales inflatos dis
rumpet malleus domini sine qua dicitur Mt.
xxv. Discedite a me maledicti in ignem
eternum Sap. iiii. Disrumpet illos inflatos
sine voce Non enim emittet vocem alicuius ex
cusationis vel appellacionis Fetor significat
carnales concupiscencias i. immundicias Juxta illud
ysa. xxxiiii. De cadaveribus eorum ascendet
fetor Joelis p. Computruerunt iumenta in
stercore suo Iste fetor non desistat sed totam
terram inficit et corrumpit Eze. xxxii.
Irrigabo terram i. irrigari permittam terram fetore
sanguinis tui Tertio locus et infernus ubi Bij
erit fames perpetua tanta scilicet quod pre nimia
fame cutis corporum erit consumpta Tren. iiii
Adhesit cutis eorum ossibus aruit et facta
est quasi lignum Tanta quod pellis eorum erit
adusta Tren. v. Pellis nostra quasi clibanus
exusta est a facie tempestatis famis Tanta
quod fames inter costas eorum erit inclusa
Et ideo erit perpetua quia de costis eorum
numquam poterit exire Job xviii. Attenuetur
fame robur eius et inedia invadat co
stas eius Tanta quod linguas suas man
ducabunt Apok. xvi. Commanducaverunt
linguas suas Tanta quod sua et aliorum
brachia devorabunt ysa. ix Unusquisque
carnem brachii sui vorabit manasses
effraym et effraym manasse Tanta quod
pre nimia fame deum et dyabolum blasphema
bunt ysa. viii. Cum esurierit irascetur
et maledicet regi suo et deo suo
Tertius locus est celum ubi est sacietas Eiij
plena Ibi enim totus homo in quinque se
sibus saciabitur Nam visus saciabitur in vi
sione xpi Visus autem delectatur in colore
viridi qui est medius color constans
ex albo et nigro Color enim albus est
deitas lucida Color niger est caro
de terra formata Iste duplex color scilicet cla
ra deitas et nigra humanitas in xpo
est iunctus Et ideo totus amenus et vi
ridis effectus est unde vocat se viridem
dicens luc. xxiii. Si in viridi ligno hec
faciunt in arido quid fiet Iste quibus sed dicere
potest illud Hest. xv. Valde mirabilis es
domine et facies tua plena est graciarum Iste dicitur
prima pe. p. In quem desiderant angeli prospicere
Olfactus delectabitur i. redolencia xpi ipsius

cinamomum et balsamum / dicit enim: Cynamomum de ysope
ac et mirra carnis mortificatio. Juxta illud Eccl.
xxiiij. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi quasi
mirra electa dedi suavitatem odoris. Tholus et
speciebus aromaticis sui odoris reficiet ita quod clamabit
et dicet Can. p°. Trahe me post te, curremus
in odorem unguentorum tuorum. Item Gustus delectabitur
in gustando dulcedinem. Illud cantat ecclesia et
scriptura. Joelis iii°. In illa die stillabunt
montes dulcedinem et colles fluent lac et mel.
Per lac enim intelligitur caro Christi mundissima, per mel
anima Christi dulcissima plena dulcedine, ac eius deitas
suavissima. Montes i[d est] et colles i[d est] sancti maiores
et minores haurient suas dulcedines a carne Christi
mundissima, ab anima Christi dulcissima, a deitate Christi
suavissima. Tactus delectabitur in tangendo
Christum. Multum delectatur homo in tangendo aliquid,
plus in amplexando aliquid, multo plus in osculan-
do aliquid. Tunc Christum sancti tangent et tenebunt for-
titer. Can. iii. Tenui eum nec dimittam.
Tunc amplexabuntur placentem sibi. Prov. iiii°. Am-
plexare illam scilicet sapientiam que est Christus et exaltabit
te et glorificaberis ab illa cum eam fueris am-
plexatus. Tunc osculabuntur dulciter. Can.
viii. Quis michi det te fratrem meum sugentem
ubera matris mee ut inveniam te foris et de-
osculer te et iam me nemo despiciat. Christus
autem incarnatio erat in primis patres sancti desidera-
verunt quod humanam naturam assumpsit et ideo deum
osculatus fuit quod scilicet natura divina humanam naturam
assumpsit et eam in unitate persone sibi univit.
Et istud tale osculum petebat genus humanum
dicens Can. p°. Osculetur me osculo oris sui. Et
sic eum iam nemo despexit / nec demones sed multum
eum dilexerunt / nec angeli sed eum in reverencia
habuerunt / nec dyaboli sed demones eum multum timent.
Item Auditus delectabitur in audiendo vocem Christi
que tam dulcis est ut quilibet sanctus clamet et dicat
illud Can. ii°. Sonet vox tua in auribus meis,
vox enim tua dulcis. Dicit autem Augustinus quod sonus
triplex fit: aut pulsu sicut in cythara et
psalterio, aut flatu sicut in organo, aut cantu
sicut in voce. Iste triplex sonus in celesti patria re-
sonabit. Sonus enim qui fit cum pulsu sicut in
cythara et psalterio significat Christi dulcissimam allocu-
tionem. Ipse quidem est psalterium et cythara. Juxta
illud Ps. Exurge gloria mea, exurge psal-
terium et cythara. Item per psalterium quidem sonat

a superiori, cythara ab inferiori. Illa igitur
vox Christi est suavissima que procedit a psal-
terio divine nature que est natura superior et
cythara nature humane que est natura inferior.
Sonus qui fit cum flatu sicut in organo
significat sanctorum laudes qui sunt organa
spiritus sancti. Omnia spiritus sanctus per ipsos sicut
per organum locutus est. ii. Pet. p°. Spiritu
sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines.
Ipsi ergo afflati spiritu sancto in laude et
graciarum actione prorumpent. Ysa. li°. Gau-
dium et leticia invenietur in ea, graciarum
actio et vox laudis. Sonus qui fit cum
cantu sicut in voce significat angelicam iubi-
lacionem de qua dicitur Job xxxviii. Ubi eras
cum me laudarent astra matutina
et iubilarent omnes filii dei. Iste igitur triplex
sonus cottidie in patria auditur. Unus
qui causatur a voce Christi dulcissima. Alius
qui causatur ab iubilatione angelica. Alius
qui causatur a graciarum actione et laude humana.
Istud enim erit officium omnium sanctorum et
angelorum scilicet continue laudare deum.
Augustinus in li. de ci. dei. Ibi vacabimus
et videbimus et amabimus et laudabimus.
Ecce quid erit in fine sine fine /
Nam quis erit alius finis noster nisi perve-
nire ad regnum cuius nullus est finis. In
isto igitur fine nostrum opus finiamus
rogantes deum ut sic finis nostrorum
finis laborum sic dignetur esse finis
nostrorum desideriorum. Juxta. et quod idem
doctor in eodem li. testatur. Ipse enim noster
erit finis desideriorum nostrorum qui sine fine
videbitur, sine fastidio amabitur, sine
fatigatione laudabitur. Hoc munus hic
affectus hic actus profecto erit omnibus
sicut ipsa vita erit communis. Ad illum
ergo beatum finem perducat nos ille qui
est principium et finis, cui sine
fine vivit et regnat deus per infinita
secula seculorum. Amen.

Expliciunt sermones
fratris Jacobi de Voragine.

Incipit thabula super sermones dominicales fratris Jacobi de Voragine que sequitur.

Tabula ista sic ordinatur. Quia in principio thabule sunt omnia principia sermonum scripta sub certis numeris sicut sunt ordinati sermones in libris sermonum super dominicas. Postea sequuntur notabilia de sermonibus collecta secundum alphabetum. Post que sequitur numerus qui indicat sermonem ubi iacet illud notabile quod queritur. Postea sequitur littera que indicat partem sermonis ubi iacet illud notabile. Quia quilibet sermo dividitur in septem partes que partes signantur per septem primas litteras alphabeti.

47 Et cum eiecisset
48 In belzebub

Dnica quarta

49 Abiit ihesus
50 Cum sublevasset
51 Est puer unus

Dnica de passione

52 Quis ex vobis
53 Tulerunt
54 Ihesus autem abscondit

Dnica in ramis palmarum

55 Cum appropinquasset
56 Ecce rex tuus
57 Plurima autem turba

Dnica Pasche

58 Maria magdalena
59 Ihesum queritis
60 Ite dicite

Dnica in octava pasche

61 Cum sero esset
62 Stetit ihesus
63 Infer digitum

Dnica prima post octavas pasche

64 Ego sum pastor bonus
65 Bonus pastor
66 Animam meam

Dnica secunda

67 Modicum et non
68 Mulier cum parit
69 Cum autem peperit

Dnica tertia

70 Vado ad eum qui
71 Expedit vobis
72 Cum venerit

Dnica quarta

73 Amen amen dico
74 Usque modo
75 Ipse enim pater

Dnica quinta

76 Cum venerit paraclitus
77 Cum venerit paraclitus

78 Absque synagoga

Dnica in penthecosten

79 Si quis diligit
80 Ad eum veniemus
81 Paraclitus

Dnica sancte trinitatis

82 Erat homo
83 Amen amen dico
84 Amen amen dico

Dnica prima post trinitatis

85 Homo quidam erat dives
86 Homo quidam erat dives
87 Mortuus est autem

Dnica secunda

88 Homo quidam fecit cenam
89 Uxorem duxi
90 Dico autem vobis

Dnica tertia

91 Erant appropinquantes
92 Erant appropinquantes
93 Gaudium est angelis

Dnica quarta

Estote misericordes
94 Estote misericordes
95 Numquid potest cecus

96 Dnica quinta

97 Cum turbe irruerent
98 Ascendens autem
99 Preceptor

Dnica sexta

100 Nisi abundaverit
101 Si offers
102 Omnis qui irascitur

Dnica septima

103 Cum turba multa
104 Misereor
105 Accipiens

Dnica octava

106 Attendite
107 Attendite
Omnis arbor
108

Dominica nona
109 Homo quidam erat
110 Quid faciam
111 Facite vobis
Dominica decima
112 Cum appropinquaret
113 Venient dies
114 Domus mea
Dominica undecima
115 Duo homines
116 Publicanus
117 Qui se exaltat
Dominica duodecima
118 Exiens Ihesus de fi[nibus]
119 Adducunt
120 Bene omnia fecit
Dominica tercia decima
121 Beati oculi
122 Diliges dominum
123 Homo quidam descendebat
Dominica quarta decima
124 Cum ingrederetur
125 Occurrerunt ei decem
126 Ihesu preceptor
Dominica quinta decima
127 Nemo potest
128 Nemo potest
129 Scit enim pater
Dominica sexta decima
130 Ibat Ihesus in civitatem
131 Adolescens tibi dico
132 Et hec vidua
Dominica septima decima
133 Cum intraret Ihesus
134 Ecce quidam homo
135 Cum vocatus
Dominica decima octava
136 Audientes pharisei
137 Diliges dominum deum tuum
138 In hiis duobus

Dominica decima nona
139 Ascendens Ihesus in naviculam
140 Offerebant ei
141 Dixit Ihesus paralitico
Dominica vicesima
142 Simile est regnum
143 Simile est regnum
144 Dicite invitatis
Dominica vicesima prima
145 Erat quidam regulus
146 Heri hora septima
147 Et credidit
Dominica xxii
148 Simile est regnum
149 Oblatus est ei unus
150 Serve nequam
Dominica xxiii
151 Abeuntes pharisei
152 Abeuntes pharisei
153 Reddite ergo
Dominica xxiiii
154 Loquente Ihesu ad turbas
155 Confide filia
156 Filia mea
Dominica xxv
157 Cum sublevasset
158 Cum sublevasset
159 Ut autem impleti sunt

Sequuntur vocabula
Sermonum

Agapiculum

[illegible]



Nota quod Sanctus Augustinus [illegible] illam vitam amplecti debemus / ubi vita sine morte / ubi juventus sine senectute / ubi lux sine tenebris / ubi gaudium sine tristicia / ubi pax sine discordia / ubi voluntas sine injuria / ubi regnum sine commutacione. Ubi merces sanctorum erit tam magna quod non potest mensurari / tam alta quod non potest numerari / tam copiosa quod non potest finiri / tam preciosa quod non potest estimari. Sed ad hanc vitam multi ignorant viam. Et ideo advertant dictum Augustini qui dicit Via per quam itur ad vitam est lex qua legem qui ignorat contempnit. Sic et qui ignorat legem ipsam non timet. Sed qui despicit precepta virtutis non venit ipsi non eunt / ergo necesse est ipsam legem nosse si volumus patri[illegible] Juxta illud Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Et sunt ista in tabulis decem que sunt decem.

Nota decem precepta. Primum non habebis deos alienos. Secundum non assumes nomen dei in vanum. Tertium memento ut diem sabbati sanctifices. Quartum honora patrem et matrem. Quintum non occides / Sextum non mechaberis. Septimum non furtum facies. Octavum non falsum testimonium dices. Nonum non concupisces uxorem proximi tui. Decimum non concupisces rem proximi tui. Et hec decem precepta scripta in duabus tabulis lapideis fuerunt moysi data.

M d M Car
Mitadaff 3 3 S
peru chyrom 7 S
fiat [illegible] [illegible]

Nabuchadonosor dona[illegible]
[illegible] ad [illegible]